

GOMEZ

Varia. Re

Tom. III


*Cum
Suar^o et Ayl.*




LIBRERIA JIMENEZ
Mayor, 66
MADRID

12

Revisado





D. ANTONII
GOMEZII,

VARIARUM RESOLUTIONUM

TOMUS TERTIUS.



ANT. GOMEZ,
 J. C. ERUDITISSIMI
 COMMENTARIORUM,
 VARIARUMQUE RESOLUTIONUM
Juris Civilis, Communis, & Regii
 TOMUS III.
 DE DELICTIS.

PROÆMIUM.



Actenus quæ ad testamentorum contractuumque formam pertinent, satis superque tractasse mihi videor: hoc nunc reliqui est, ut ordinis suscepti memores, tertiam Juris Civilis partem, eamque meo judicio potissimam, quam *de Delictis* fecimus, aggrediamur. Cujus tractatio eò mihi dignior visa est, in qua omnes nervos intenderem, atque (quemadmodum in extremo actu Comici solent) majori cum fructu ac voluptate ad finem suum perducerem, quòd hæc Justitiæ pars, non solùm inter nostros, verùm etiam inter Barbaros, & cæteros, qui moribus reguntur homines, tantam vim habeat, ut bonis præmia, contra verò malis

supplicia proposita esse videamus. Honor enim, & supplicium (ut dicebat Theophrastus) fidelissimi sunt rerum publicarum, omnisque humanæ societatis custodes, atque ob eam causam poenam ac beneficium Assyrios pro diis coluisse solitos arbitror, quòd malefactorum vindicta homines ad bene honesteque vivendum promptiores evadere, impunitatis verò spe mortalium animos criminibus invitari cernerent. Effecit igitur cum diuturnus atque improbus labor, quem jam à primis adolescentiæ annis juri dicendo insumpsimus, tum frequens, & assidua in judiciis exercitatio, ut confidentius, & ut spero, pari cum utilitate hunc tractatum absolverem: in quo, præter antiquas Jurisconsultorum contrariasque sententias, quas composuimus, Juris utriusque decisiones, quæ variè diffusèque circa crimina agitari solent, sic in unum coegimus, ac temperavimus, ut & veterum legum sanctionibus, & consuetudinis jure (suas enim quæque Respublica, variasque poenarum formas pro sapientum virorum arbitrio sibi constituit) uti possis. Primum igitur de Delictis in genere, cæteras deindè applicantes criminum species, constitutaque illis jure supplicia, dicemus,

CAPUT PRIMUM.

De Delictorum variis generibus, ac speciebus.

SUMMARIUM.

- 1 Publicum delictum dicitur omne delictum commissum in offensam Dei.
- 2 Blasphemi an possint accusari à quolibet de populo, & qua pœna puniantur?
- 3 Tempus quo quis debeat detineri in carcere pro pœna delicti, an debeat esse continuum?
- 4 Publica delicta quæ dicantur? & an in eis quilibet de populo possit accusare?
- 5 Accusatio cujuslibet delicti quo tempore duret?
- 6 Officium judicis, quo judex procedit in delictis, quo tempore duret?
- 7 Minor offensus an possit restitui adversus lapsum temporis concessi ad accusandum?
- 8 Si post delictum commissum transeat magnum tempus, an sit justa causa pœnam minuendi?
- 9 Quæ dicantur publica delicta, & quæ dicantur privata?
- 10 An judex possit ex officio procedere contra delinquentem in delictis privatis?
- 11 Furtum, & injuria dicuntur delicta privata: & quæ sit ratio?
- 12 In causis criminalibus non admittitur procurator.
- 13 In delictis, quibus tantum venit imponenda pœna pecuniaria, vel relegationis, admittitur procurator.
- 14 Si reus detineatur in vinculis, benè potest pro eo intervenire procurator in quolibet delicto.
- 15 In omnibus delictis potest procurator intervenire ad appellandum.
- 16 An processus in causis criminalibus sit nullus quando intervenit procurator?
- 17 Quando proceditur ex accusatione, vel officio, an debeat judex requirere partem offensam, vel propinquiores consanguineos, an velint accusare, vel non?
- 18 An remedium legis, Diffamari sit generale in quolibet casu vel delicto?
- 19 Reus, vel delinquens, cui competit aliqua exceptio, an possit petere ut testes ejus examinentur ad perpetuam rei memoriam?
- 20 Ille qui est tutus aliqua exceptione, potest provocare adversarium ad judicium.
- 21 Reus in criminalibus potest petere à judice examinari testes ad perpetuam rei memoriam.
- 22 An, & quando possit judex præfigere tempus ad accusandum?
- 23 An indistinctè & regulariter in omni causa possit tempus assignari prætendenti aliquod jus sibi competere, ut illud deducat in judicio?
- 24 Ad hoc ut quis non audiatur post assignatum sibi terminum, requiritur secundus terminus.
- 25 Post lapsum tempus datum ad accusandum, an admittatur accusator?
- 26 Reus de delicto semel absolutus, an iterum possit accusari?
- 27 Reus semel condemnatus, an iterum possit accusari, saltem ratione qualitatis adjectæ?
- 28 Licet quilibet de populo possit accusare de delicto publico, an requiratur quòd sit civis illius loci, ubi delictum est commissum?
- 29 An possit quilibet de populo alium accusare cum bona conscientia?
- 30 Accusatio de delicto publico vel privato, an sit actio, vel officium judicis?
- 31 Cuilibet permittitur accusare, nisi reperiatur prohibitus.
- 32 Illi qui non possunt accusare de delicto publico, possunt prosequendo suam vel suorum injuriam.
- 33 Clericus an possit accusare laicum coram giudice sæculari?
- 34 Qui dicatur prosequi suam vel suorum injuriam?
- 35 Si plures concurrant ad accusandum, an omnes admittantur, vel quis præferatur?
- 36 Quando accusator pendente accusatione moriatur, vel sit impeditus, quis admittatur?
- 37 Testes recepti in prima instantia, ea perempta, an faciant fidem in alia?
- 38 Si delictum reperiatur punitum pluribus legibus, ex qua debeat puniri?
- 39 Si delictum puniatur diversis pœnis, & legibus an sufficiat una sola pœna?
- 40 Si quis commisit delictum, quod est mixti fori, & punitus sit per unum judicem, an postea possit puniri per alium?
- 41 Delictum notorium an indigeat accusatione, vel alia forma judiciali?
- 42 Quid requiratur, ut delictum dicatur notorium?
- 43 An in notoriis requiratur citatio?
- 44 In delictis notoriis quæ probatio requiratur?
- 45 In delictis notoriis an requiratur sententia?
- 46 Judex an possit recusari in delicto notorio?
- 47 Appellatio an admittatur in delicto notorio?
- 48 Quando delictum committatur coram judice, qualiter in eo procedatur?
- 49 Judex ex officio suo, an, & quando possit in delictis procedere?
- 50 Quando judex procedit ex officio, an teneatur servare juris solemnitates?
- 51 Quando judex procedit ex officio, an possit & debeat imponere pœnam ordinariam delicti?
- 52 Civitas, vel universitas an possit delinquere?

- 4
- 53 Civitas, vel universitas qualiter puniatur?
- 54 Quando civitas, vel universitas deliquit, an ci-
ves particulares puniantur?
- 55 Minor, an & quando possit delinquere, &
puniri?
- 56 Princeps, vel alius dominus temporalis, si est
minor, an teneatur recipere curatorem?
- 57 Infans, vel proximus infantia, an possit de-
linquere?
- 58 Pupillus, vel proximus pubertati, an teneatur
ex delicto?
- 59 Minor non tenetur ex delicto commisso in omit-
tendo.
- 60 Pubes, vel proximus pubertati an teneatur ex
delicto carnis?
- 61 Pubes, vel proximus pubertati an teneatur ex
delicto quod tantum est punibile per statutum?
- 62 Minor 25. annorum, licet teneatur ex delicto,
an sit puniendus pœna ordinaria?
- 63 Judex an præcisè teneatur minorare pœnam mi-
noribus, & aliis, quibus non potest imponi
pœna ordinaria?
- 64 Minor accusatus debet recipere curatorem.
- 65 Minor accusatus, vel inquisitus, an teneatur
jurare de veritate dicenda?
- 66 Minor qui confessus est delictum, an possit res-
titui?
- 67 Minor, an, & quando possit torqueri?
- 68 Senex, an teneatur ex delicto, & an ei sit mi-
noranda pœna?
- 69 Mutus & surdus, an teneatur ex delicto?
- 70 Furiosus, an teneatur ex delicto?
- 71 Delictum an præsumatur factum tempore sanæ
mentis?
- 72 Qui tempore sanæ mentis fecit delictum, an
possit superveniente furore puniri?
- 73 Ebrius, qui in ebrietate commisit delictum, an
possit puniri?
- 74 Dormiens, an possit puniri pro delicto in som-
niis commisso?
- 75 Prodigus, an, & quando teneatur ex delicto?
- 76 Servus, an & quando possit delinquere, & teneatur
ex delicto?
- 77 Absens, an & quando possit accusari de delicto?
- 78 Reus delinquens, an & quando post mortem pos-
sit accusari, & puniri?
- 79 In atrocissimis delictis, an cadaver delinquentis
suspendatur?
- 80 Casus in quibus mortuo reo delinquente delictum
non extinguitur.
- 81 In casibus in quibus reus possit accusari post
mortem, debet intelligi infra quinquennium.
- 82 Post mortem delinquentis sententia contra eum
lata transit contra hæredes quoad bona.
- 83 An hæres delinquentis possit patere post ejus
mortem, ut declaretur per judicem delictum
non esse commissum?
- 84 In delictis privatis, an extinguatur pœna, &
accusatio post mortem?
- 85 Post mortem accusatoris, & sic ejus qui pas-
sus est delictum, an extinguatur delictum
vel transeat ad hæredes?
- 86 Accusatore defuncto an alius, vel judex ex of-
ficio possit proseguere accusationem?
- 87 In delictis, an & quando habeat locum remissio?
- 88 Quando plures commiserunt delictum, an sen-
tentia lata in uno prosit, vel noceat alteri?
- 89 In delictis connexis sententia lata in personâ
unius prodest cæteris, non verò nocet.
- 90 Sententia contra delinquentem, an noceat ei, ad
quem pœna pervenit in consequentiam?

I **S**uprà visum est de materia ultimarum vo-
luntatum, & similiter de materia contrac-
tuum: nunc restat videre de materia delictorum;
quam resolutivè pono in ista l. i. ff. de Public. ju-
dic. quæ erit valdè utilis & necessaria in nostro
Regno & republica, quia de jure communi non
reperitur sic collecta, & ordinata: quodlibet de-
lictum, ejus pœnam, & materiam magistraliter
resolvam, tam de jure communi quàm regio: In
qua maximè insudavi per plures annos, tam eam
legendo, quàm etiam pauperibus captis & incar-
ceratis, adjuvando, & in eorum defensionem
practicando.

Pro cujus introductione, & perfecta declara-
tione materiæ, dico: quòd aliqua sunt delicta
publica, aliqua sunt delicta privata. Publica (A)
sunt illa in quibus accusatio pertinet cuilibet de po-
pulo. Quod declaro proponendo aliquas regulas
generales.

Prima regula sit, quòd omne delictum, quod
pri-

(A) Hæc definitio asseritur ex nostri Gomez
auctoritate in presentia communis à Julio Claro
in *Pract. crimin.* §. 1. in princ. Sed certè, & noster
Gomez falsus est, Jul. Clarus, vir alioquin doctis-
simus ac diligentissimus, facilè in foveam ductus
videtur: siquidem se propriè, verè, ac expressè
publicum delictum capiatur, illud erit, quod publi-
corum judiciorum legibus comprehensum ab unoquo-
que ex populo deferri, accusarique potest. Hæc sa-
tis est, ut unicuique populari integrum liberum-

que sit de delicto obnoxium acersere, ut id in-
ter publica delicta referri recenserique debeat;
nisi etiam expressim lege aliqua publicorum ju-
diciorum contineatur: ut luculenter probat *lex 1.*
ff. de Publ. jud. luculentius notabilis text. in l. 3.
§. fin. de Pœn. docet Bart. in *dict. l. 1. n. 7.* Bald.
in *Rubr. n. 1. Cod. Qui accus. non poss.* & est praxi
receptum, teste assiduo Matth. de Afflict. in
Constit. Neapol. lib. 1. rubr. 6. num. 22.

principaliter respicit offensam Dei, dicitur publicum, & in eo quilibet de populo potest accusare, cujus ratio potest esse duplex: Prima, quia illud quod fit in offensam Dei, dicitur fieri in omnium injuriam. Secunda, quia si quilibet de populo non posset accusare, tale delictum remaneret impunitum, ex quo nulla privata persona est offensa. Ita probat text. in l. 4. C. de Hæreticis, & ibi Jac. Butr. Odofr. Cin. Bald. Sal. probat etiam textus in l. quod senatus. ff. de Injuriis, & in expresso istam sentent. & conclus. tenet Bart. in ista l. 1. de Pub. jud. 2. col. Imol. fin. col. & commun. DD. Bald. in leg. Reos. C. de Accus. 4. col. Anan. in c. 2. de Malef. 14. col. Ang. de Aret. in §. 1. Inst. de Publ. jud. fin. col.

2 Ex quo infero declarationem ad pragmaticam primam hujus regni, lib. pragmat. quæ hodiè est lex 1. cum sequentib. tit. 4. lib. 8. Recap. quæ punit blasphemos, ut accusatio competat cuilibet de populo: qua lege nova & pragmatica cavetur, quod blasphemus puniatur pro prima vice, ut sit captus & detentus in vinculis per mensem; pro secunda in pœna exilii per sex menses, & mille dupondiorum; & pro tertia publicè figatur sibi lingua: nisi sit persona posita in aliqua dignitate vel qualitate; quia tunc pœna secunda duplicatur, ut habetur in dicta Pragmatica.

3 Circa quam se offert notabile dubium, de quo sæpè in isto regno dubitatur: Si iste mensis in quo blasphemus debet esse captus & detentus in vinculis, debet esse continuus, vel sufficiat quod sit interpellatus? Et videtur quod sufficiat quod sit interpellatus: Primò, argumento textus singularis in l. Paulus. §. fin. ff. de Liberali causa, ubi habetur, quod si dominus jussit & disposuit quod servus sit liber si serviatur Titio per triennium, & medio tempore aufugit, & post reversionem compleverit illud triennium, censetur impleta conditio, & erit liber: & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Rayner, & illud reputat singulare & unicum Roman. in leg. fin. §. Quotiens ff. de Publ. & vestig. & in terminis in nostra questione pro ista opinione illum text. summè notat & commendat Jas. in leg. Si idem cum eodem. ff. de Jurisdiction. omn. jud. 2. col. in fin. Secundo, pro hæc sententia & conclusione facit text. juxta Gloss. ordinariam in l. 1. Cod. Si mancipium ita fuer. alien. ut manum. ubi probatur, quod regulariter tempus appositum in aliquo actu vel dispositione, non requiritur pro forma quod sit continuum, sed sufficit esse interpellatum: quod

reputat ibi singulare Salycet. & alii DD. Qui ex hoc inferunt, quod si Doctor debeat gaudere certo privilegio si legerit per aliquod tempus, sufficit quod legat per tempus interpellatum: quod in nostra universitate servatur, quando est aliqua justa causa absentiae, vel infirmitatis. Ergo ita dicamus in nostro casu, maximè favore liberationis. Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imò, quod iste mensis debeat esse continuus; quia in dubio tempus positum vel requisitum à lege censetur continuum: Ita probat text. in l. 15. ff. ad leg. Jul. de adult. text. in l. fin. §. Quotiens. ff. de Publ. & vestig. text. in l. Relegati. ff. de Pœnis; & in expresso ita tenet Glos. singularis & unica in reb. ff. de Diver. & temp. præ. quam reputat ibi singularem & unicam Imol. in clem. 1. de Integr. rest. 4. col. in med. & idem etiam tenet Glossa de Jur. canon. col. 2. de temp. ordin. lib. 6. in verb. Per annum, & ibi notant & commendant Domin. Anch. & alii DD. & in terminis in nostra questione istam sententiam & conclusionem tenet Ang. in dict. l. Si idem cum eod. ff. de Jurisdic. omn. judic. & in l. 2. §. 1. cum. ff. de Cand. instit. Idem Ang. in l. Quotiens in stipul. ff. de Verb. oblig. Idem Ang. in l. fin. §. Quotiens. ff. de Publ. & vestig. Philippus Dec. in dict. l. Si idem cum eod. ff. de Juris. omn. jud. 2. col. n. 5. Neque obstat textus ille singularis & unicus in dict. l. Paulus. §. fin. ff. de lib. caus. Quia procedit tantum favore libertatis, non aliàs. Vel aliter potest dici, quod servus, de quo ibi, tenebatur servire per triennium ad consequendam libertatem; quo durante si aufugiat, poterit post reversionem per triennium continuum servire & efficitur liber; & sic non facit pro questione nostra: & ita intelligit Philippus Decius in dict. l. Si idem cum eodem. Sed certè iste intellectus est divinatorius, & non bene probatur ex illo text. neque iste esset casus dubius. Unde teneo firmiter quod dixi: & vera solutio ad illum textum est, quod loquitur tantum & specialiter favore libertatis sicut alia quam plurima ejus favore sunt introducta.

4 Secunda regula sit: quod omne delictum in offensam Principis sit publicum: ita probat textus in ista leg. 1. ff. de Publicis jud. & tenent Bart. & communiter DD.

Tertia regula sit: quod delictum commissum contra privatam & particularem personam ita demum est publicum, si lege hoc caveatur expresse, aliàs est privatam. Et his omnibus casibus, in quibus delicta sunt publica, (B) poterit regulariter

(B) Intellige tamen, dummodò sit habilis atque ad id idoneus: argum. l. Ut gradatim. ff. de Muner. ac si plures concurrerent, digniorem esse præferendum, l. 2. ff. de Popul. action. l. Si plu-

res. ff. de Accus. l. 3. §. Si tamen plures. ff. de leg. hom. exhib. docent Accus. ac Bart. in rub. ff. de Popul. action. Ang. in Rub. num. 4. ff. de Pub. jud. Quod si plures ejusdem qualitatis & conditionis sint,

ter quilibet de populo accusare: ita etiam probat ista nostra *lex 1. de Public. judic.* & communis opinio DD. Et publica delicta sunt, Læsæ majestatis Homicidium, Adulterium, Crimen falsi, Vis atque violentia, & alia crimina & delicta in ista nostra lege prima declarata.

5. Item etiam quæro: Quo tempore duret accusatio cujuslibet delicti? Et resolutivè dico, quod regulariter durat per viginti annos, modò sit delictum publicum, modò privatum, nisi lege reperiatur contrarium; & post viginti annos tollitur & præscribitur delictum, & ejus accusatio, textus est singularis, & unicus *in leg. Querela. Cod. ad leg. Corn. de Falc.* & hoc notant & commendant ibi Glos. ordinaria, Odofr. Petr. de Bellaper. Cyn. Jac. Butr. Alber. Bald. & reputant singularem & unicum Ang. & Salyc. notat etiam & commendat Cynus *in l. Qui de crimine. Cod. de accus. fin. col. num. 6.* & ibi Salyc. 1. col. *in fin.* Glossa ordinaria *in l. Libellorum. §. fin. ff. de accusat. in glos. 1.* & ibi Bart. Glos. *in l. in Cognitione. ff. Ad Syllan. in glos. 1.* Spec. *in titul. de Accusatore. 13. col. num. 32.* Bonifacius *in tract. malef. fol. 2. 1. col.* Abbas *in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam pol. per adult. 2. column. 3. not.* & ibi com. Canonistæ, Platea *in §. Item lex Cornelia de siccariis, versic. Eadem leg. Instit. de public. judic. 1. col.* & ibi alii DD. Lucas de Penna, *in leg. Si apparitor. C. de Cohort. lib. 12.* Franc. Bald. *in tract. Præscrip. 4. part. 4. part. princ.* idem disponit *l. 5. tit. 7. part. 7.*

6. Quod extende, ut procedat & habeat locum nedum in accusatione criminali proponenda à parte verum etiam in officio judicis, mediante quo judex procedit contra delinquentem, non stante accusatore; quia illud durat tantum per 20. annos, & postea non potest judex inquirere nec procedere contra delinquentem; quia officium judicis succedit loco accusationis, & præscribitur eodem tempore: Ita probat textus *in leg. Divus, la 2. ff. de Custod. reor.* quem ibi ad hoc notat & commendat Alber. 2. col. dicens alibi non reperiri ita clarè; text. *in l. 1. Cod. eodem tit. text. in leg. penult. ff. de Public. judic.* text. notabilis & expressus *in l. 2. Cod. de Abolit. text. in l. Filiusfamilias. §. Veterani. ff. de Procurat. text. in cap. Qualiter, & quando el. 2. de accusat.* & in terminis ita tenet Bart. licet non ita benè fundet *in l. Querela. Cod. de Falsis,* & ibi Ang. Salyc. idem Salycet. *in leg. Ea quidem. 12. column. num. 62.*

Confirmatur: quia sicut in civilibus causis officium judicis durat per triginta annos sicut ipsa actio vel obligatio personalis, ut est Glos. singularis & unica, juncto textu *in l. Sicut ad rem, in verb. Persecutione. C. de Præscript. 30. vel 40. amor.* secundum Bald. & DD. *ibi:* ita etiam in criminalibus officium judicis debet durare per viginti annos, sicut accusatio partis per eos tantum durat. Ex quo subdeducitur & infertur, quod in casibus in quibus accusatio breviori tempore duret mediante lege, vel statuto, ut in crimine injuriarum, vel alio simili delicto; officium judicis ulterius non durabit, nec extendetur, secundum prædictos DD. *ubi supra.*

Rursus etiam extende supra dicta, ut in tantum omne delictum, & ejus accusatio, vel officium judicis regulariter tollatur & præscribatur per viginti annos; ut, transacto illo tempore, offensus, etiamsi sit minor, non possit restituere textus est singularis in jure *in leg. Auxilium, versic. 1. Cod. de Minor. & ibi notat, & summè commendat Odofred. final. column. & questione, Bart. Alber. Bald. Specul. in tit. de Restit. in integr. 3. column. versic. Sed pone.* Et idem est in lapsu termini dati à lege, vel judice ad probationem faciendam contra reum accusatum, vel post publicationem in causa; quia non poterit restituere ad producendos alios testes, vel probationem de novo faciendam: ita singulariter tenet Alex. *in leg. 1. §. Nuntiatio. ff. de Novi oper. nuntiat. numer. 34.* & ibi Jas. *penult. column.* post Roman. Joan. Andr. & alii DD. *in cap. Audistis de in integr. restit. & ante eos Glossa ordinaria in Clem. non potest de Procurat. in glos. penult.* Ex quo datur singularis & notanda declaratio *ad l. 17. de Madrid. hodie l. 3. tit. 8. lib. 4. Recop.* qua disponitur, quod minor qui nullam probationem fecit in termino sibi dato & concesso, vel in aliquo eam omisit, possit restituere: ut habeat locum & procedat tantum in civilibus causis, non tamen in criminalibus.

7. Adde tamen, quod licet delictum, vel ejus accusatio, & officium judicis non præscribatur minori spatio 20. annorum, tamen ex diuturnitate temporis, & sic si post delictum commissum transivit aliquod magnum intervallum, vel tempus pœna delicti est minuenda, & delinquens non est puniendus pœna ordinaria; (C) text. est singularis in jure *in l. Si diutina. ff. de Pœnis,* & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alb. & communi-

sint, gratificationi judicis locus dabitur, juxta Bart. Doctrinam *in l. in Provinciali, §. Si publicum num. 4. ff. de Nov. oper. nunt.* qua etiam de re agit inferius noster Gomez *in num. 53.*

(C) Et si lex hæc *Si diutino, ff. de Pœn. vulgò*

ad id commendetur, æ reputetur singularis; tamen proculdubio longè aliud dicit, statuit, ac sancit; nec enim vult, ut aliquis, qui ob delictum longo ante tempore perpetratum accusatur & punitur, minores ordinariis pœnas luat; sed ut is, qui

niter DD. post Gloss. ordinariam §. lectur. & illum text. ad hoc notat & commendat Salyc. in leg. Servos, Cod. ad leg. Julian. de vi, 2. colum. notat etiam & commendat Abb. in cap. Cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter. 2. column. 3. notabili, Bald. in tract. pres. 4. part. 4. partis princ. 2. col. & quæst.

8 Quod intellige, quando delictum non est reiterabile, ut homicidium: secus verò aliàs; quia potius augetur pœna, secundum Bart. in dict. leg. 1. Si diutina, & Abb. melius quàm alibi, in dict. cap. Cum haberet, 2. colum. per textum expressum ibi. Secundò intellige, quando talis delinquens post delictum commissum non fuit accusatus, nec contra eum fuit processum: secus verò si fuit accusatus, & contra eum processum, sed propter ejus absentiam non potuit imponi sibi pœna; ita singulariter dicit Bartol. in dict. leg. Si diutina, ff. de Pœnis argumento text. in l. 2. Cod. de Requirendis reis tenet etiam Abb. Panor. in dict. cap. Cum haberet, 2. col. & ibi Anchar. 3. col. num. 8.

9 Privata delicta sunt illa, pro quibus tantum potest accusare ille, qui injuriam vel offensam passus est, non verò quilibet de populo, modo agatur civiliter, modò criminaliter; ut crimen injuriarum, furtum, & simile delictum: text. est in leg. fin. ff. de Privatis delictis. Et ibi expressè tenet Gloss. ordinaria, & Bart. text. in leg. Manifestissimi, Cod. de Furtis, & ibi etiam communiter DD. & istam regulam & doctrinam ponit Angel. in rubr. hujus tituli, de publ. judic. Imola in nostra leg. 1. Bald. in leg. unica. Cod. ex delictis defuncti. fin. col. Joan. Andr. in adit. ad Specul. in titul. de accus. vers. fin. Paul. de Cast. in leg. 1. Cod. ubi de crimen. agi oport. Faber. in §. 1. Instit. de public. judic. Abb. in cap. Cum P. Manconella, de accusat. 3. col. num. 12. & ibi Canonistæ: Angel. de malef. in parte, nec non ad querelam. vers. Quæro an quilibet, & ejus additionator Bonifacius Tract. maleficiorum, in rub. de public. jud. Idem in rubr. de privatis delictis. Et adde, quòd in dubio omne delictum commissum contra privatam personam censetur privatum, nisi lege caveatur quòd sit publicum: text. est singularis in l. 3. §. fin. ff. de Prævaric. per quem ita tenet Bart. Imol. in ista l. 1. de public. judic. Bald. in rub. C. Qui accusar. non pos. 3. col. idem Bald. in l. Transigere, C. de Transact. penult. col. num. 22. & ibi alii DD.

Ang. de Malef. in part. nec non ad querelam, versic. Queritur, & ad hoc illum text. reputat singularem Anna. in cap. 1. de Collus deteg. 4. c. Et in tantum hoc est verum, ut procedat & habeat locum etiamsi pro tali delicto imponatur à jure pœna mortis: ista est Gloss. singularis, & unica in leg. penult. ff. de Condit. caus. data, caus. non secu. in glos. 3. quàm ibi ad hoc notant & commendant Bald. Paul. & reputat unicam Bald. in cap. Ac si clerici, de jud. 4. col. num. 17.

10 Advertendum tamen, quod licet in delictis privatis non competat accusatio cuilibet de populo, sed tantum offenso; tamen benè potest, imò tenetur judex ex officio suo inquirere, procedere, & accusare, si offensus non accusat, vel si desistat ab accusatione proposita, ita probat text. capitalis & expressus in leg. Congruit, ff. de Offi. presid. & ibi notant & commendant Bart. Alber. & communiter DD. text. in leg. Item apud Labœonem, §. Si quis sic fecit, ff. de injurtis, & ibi Bart. & alii DD. text. in leg. Per omnes, Cod. de Defension. civil. & ibi DD. text. in leg. Qui sepulcra, Cod. de Spulchr. violat, text. in leg. 4. vers. 1. ff. ad leg. Jul. pecul. & idem disponit lex pen. tit. 1. 7. part. & lex 3. cum sequent. tit. 17. 3. partit. Cujus ratio est: quia ex quolibet delicto publico vel privato oritur duplex offensa vel injuria; una parti, & alia reipublicæ: unde, licet pars offensa non accuset, judex potest & debet ex officio procedere pro injuriâ reipublicæ, cui convenit ut delicta puniantur pro pace & quietudine ejus: textus est in leg. Licitatio, §. Sed quòd illicite, ff. de publ. & vectig. & ibi communiter DD. textus in leg. Ita vulneratus, in fin. ff. Ad legem Aquil. text. in leg. 4. §. Cum dominus ff. De noxal. text. in leg. Si à reo, §. fin. ff. de fidej. & ibi utrobique communiter DD. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in l. 2. §. Si publico ff. ad l. Jul. de Adulter. idem Bart. post Dylum, & Antiquos in leg. 1. §. Non usque adeo, ff. de injur. Idem Bart. in l. Transigere. Cod. de Transact. 4. col. & ibi Alber. Paul. Salyc. & communiter DD. idem Bart. in l. Inter omnes, §. Rectè, ff. de Furtis, Faber. in rubr. Inst. de injur. Bald. in auth. ad hæc, Cod. de Usur. fin. col. Aretinus in c. Qualiter. & quando, el 2. de accusat. 15. col. num. 72. Ang. in §. 2. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. Ang. de Malef. in part. contra voluntatem, fol. 86. & part. comparant

qui per longum tempus in reatu fuit, hoc est, in judiciis actus peractusque est, clementius puniatur: habitus enim ille demissus, pannosus, squalidus, ac sordibus plenus, & gratiâ meritò aucupabatur, & per longius tempus perlatus pœ-

nas ordinarias summo jure imminuere debebat; cum & ipse loco pœnæ non de nihilo haberi posset; qui verus illius text. est intellectus, ut ex ipsius verbis apertè constat, & eleganter explicat Guill. Bud. ad Pandet. & Joan. Cor. l. 2. Misc. c. 20.

rent dicti inquisiti, vers. *Quod si opponat.* Salycet. in leg. *Ea quidem, Cod. de Accusat. 9. column. num. 45.*

* Confirmatur etiam, quia iudex censetur esse quidam procurator reipublicæ: ergo merito tenetur, si ex culpa vel negligentia aliquod omisit facere: text. est in leg. *Prohibere, §. Planè ff. Quod vi aut clam.* & ibi DD. Ex quo inferitur, quòd cum teneatur inquirere & punire delinquentem; omisit & fuit negligens, potest & debet puniri in syndicato. *

Imò quod magis est, hoc habet locum & procedit etiam in casu quo persona offensa non possit accusare; ut quia sit servus, & sibi est facta injuria, causa & retione suæ personæ, non domini: text. est in leg. *Item apud Labeonem, §. Si quis sic fecit, ff. de Injuriis,* & ibi notant & commendant Bart. & communiter DD. Ex quo inferitur in practica, quòd eo casu, quo iudex posset contra delinquentem ex officio procedere, poterit creare, & constituere fiscalem, qui accuset; & ita quotidie practicitur: ita probat textus in leg. 2. *Cod. de Delatoribus, lib. 10. & ibi Bart. Platea, & communiter DD. tenet etiam Paris de Puteo in tractatu syndicat. in part. accusatio num. 2. fol. 42.* licet corruptè alleget illum textum. Item adde & extende prædicta, ut in casibus, in quibus iudex procedit ex officio possit, imponere pœnam ordinariam delictis; text. est notabilis & expressus in l. 2. *Cod. de Abolitionib. & ibi Bald. Salycet. & communiter DD.*

II Circa prædicta tamen novissimè quæro: Quæ sit ratio: per quam crimen injuriæ, furti, vel simile delictum sit privatum, & non publicum; sicut homicidium, adulterium, falsitas, violentia, vel quodlibet aliud delictum publicum; cum ex utroque offendatur pars principalis, & similiter respublica imò prima delicta privata superius nominata magis sunt in usu quotidiano? Et cogitavi, quòd ratio potest esse, quia in prædictis delictis privatis potest offensus agere vel accusare civiliter ad pœnam pecuniariam sibi applicandam, vel criminaliter ad pœnam corporalem, & uno præjudicat alteri, & per consequens sunt incompatibiles; & ad talem pœnam civilem non potest agere extraneus, quia sua non interest; non potest agere criminaliter, quia sunt incompatibilia remedia, & per accusationem criminalem fieret præjudicium civili, ut in l. unic. *C. Quando civilis actio criminal. præjudic.* Et si replices: Quæ sit ratio, per quam in delictis publicis, extante parte offensa, non fuit à jure imposita pœna pecuniaria, quæ præjudicaret crimi-

nali? Respondeo, quòd ideo est, quia delicta publica sunt majora & graviora & requirunt publicam accusationem & punitionem. Et certè in hoc consistit vera & mentalis ratio hujus articuli, ab aliquo non posita, nec inventa.

12 Item quæro, (D) an in causis criminalibus ex delictis publicis vel privatis admittatur procurator? Et resolutivè dico quòd non, modo accusando, modò defendendo: text. est capitalis & expressus in leg. *penult. §. Ad crimen ff. de publ. judic. text. in cap. Veniens, de Accusat. text. in cap. In criminalibus 5. quest. 3. text. in cap. Absens 3. quest. 9. text. in cap. Si quando 2. quest. 6. & utrobique Gloss. ordinaria, & communiter DD. & idem disponit leg. 6. tit. 1. part. 7. nisi sit tutor vel curator alicujus minoris; qui potest accusare, vel defendere nomine minoris, persequendo suam vel suorum injuriam, vel prosequendo propriam defensionem: text. est in leg. 2. *Cod. Qui accus. non poss. & ibi Salycet. & alii DD. & idem disponit prædicta lex 6. tit. 1. part. 7.**

Et si quæras: Quæ sit ratio, per quam in causa criminali non admittitur procurator? Dico, quòd prima ratio est: quia si causa ageretur per procuratorem, ipse condemnaretur, & non dominus, ut in leg. 1. *Cod. de sentent. & interloc. omn. jud. & esset injustum & iniquum in procuratorem exequi sententiam: istam rationem ponit Gloss. ordinaria in dict. leg. penult. §. Ad crimen.* Sed non concludit, nec est vera; quia sententia condemnatoria lata contra procuratorem nocet soli domino, & contra eum fit executio, ut ibi notatur: Item etiam, quia in pluribus causis criminalibus invenimus, quòd causa agitur per procuratorem, quas infra ponam, & in ejus fertur sententia contra dominum, vel saltem executio, ut in leg. *fin. Cod. de Injuriis.* Ergo idem esset in omnibus causis generaliter si admitteretur procurator. Nec obstat text. in dict. leg. 1. *Cod. de Sentent.* Quia loquitur & procedit in causis civilibus; quia in eis procurator quasi contrahit in iudicio, ideò condemnatur, & quod solvit, repetit à domino; quod non est in criminalibus, & in expressò ita tenet Cyn. & Salyc. in dict. leg. *fin. Cod. de Injuriis.*

Secunda ratio est: Quia si posset intervenire, sequeretur iudicium illusorium; quia reus delinquens numquam compareret ad pœnalem executionem recipiendam; ita Bart. in dict. leg. *pen. §. Ad crimen, 1. colum. & ibi Albert. 2. col. & certè ista ratio satisfacit & concludit, & eam apertè, confirmat lex 12, tit. 5. part. 3.*

Ter-

(D) Hac de quæstione & materia videto Marian. Socin. in c. *Veniens de accus. Hipol. in pract. §. Se-*

quitur, & qui latissimè & diligentissimè hanc rem agit. Jul. Clar. in pract. §. ult. 9. 32. per tot. 2.

Tertia ratio potest esse : quia cùm causa criminalis sit gravis & ponderosa , reus delinquens meliùs & diligentius agitabit causam & defensionem ejus mediante sua persona ; argumento text. in l. 1. in fin. ff. ad Carb. & ibi commun. DD.

13 Quarta potest esse ratio nova ; quia ea quæ non consistunt in patrimonio , & bonorum administratione , non possunt exerceri per procuratorem ; ut emancipatio , adoptio , ætatis impetratio , & similia quæ consistunt in statu personali : ita probat textus in leg. Jubemus , Cod. de Emancipat. liber. ibi : Precibus à semel ol' latis : text. in leg. post mortem , §. 1. ff. de Adoption. text. in l. 2. Cod. de His qui veniam ætatis impetrant. ibi : Per se principale beneficium allegantes. Et utrobique communiter DD. & tradit notanter Bart. in leg. Gallus , §. Forsitan , ff. de Liber. & posthum. Et ibi Moderni : Ergo à fortiori causa criminalis non debet agitari per procuratorem.

Quod tamen intellige , quando ex tali delicto venit imponenda pœna corporalis : secùs autem si sit pœna relegationis , vel infamiæ , vel pecuniaria ; quia tunc benè potest intervenire procurator ; textus est in leg. 1. versic. Sin autem , ff. an per alium causæ appellationis reddi possunt , & ibi Glos. ordinaria in l. Servum quoque , §. Publica , ff. de Procurat. Gloss. ordinaria in dist. leg. penult. §. Ad crimen , ff. de Public. jud. Glos. in leg. fin. Cod. ubi senat. vel cleric. & tenet Bartol. post DD. antiquos , quos ipse refert in dist. §. Ad crimen , & ibi Imola , qui benè loquitur , & dicit hanc esse communem opinionem : Paulus de Castro , ubi dicit hanc esse communem opinionem in leg. Servum quoque , §. Publico , ff. de Proc. Salyc. in leg. Reos , Cod. de Accusat. tenent etiam commun. Canonistæ in dist. cap. Veniens. de Accus. Præcipuè Maria Soc. qui meliùs & latiùs loquitur , & dicit hanc esse communem opinionem ; Hippolyt. de Marsil. in sua practica , §. Sequitur , fol. 36. Sed in hoc articulo hodiè distinguit notanda l. Partitar. & disponit , quòd in causa criminali , in qua venit imponenda relegationis perpetuæ , non admittatur procurator ; in causa verò relegationis temporalis , vel pecuniaria , benè admittatur : ita est lex 12. tit. 5. part. 3.

14 Item etiam limita & intellige prædicta jura , & communem opinionem , ut procedant & habeant locum , præterquàm si reus delinquens sit positus in vinculis , & non possit benè agitare causam personaliter ; quia tunc indistinctè in qualibet causa criminali etiam gravissima ; ex qua veniat imponenda pœna capitalis , potest constituere procuratorem : & in terminis ita tenet Bart. in dist. §. Ad crimen , 5. col. & ibi Alber. 1. col. reputans notabile Imol. 9. col. dicens , hanc esse communem opinionem : tenet etiam Bald. in Tom. III.

leg. Reos , Cod. de Accusat. 4. col. Abb. & Canonistæ in cap. Veniens. Sed certè hoc videtur dubium , & contra jura & rationes superiores ; cùm clarè constet , quòd in delictis & causis criminalibus reus delinquens debeat esse incarceratus , & in vinculis positus. Idèd in isto regno cauti judices semper faciunt actus processus cum ipso incarcerato personaliter , & est communis usus & stylus in practica , quòd certis diebus vel horis fiat audientia publica cum ipsis incarceratis : & certè est optimum consilium in practica ; & ita expressè tenet Paul. de Castr. in dist. leg. Servum , §. Publicæ , ff. de Procur. pen. col. n. 9. & ibi Angel. tenet etiam Angel. de Malef. in part. Qui judex videns , quòd inquisiti , vers. Et etiam nota , dicens , quòd ita practica- tur ; & ante eos Gandin. in tract. malef. fol. 15.

15 Item etiam limita & intellige , præterquam in appellatione interponenda pro reo condemnato ; quia potest fieri per procuratorem ; argumento text. in leg. Ad distos , Cod. de Episc. audiend. per quam ita tenet Alber. in dist. §. Ad crimen , 2. col. num. 8.

Postremò etiam limita & intellige , præterquam in illustri persona ; quia ratione dignitatis potest in causa criminali accusare , vel se defendere per procuratorem : text. est in leg. fin. Cod. de Injuriis , & ibi Glossa ordinaria , text. in §. In summa , vers. Hoc videlicèt observando , instit. de Injur. text. in Authent. ut ab illustribus , vers. Nec non etiam , collat. 5. text. in cap. Absens , 3. quæst. 9. Quod tamen intellige solùm in crimine injuriarum ; quia ex eo non imponitur regulariter pœna corporalis talibus personis : Ita apertè probant prædicta jura , & ibi communiter doctrina & declaratio DD. secus tamen est in aliis causis & delictis gravissimis ; quia in eis non potest etiam illustris persona accusare , vel se defendere per procuratorem , text. est in leg. Tunc convenit , Cod. de Accus. & ibi Bald. Salycet. Adde tamen , quòd in civili causa talis persona illustris , etiamsi velit non potest agere , nec se defendere personaliter , sed tenetur constituere procuratorem : text. est in leg. penultim. cum auth. ibi posita , C. de Proc. & ibi Glos. ordinaria text. in Auth. ut ab illustr. &c. §. Sancimus. collat. 5. idem disponit leg. 11. tit. 5. 3. part. per rationes ibi positas , licèt possit adesse causæ dum agitur , & judices instruere , & de suo facto & jure docere ; ita dicit prædicta lex Part. & certè quotidie videmus hoc fieri in cancellariis regiis , & consilio regali.

16 Singulare tamen dubium est ; si in causa criminali gravissima , in qua veniat imponenda pœna corporalis , fuit admissus procurator ? An processus sit nullus , & debeat postea ex integro fieri cum parte ? Et resolutivè dico , quòd Glos.

singularis & unica in leg. *Quamvis indubitati*, C. de Adulter. tenet, quòd valet & tenet processus, si non opponatur à parte; & adhuc debet opponi ante litem contestatam, cùm sit exceptio dilatoria: & illam Glossam ad hoc notant & commendant ibi DD. & reputat singularem & unicam Salyc. num. 5. similis tamen Gloss. est in cap. 1. de Jud. lib. 6. & ibi Joan. Monac. Hostiens. & DD. Sed contrarium est tenendum, imò, quòd iudicium sit omninò nullum, etiam non opposita exceptione; argumento text. in dict. leg. pen. §. *Ad crimen*, ff. de Public. jud. ubi dicitur, quòd in causa criminali frustrà intervenit procurator: & sic denotat nullitatem actus. Item etiam, quia omnes prædictæ rationes, quibus suprà dixi & probavi quòd in causa criminali non potest intervenire procurator, militant etiam & habent locum in isto casu. Et in expressò ita tenet Bart. in dict. leg. pen. §. *Ad crimen*, fin. col. & quest. & ibi alii DD. tenent etiam Cyn. Alb. Angel. Salyc. & magis communiter DD. in leg. *Quamvis indubitati*, Cod. de Adulter. tenet etiam latiùs & meliùs quàm alibi Marianus Socyn. in cap. *Veniens*, de accus. 50. col. num. 68. vers. *Quintò principaliter quæro*: & istam opinionem sequor tanquam veram & iudicam; quam tenet Abb. in cap. *Veniens*, col. fin. & est communis & communior opinio secundùm Aret. ibi num. 87. & 89.

17 Item adde, quòd si post delictum commissum iudex procedit ex officio, vel accusator extraneus velit accusare, oportet quòd iudex requirat in actis offensum, vel consanguineos qui possunt accusare prosequendo suam vel suorum injuriam, ut si velint accusare, compareant infra certum terminum, & accusationem proponam: & ita practicatur in nostro regno à peritis iudicibus. Pro cuius fundamentali intelligentia considero, quòd tam in civilibus quàm in criminalibus nemo compellitur agere, vel accusare, ut in leg. unic. Cod. *Ut nemo inuitus agere*, & ibi Glos. ordin. Illud tamen solùm benè reperitur & expressum; quòd in causa status personæ, si procedat diffamatio, potest iudex ad instantiam diffamati constituere terminum ut agat, & suam præjudicalem actionem proponat; aliàs non audiatur: text. est capitalis in leg. *Diffamari*, Cod. de ingen. & manum. & ibi DD.

18 Et attendendum circa illam legem; quia est dubium, an illa lex habeat etiam locum generaliter in qualibet alia causa civili? ut diffamans alium, dicendo eum ejus debitorem, compellatur agere; aliàs sibi imponatur silentium, & postea non audiatur; an solùm procedat in causa status tam præjudiciali? Et certè nullus Doctorem hoc aperit nec declarat in dict. leg. *Diffamari*, sed reperio quòd Bald. in leg. *Si ea*, Cod.

Qui accus. non poss. 2. col. in fin. num. 10. expressè tenet, quòd solùm habet locum in causa status; & non in alia: idem apertè vult Bald. Sal. in d. l. unic. C. *Ut nemo inuitus*, & istam partem probat l. part. quæ cum illa leg. *Diffamari*, concordat. in leg. pen. tit. 2. 3. part. Sed contrarium est tenendum, imò, quòd illa lex generaliter intelligatur etiam in qualibet alia causa civili: & ita expressè tenet Innoc. in cap. *Conquerente*, de offic. ord. 1. col. n. 1. & ibi Abb. fin. col. Imol. 1. col. Joan. Andr. Cardin. & Anch. ibi 2. col. & tenet expressè Bald. sibi contrarius in auth. ad hæc. C. de Usuris, pen. col. n. 617. & expressè hoc tenet Bart. uno verb. in l. *Titia*, ff. de Accus. fin. col. propè finem, & tenet expressè Paul. in l. *una* in princ. cap. *Ut nemo inuitus*, & tenet expressè Lucas de Pen. in leg. *Si apparitor*, Cod. de Cohortibus, lib. 12. 4. col. vers. *Nota*. Et pro hac sententia allego Glossam singularem in leg. *Sed & si per prætorem*, §. *Ait*, vers. *Sed & si dum decreto*, ff. ex quib. caus. major quam notat & allegat ad hoc Bald. in l. *Papinianus*, §. *Si quis post ff. de Inoffic. test.* & ibi etiam expressè Alber. & est de mente Bartol. & tenet Old. in suis consil. cons. 3. 2. col. & Imol. in leg. de pupillo, §. *Si is cui*, ff. de Nov. oper. nunt. & istam dicit communem opinionem Imol. in leg. *Quamdiu*, la 3. fin. col. ff. de Acquir. hæred. & ita debet intelligi & extendi dict. leg. partit.

19 Imò, quòd magis est, talis reus, cui competit aliqua exceptio, nedum poterit uti remedio prædict. leg. *Diffamari*, sed etiam poterit petere examinari sibi testes ad perpetuam rei memoriam, si actor differt agere, quamvis de eorum morte, vel longa absentia verisimiliter non dubitetur; quia in ejus potestate non est agere: textus est valdè notabilis in leg. *Aquila. Si deletum*, ff. *Ad leg. Aquil.* & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Odofr. Bart. Alber. Florian. & communiter DD. text. juncta Glossa, in leg. fin. Cod. de Usuris pupil. & ibi Bart. dicens perpetuò menti tenendum. Actor verò non potest petere examinari sibi testes ad perpetuam rei memoriam, nisi verisimiliter constet eos de proximo morituros, vel longè abfuturos, quia sunt senes, vel advenæ ex longinquis partibus; ut probatur in dict. leg. in l. *Aquila. Si deletum*, & ibi Glossa, & probat text. leg. *Current*, ff. de Testibus. & ibi Gloss. & Bart. & alii DD. text. in leg. *Authent. de Testibus*, §. *Et hic verò*, collat. 7. & ibi DD. text. in cap. *Quoniam frequenter*, ut lite non contestat, & ibi Gloss. Abbas & communiter DD. text. in cap. *Significavi*, de testibus, text. in *Authent. sed & si quis ab aliquo*, Cod. de Testibus, & ibi Bart. Bald. Paul. & idem disponit leg. 2. tit. 16. 3. part.

20 Imò etiam, quòd magis est, talis reus, cui ali-

aliqua exceptio vel ejus defensio competit, poterit actorem ad iudicium provocare, iudicis officium implorando, ut declaretur exceptionem sibi competere, & imponatur actori silentium super actione; ista est Glos. singularis, juncto textus in *l. Si contendat. ff. de Fidejuss.* & ibi reputant singularem Bart. Bald. Ang. Paul. & tenent idem Bart. Bald. & commun. DD. in *leg. 3. Cod. Qui bonis cedere poss.* Bald. Salyc. & alii DD. in *leg. 2. Cod. Ne filius pro patre Ang. in leg. Si cut in rem, Cod. de Præscrip. 30. vel 40. annorum.* Bald. in *rub. Cod. de Condit. ex leg.* Bart. in *leg. Si finita §. Eleganter, ff. de Damno infecto,* & ibi meliùs quàm alibi Alex. Anton. Abb. Imol. Felin. & communiter Canonist. in *cap. Sin autem, de rescriptis,* & est communis opinio; licèt contrarium notabiliter teneat Imol. in *dict. l. Si contendat. ff. de Fidej.* per optima fundamenta.

21 Advertendum tamen, quod superior opinio, quæ habet, quod possunt recipi testes ad perpetuam rei memoriam, quando timetur de eorum morte, vel absentia; habet locum & procedit in causa civili; secus verò in criminali ex parte accusatoris. Cujus ratio est; quia in ea requiritur liquida probatio, ut in *leg. fin. Cod. de Probat.* Item etiam, quia in executione pœnarum non adhibetur favor, ut in *leg. Auxilium, ff. de Minor.* Quod tamen limita & intellige ex parte accusatoris: secus verò ex parte rei; quia bene poterit petere, ut fiat prædicta examinatio ad perpetuam rei memoriam, si velit probare exceptionem, vel aliquam justam defensionem; ut quòd fecit delictum ad suam defensionem, vel quòd tale delictum non erat punibile, vel quòd illo tempore erat minor, vel absens, vel alia justa causa; & ita eleganter determinat Bald. in *Authent. Sed & si quis ab aliquo, Cod. de Testibus 3. column.* Bald. in *capit. Quoniam frequenter, ut lite non contestat. 3. column. num. 9.* Florian. in *dict. leg. in leg. Aquil. Si deletum, fin. column. & quæst. ff. ad leg. Aquil. & idem disponit notabilis lex partit. leg. 2. titul. 16. 3. part.*

22 Si verò in causa criminali jam accusator proposuit accusationem, & illam non prosequitur; tunc ista est justissima causa, per quam possit iudex statuere terminum ipsi accusatori, ut litem & causam prosequatur, & aliàs non audiatur: text. est expressus in *leg. Si ea, Codic. Qui accusar. non poss.* quem ibi ad hoc notant & commendant Glos. ordinaria, Cyn. Jacob. Butr. Bart. Alberic. Bald. Salyc. & communiter DD. & idem disponit *leg. 17. tit. 1. 7. part.* Si verò accusator nondum proposuit. sed tantùm diffamavit reum, dicens commississe tale delictum; tunc benè potest assignari certus terminus diffamanti, intra quem accuset, sicut in civilibus

Tom. III.

dictum est & in terminis ita probat mihi textus in *leg. Titia. ff. de Accusat.* licèt Glossa, Bart. Alber. Ang. aliter illum intelligant: & ita tenet ibi Bart. postea sibi contrarius, *fin. colum.* uno verbo ponderando verba illius *l. Dum dicit, arguere minaretur.* Et confirmatur; quia si hoc est verum, & procedit in civilibus causis, à fortiori habebit locum in criminalibus.

Si verò accusator adhuc non proposuit accusationem, nec diffamavit reum delinquentem, sed iudex procedit contra eum ex officio, vel ad instantiam fiscalis ad hoc positi & destinati, vel ad instantiam alterius extranei de populo; an tunc iudex possit & debeat ex officio requirere offensum, vel eos qui possunt accusare prosequendo suam, vel suorum injuriam, & præfigere eis terminum, ut declarent, an velint accusare, vel non? Et breviter & resolutivè teneo quòd sic; imò consulo, quod semper iudex hoc faciat & requirat; quia aliàs offensus, vel ille qui prosequeretur suam vel suorum injuriam, posset pendente inquisitione, vel prima accusatione, comparere, & præferri: ita probat text. in *l. 2. §. fin. vers. In tantum, ff. de Adult.* & ibi Alb. & DD. antiqui; text. in *l. Si maritus, §. Si ante eod. tit. & ibi Bart. & alii DD.* text. in *l. Si cui, §. Iisdem, ff. de Accusat.* & ibi Alber. & Antiqui: tenet etiam Salyc. qui bene loquitur in *leg. Ea quidem, Cod. de Accusat. 12. col. num. 63.* & facit bonus text. in *l. Divus Adrianus, vers. Sic & divus Pius, ff. de Custod. reor.* ubi expressè probatur, quòd semper accusator legitimus debet admitti, re integra; quem ad hoc ponderat Bald. in *leg. 1. §. 1. De rei vindic. in fin.* Adde tamen, quòd debet venire & comparere ante sententiam diffinitivam latam; & postea non est admittendus, nisi possit probare & docere de prevaricatione, vel alia justa causa: ita tenet & declarat Bart. in *dict. leg. Si maritus, §. Si ante, ff. de Adult.* post Antiquos. Verius tamen videtur, quòd teneatur venire, & comparere ante probationem factam, & publicationem ejus; non verò postea, quia jam res non dicitur integra; item etiam, quia si probatum est delictum, statim reus debet damnari, & aliterius accusatio non est in aliquo utilis nec necessaria; nec ex hoc aliquod præjudicium fit alicui: si verò non est probatum, ipse reus delinquens debet absolvi, cum jam res dicatur notoria pro innocentia sua: & aliàs fieret sibi maximum præjudicium: argumento text. cum materia in *Authent. atqui semel, Cod. de Probat.* & istud teneo: Licèt Salycet. in *dict. leg. Ea quidem 13. column. Cod. de Accusat.* expressè dicat, quòd si delictum sit probatum, alter non admittatur; aliàs verò, si delictum non sit probatum, semper admittatur, si veniat & compareat ante sententiam: & ante Salycet. ita

B 2

te-

tenet Bald. *in leg. 1. ff. de Rei vend.* Accusator verò extraneus, tanquam unus de populo indistinctè non admitteretur posquam iudex processerit ex officio contra reum delinquentem, quocumque tempore veniat; quia inquisitio subrogatur loco accusationis, & est paris potentiae & effectus, & tali casu potior debet esse conditio præoccupantis iudicium, argumento text. *in leg. Pluribus, ff. de Procur. cum simil.* ita Salyc. *ubi supra.* Ergo ex ista justissima causa, scilicet ne processus inquisitionis cesset & annulletur, accusatore superveniente: poterit iudex constituere terminum ei qui dicitur esse legitimus accusator, intra quem accuset; alias postea repellatur. Et credo, quòd ista sit ratio fundamentalis usus practicae quotidianae, quam uno verbo posuit Bald. *in l. Quamvis, la 2. Cod. de Adult. 1. col.* ubi, ex ratione illius text. infert, quòd quando in accusando præfertur aliquis, debet eum iudex citare & requirere, ut declaret an velit accusare, vel non, priusquam alter admittatur, iudex procedat ex officio: & idem disponit hodiè expressè in nostro regno *l. fin. tit. 20. lib. 4. fol. 160.*

23 Confirmatur utili regula & doctrina generica, quæ habet, quod indistinctè in qualibet causa potest iudex ex justa & legitima causa assignare terminum prætendenti aliquod jus, ut illud deducat & proponat in iudicio, aliàs postea non audiatur, sed imponatur sibi silentium, ita probat text. *in leg. Diffamari, Cod. de ingenuis & manumiss.* quæ, licèt, loquatúr in diffamante statum libertatis, tamen etiam habet locum in quolibet alio jure, & materia, & qualibet alia causa civili, & criminali, secundum DD. *ibi,* & tenet Bart. *in Authent. ad hæc, Cod. de Usuris, penult. column.* Bart. *in leg. Titia, ff. de Accusat.* Imol. *in leg. Quandiu leg. 3. ff. de Acquir. hæredit. fin. column.* Innoc. *in cap. Conquerente, de offic. ordin. 1. colum.* Abbas, & etiam DD. *in cap. Licet, de accusat.* ante omnes voluit etiam Gloss. ordinaria *in leg. Sed & si per prætorem, §. Ait prætor, ff. Ex quibus caus. major.* & *ibi* Bald. & alii DD. Alber. Bald. *in leg. Papinianus, §. Si quis post, ff. de Inoffic. testam.* Imol. *in leg. de Pupill. §. Si is cui, ff. de Novi oper. nuntiat.* probat etiam textus *in leg. Si eo tempore, Codic. de Remis. pignor.* ubi habetur, quòd creditor, vel ille qui ex causa vendit rem alienam, potest petere à iudice assignari tempus aliis sua interesse putantibus, infra quod compareant, & doceant, de jure suo; aliàs postea non audiatur: & ad hoc notant & commendant *ibi* Cyn. Jacob. Bart. Bald. Salyc. & communiter DD. text. *in leg. Mancipiorum, ff. de Option. leg.* ubi disponitur, quòd si electio servi, vel alterius rei relinquitur legatario, potest iudex ad instantiam hæredis sibi terminum assignare,

infra quem debeat eligere; & ad hoc notant & commendant *ibi* Bart. Alber. probat etiam Gloss. singularis, & ordinaria *in leg. unic. Cod. Ut nemo invitus agere, &c. fin. quest.* ubi tenet: quòd si debitor est recessurus, & sperat esse conveniendum ab aliquo creditore tempore sui recessus, potest iudex ad instantiam ejus præstingere tempus in quo creditor agat, & doceat de jure suo; & ad hoc summè notant & commendant *ibi* Bald. Paul. Salyc. illam ad hoc reputat singularem Bald. *in capit. Licet causam de probat. 5. col.* Ex qua regula, & doctrina generica inferitur, quòd post finitum officium iudicis, vel alterius officialis potest statui, & assignari tempus ratione syndicatus, ut volentes vel prætendentes aliquid petere contra eos, agant & petant infra illud, postea verò non audiatur: & in terminis probat text. *in leg. unic. Cod. Ut omnes iudices tam civiles, quam militares, &c. text. in leg. Consiliarios, Cod. de Asses.* & tenet expressè Cardinalis *in cap. pen. de Judiciis,* & *ibi* Abb. & alii DD. & ita quotidie practicitur.

24 Advertendum tamen est ad unum, quòd est notabile & necessarium in proposito; scilicet quòd ad hoc ut in criminalibus, vel civilibus, post lapsum terminum præfixum à iudice ad accusandum vel agendum non audiatur accusator, vel actor, oportet quòd sit monitus bis, & sic, quòd duplex terminus sit sibi assignatus & non sufficit unus: ita probat Glossa reputat singularis *in Authent. de Hæred. & fal. §. Si quis autem non implens, in verb. Admonitus, collat. 1.* quæ vult, quòd quando post terminum à iudice assignatum ad aliquid implendum, quis debet perdere vel admittere jus suum requiritur bina monitio, & duplex assignatio termini, argumento text. *in Authent. ut liceat matri & avia, §. Si quis in sua, collat. 8.* & *in Authent. de Eccles. tit. §. Si autem qui hoc, collat. 6.* & *in Authent. de sanct. Episc. §. Presbyteris autem, collat. 9.* Licèt Glossa corruptè alleget illa jura: & per illam Glossam ita tenet *ibi* Ang. *in 2. col. vers. Ex hoc infero,* ubi per dictam Glossam, & dicta jura, quæ allegat, tenet prædictam conclusionem; & idem tenet Angel. *in dict. Authent. de Eccl. tit. §. Si quis autem pro redemptione, in fin. collat. 9.* & illam glossam ad hoc reputat singularem Angel. *in tract. malefi. in parte ad querelam, fol. 13. 3. col. vers. Unum tamen* & illam Glossam ad hoc reputat singularem Alex. *in addit. ad Bart. in leg. Titia, ff. de Accus. & istam conclusionem tenet etiam Jas. in Authentic. hoc amplius 2. column. n. 4. de Fideicom. & hoc reputat singulare idem Jas. in leg. Rem que nobis, ff. de Acquir. posses. 1. colum. num. 40. Alex. in consil. 109. fin. col. in fin. 1. vol. cons. & illam Glossam ad hoc notat*

tat & commendat; & reputat perpetuò menti tenendam, Ang. de Aret. in Rub. de except. 16. col. in princ. num. 23. Pro qua sententia & doctrina pondero textum, qui non consideratur, in leg. Diffamari, Cod. de Ingen. & manum, ubi dicitur, quòd ad instantiam diffamati fuit assignatus terminus actori per judicem, & postea per alterum successorem ejus, ut ageret; & sic bis fuit facta monitio. Secundò pro hac sententia considero novum textum & non allegatum in l. fin. Cod. de Usuris pupi. ibi: Denuntiationibus frequenter interpositis: ubi secundùm Glos. ibi in 3. lect. quæ est vera & communiter approbata, dicit quòd si minor post finitam tutelam petere possit à tutore aliquas usuras, & tutor velit se exonerare, potest provocare & movere ipsum pupillum ad iudicium, ut petat vel agat: & dicit text. quòd hoc debet facere denuntiationibus frequenter interpositis: ergo non sufficit una monitio, & assignatio termini.

Sed his non obstantibus, indubitanter teneo contrarium, imò, quòd sufficiat unica tantùm monitio, & termini assignatio facta à iudice: & hoc primò expressè probatur per textum juncta doctrina Bart. & DD. in leg. Titia, ff. de Accusat. ibi, intra tempus à præs. definitum. Ubi apertè probatur, quòd sufficit unica assignatio termini. Secundò facit text. expressus in leg. Si ea, Cod. Qui accus. non poss. juncta communi opinione DD. & per illud textum ita tenet Bart. in extravagant. ad reprimendum, verbo, Super directo crimine, in fin. Tertio facit text. carens responsione in l. Mancipior. ff. de Option. legat. cujus verba sunt: Decernere debet prætor, nisi intra certum tempus ab ipso præfinitum elegerit, electionem legatorum ei non competere, & ita est de mente omnium DD. ibi. Quartò pro hac sententia & opinione considero Glossam expressam & notabilem in leg. Papinianus, §. Si quis post, ff. de Inofficioso testam. ubi tenet, quòd terminus assignatus per iudicem ad accusandum, semper est præemptorius, ut postea non audiatur; & sic apertè vult, quòd sufficiat unica monitio, & assignatio termini: & illam Glossam expresse notat & commendat ad hoc Bart. ibi in fin. Alberic. & alii DD. Quintò pro hac parte facit bonus textus in leg. Titia Sejo, §. Usuras, in fin. ff. de legat. 2. ubi disponitur, quòd ad constituendum quem in mora per interpellationem, sufficit unica tantùm monitio: quem text. ad hoc notant ibi Bart. Paul. Imol. & DD. idem tenent Bartol. & communis opinio DD. in leg. Qui Romæ, §. Seia, ff. de Verbor. obligat. & pro ista mea sententia hodie considero leg. penult. tit. 2. part. 3. Et tenendo istam partem, quam teneo pro vera contra prædictos DD. Non obstat primò Glos. ordinaria, in qua se funda-

bant Ang. & alii DD. in dict. Authent. de Hæred. & Fal. §. Si quis autem non implens, collat. 1. Quia jurat quæ Glossa allegat, loquuntur clarè & apertè in suis casibus specialibus; in quibus jura illa requirunt binam monitionem, & sic nihil probant in nostro casu: & ita reperio quòd respondet Alex. in leg. fin. ff. de Feniis, 1. col. post princ. ubi videtur recedere ab opinione Angel. Secundò, non obstat text. quem ponderavi in dict. leg. Diffamari. Quia verum est, quòd ibi pars pluries instabat coram iudice, ut imponeretur terminus; tamen de jure non requirebatur terminus: vel verius ibi nondum erat secuta sententia interlocutoria, per quam imponebatur silentium adversario; quòd requiritur, ut statim dicam. Tertio non obstat text. quem ponderavi in leg. fin. Cod. de Usuris pupil. Quia potest intelligi de denuntiationibus extrajudicialibus, quæ interponuntur ex urbanitate, ut in l. Quidam Iberus, ff. de Servit. urb. præd.

25 Pulchrum tamen dubium est circa prædicta: dato quòd non requiratur binam monitio, & assignatio termini, sed sufficiat unicus tantùm terminus, si post lapsum ejus admittatur actor, vel accusator? In quo artic. resolutivè dico, quòd si post terminum lapsum iudex protulit sententiam interlocutoriam, in qua pronuntiavit eum de cætero non audiendum; tunc amplius non auditur: si verò talis sententia nondum est prolata, adhuc res dicitur integra, & actor vel accusator est audiendus, & poterit agere vel accusare: Ita probat text. notabilis & expressus in leg. Titia, ff. de Accusat. & ibi communiter DD. & tenet Innoc. in cap. Cum in tua, qui matr. accusar. pos. & ibi Joan. Cardin. Anchar. Abbas, Bald. in Authent. ad hæc, Cod. de Usuris, penult. column. Paul. & alii DD. in leg. Quamdiu, la 3. ff. de Acquir. hæred. penult. column. Et idem est, quando tempore assignationis primi termini iudex inter loquendo dicat, quòd eo elapso actor vel accusator amplius non audiatur, quia tunc non requiritur alia sententia interlocutoria: ita eleganter Ang. in dict. leg. Quamdiu, la 3. ff. de Acquir. hæred. Idem Ang. in leg. Titia, ff. de Accusat. & ante eum Bart. in leg. Mancipiorum, ff. de Option. leg. Bald. in leg. Si eo, Cod. Qui accusat. non pos. fin. col. idem Bald. in dict. leg. Si eo tempore, Cod. de Remis. pignor. & tenet singulariter Salyc. in dict. leg. Si ea, Cod. Qui accusar. non pos. 3. col. numer. 9. Item adde, quòd prædictis non servatis, pars contra quam impositum fuit silentium potest appellare; quia censetur sententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, cum postea alio remedio non possit reparari: ita probat textus in leg. Titia, ff. de Accusat. & ibi Bart. & communiter DD.

Item

26 Item quæro, si iudex processit ex officio contra aliquem, & definitivè fuit absolutus, an de illo delicto amplius possit accusari? In quo articulo breviter dico, quod si accusator extraneus postea veniret, vel iudex ex officio iterum velit inquirere, nullo modo possit, nisi doceat de prævaricatione primi accusatoris, vel iudicis, testium, vel tabellionis: text. est in leg. 3. ff. de Prævar. text. in leg. 3. §. Si tamen plures, ff. de Liber. hom. exhib. text. in leg. Si quis homicidii, Cod. de Accusat. text. in cap. 1. & fin. de collus. detegend. & utrobique communiter DD. cujus ratio est: Ne sæpius de ejusdem hominis admissio quærat, ut in leg. penult. §. fin. ff. Naturæ caupo stabul. Et talis collusio potest ex iudicis & conjecturis probari: text. est in leg. Quia, autem, §. Non simpliciter, ff. Si quis omis. caus. testam. & facit textus in leg. Dolus. Cod. de Dolo. Si verò secundus accusator, qui postea veniat, sit de illis qui prosequuntur suam vel suorum injuriam, bene admittitur, licet non doceat de prævaricatione, si habuit ignorantiam de prima accusatione vel inquisitione, vel fuit aliàs justè impeditus: text. est notabilis in leg. Si cui, §. Iisdem, ff. de Accusat. text. in leg. Si maritus, §. Si ante, ff. de Adult. & per illa jura tenet Glossa ordinaria in leg. 3. §. Si tamen. ff. de Liber. hom. exhib. Glos. in leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. Gloss. in leg. Si quis homicidii, eodem titul. & utrobique communiter DD. ubi etiam concluditur, quod si talis accusator superveniens erat præsens præsumitur scientia; aliàs non: Sed hodie sufficit, quod jurèt se ignorasse, & non pervenisse in ejus notitiam; ita disponit leg. 12. tit. 1. 7. part.

27 Item quæro, si reus accusatus est condemnatus de aliquo delicto per sententiam definitivam, an postea de eodem delicto possit accusari? Et resolutivè (E) dico quod non, modò accusetur ab eodem primo accusatore, modò ab extraneo tanquam uno de populo, modò ab eo qui prosequitur suam vel suorum injuriam, modò per iudicem ex officio: textus est in leg. Sepulchri violati actio, ff. de Sepulc. violat.

Item juxta prædicta quæro, si in prima accusatione & processu est omissa aliqua qualitas, quæ aggravat delictum & augeat pœnam, an ratione hujus qualitatis possit delinquens accusari ab alio de novo? Et certè articulus est notabilis, & subtilis: in quo resolutivè dico, quod si secunda accusatio proponitur cum illa qualitate ante litem contestatam in prima accusatio-

ne, tunc in distinctè iudex debet eam admittere: & idem est, si proponatur post litem contestatam; quia secunda accusatio, tanquam gravior & præjudicialis, & comprehendens omnes circumstantias delicti, debet præferri: argumento text. in leg. 2. §. fin. ff. de Adult. text. in leg. 1. Cod. Qui accusat. non pos. text. in leg. Per minorem, ff. de Judic. & tenet magistraliter Bart. in leg. Senatus, ff. de Accusat. Si verò secunda accusatio proponatur cum illa qualitate post sententiam latam in prima accusatione; si sententia non erat executioni mandata, similiter debet admitti: argumento text. in l. Unde Quæritur, in fin. ff. Commodat. textus in leg. Julianus scribit, §. Qui fundum, infra, isto tit. text. in leg. Etiam ff. de Solut. & tenet expressè Bart. in dict. leg. Senatus. Si verò secunda accusatio proponatur post sententiam latam & mandatam executioni, tunc Bartol. relinquit cogitandum; & istam doctrinam & distinctionem Bart. approbant Ang. & Doct. in dict. leg. Senatus, idem etiam tenent Bart. & DD. in leg. Unde Quæritur, ff. Commodati Anania in cap. de His, de Accusat. Salycet. in leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. Sed in articulo in quo Bart. relinquebat cogitandum; reperio quod Ang. in dict. leg. Senatus, tenet, quod admittatur secunda accusatio, & aliqua pœna imponatur iudicis arbitrio, ratione qualitatis omissæ: Salyc. verò in leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. tenet, quod nullo modo admittatur secunda accusatio, ne quis bis puniatur ex eodem facto, vel delicto: argumento text. in leg. Interpretatione, ff. de Pæn. Ego tamen in hoc articulo, in membro scilicet, quando jam est lata definitiva sententia super prima accusatione, indistinctè teneo, quod secunda accusatio nullo modo admittatur ratione qualitatis omissæ, modò prima sententia sit jam mandata executioni, modò non: Primò per jura superiùs allegata, quæ generaliter disponunt, quod postquam reus fuerit condemnatus de aliquo delicto, amplius de eodem accusari non potest; text. est capitalis & expressus in leg. Sepulchri violati actio, ff. de Sepul. violat. textus in leg. Qui de Crimine, Cod. de Accusat. Secundo per textum notabilem in leg. Auxilium, ff. de Minor. ubi disponitur, quod minor accusator non potest restitui adversus ea quæ omisit in lite & causa criminali. Et ad hoc notant & commendant ibi Odofred. Alber. Bald. & communiter DD. Ergo à fortiori in nostro casu secunda accusatio non admittatur ratione alicujus

(E) Intellige tamen, eum qui à iudice Ecclesiastico ob mixtum delictum damnatus est, à iudice populari damnari postea iterum eodem de-

licto posse; ut resolvit Andr. Alciat in cap. Perniciosam, num. 128. de Off. ord. qua de re videtur infra num. 40.

ius qualitatis omissæ in prima accusatione. Tertio per textum in leg. 1. §. Si quis ultrò, ff. de Questione in fin. ubi habetur, quòd licet post sententiam latam constet de ejus innocentia, non potest retractari sententia, & per judicem absolvi, sed Princeps consulendus est ut revocet: Ergo à fortiori in nostro casu postquam sententia diffinitiva est lata, ampliùs secunda accusatio ex aliqua causa admitti non debet. Quarto pro ista parte adduco vivam & subtilem rationem: quia cum delictum, substantia, & essentia ejus jam fuerit primò deductum in judicio, illa qualitas, quæ de novo proponitur, reperitur sola sine aliquo subjecto; unde, impossibile est, quòd possit deduci in judicio de per se, tanquam non est: argumento textus in leg. Ejus qui in provincia, vers. Qui, ff. Si cert. pet. & in leg. Si servum, §. fin. ff. de Action. emptio. & in leg. Pomponius, §. fin. ff. de Acquirend. posses. & in leg. Centum capuæ, ff. de Eo quod cert. loc. & in terminis istam sententiam & conclusionem per istam rationem tenet Bald. in leg. Si severior, Cod. Ex quibus causis infam. irrog. 3. col. in fin. num. 18. idem Bart. in leg. 3. Novissimè in fin. ff. Nautæ, capuo stabul. allegat ita tenuisse Butr. in quodam suo solemnè consilio: tenet etiam Florian. in leg. Si vulnerato, ff. ad leg. Aquil. Angel. in leg. Qui de crimine, Cod. Qui accusare non possunt. 2. col. num. 6. Pro qua sententia, & conclusione considero noviter textum in leg. In delictis, §. Si de tractat. ff. de Noxa. juncta Glossa & communi opinione, ubi habetur, quòd si servus dedit mihi damnum, & egi contra dominum in solidum, ex eo quòd scivit & non prohibuit, (quo casu tenetur in solidum, ut in leg. 2. eodem tit.) & non probavit; non possunt postea agere actione noxali, secuta sententia absolutoria; quia causa principalis in judicio deducta jam est finita: & idem est, si priùs egi contra dominum actione noxali, & absolutus fuit; quia non possum postea agere in solidum quia scivit & non prohibuit; & illum textum in sua principali decisione notant & commendant ibi Glossa ordinaria, Odofred. Bart. Alber. Bald. Florian. & communiter DD. Ergo ibi est textus formalis & expressus pro nostra conclusione; quòd post sententiam latam in aliqua causa, vel delicto, non potest postea secunda accusatio admitti ratione aliqujus qualitatis omissæ; & in expresso ad hoc notat ibi Bald. dicens alibi ita clarè non reperiri.

* Advertendum tamen, quod ista sententia & conclusio bene procederet, quando illa qualitas superveniens, de qua noviter accusatur, non constituit diversam speciem delicti. Sed si constitueret, videtur valdè dubium; ut si fortè quis graviter est offensus & vulneratus, & statim judex processit ex injuria lata; & probato

delicto, statim sine mora delinquentem condemnavit pœna arbitraria, & sententiam mandavit executioni: & postea offensus decessit, & ex vulnere & injuria lata mortuus est, & de novo accusatur; an possit admitti accusatio? Et istum casum habui de facto in persona cujusdam pauperis, & fui valdè dubius: & dixi & dico, quòd etiam hoc casu habet locum ista sententia & conclusio per fundamenta hic posita. Nec obstat ratio superior; quia respondeo, quòd secuta morte non constituitur diversum delictum, sed idem est, scilicet homicidium; cum dependeat à prima injuria, & imputandum est judici qui ante protulit sententiam. Et confirmatur, quia quando finis habet necessariam causam cum principio, attenditur principium & non finis, ut in leg. Quod ait lex, §. Quod ait lex, ff. de Adult. cum simil. ergo, &c. & circa hoc vide omninò posita in cap. de Homicidio, num. 31. & in cap. de Injuria, num. 14. *

28 Advertendum: quòd licet pro delicto publico possit accusare quilibet de populo; tamen pulchrum dubium est, an debeat esse civis illius populi in quo delictum est commissum, an verò admittatur etiam forensis alterius populi? Et videtur quòd debeat esse civis illius populi, non alterius; quia tantum civibus interest jus populi sui tueri, non verò forensibus: argumento textus in leg. 1. & 2. ff. de Popul. action. & in expresso ita tenet Ang. de Perus in Rubrica. ff. de Public. judic. Confirmatur hoc, quia licet quilibet de populo possit nuntiare novum opus pro rebus publicis, ut in leg. In Provinciali, §. fin. Cum leg. sequenti, ff. de Novi oper. nunt. & in leg. 1. §. Nuntiatio, el 2. & in leg. de Pupil. eod. tit. & in leg. 2. §. Hoc interdictum perpetuum, ff. Ne quid in loc. public. tamen debet intelligi, ut illud jus nuntiandi pertineat solis civibus, non verò forensibus; nisi eo casu quo ædificium fieret in via publica; quia tunc quilibet potest nuntiare, quia sua interest propter facultatem transeundi; argumento text. in leg. 1. ff. de Via publ. ita tenet & declarat Bart. in dist. leg. In Provinciali, §. fin. & ibi Paul. Jason. & communiter DD. & ita debet intelligi Glossa quam ibi reputat singularem Ang. in leg. 2. §. pen. ff. Ne quid in loc. pub. quæ vult, quòd interdictum illius tituli competat etiam forensibus.

Sed ego teneo contrarium, imò, quòd possit quilibet alius accusare, etiam forensis; quia jura non distinguunt, sed cuilibet datur facultas accusandi ratione publicæ utilitatis, quando non reperitur prohibitus, ut in leg. Qui accusare, ff. de Accus. & ibi Glos. & comm. DD. text. in leg. Palam, §. Senatus, ff. de Ritu nupt. & in leg. 2. tit. 1. p. 7. & in leg. 1. tit. 20. tit. 4. Foro legum, sed forensis nulla lege reperitur prohibitus; er-

go admittatur ad accusandum: & in terminis ita reperio quod tenet Angel. sibi contrarius in *leg. final. ff. de Privat. delict. in fin. num. 6.* Imol. in *leg. 1. ff. de Public. judic. 2. column. in fin.* idem Imol. post Bald. ibi, in *leg. Is qui reus, eodem titul. 18. column. num. 8. quest.* Glossa ibi, quæ contrarium sentit in *glos. fin. in fin.* tenet etiam expressè Bald. in *leg. In Provinciali, §. fin. ff. de Novi oper. nunt.* tenet etiam Angel. de *Malef. & ejus addit. in part. necnon ad querelam, 8. fol. 4. column. versic. in Crimine autem publico.* Nec obstat, quod simpliciter & indistinctè forensis non admittatur ad denunciandum: Quia illud est verum in re, cujus ædificium non potest nocere, nisi civibus illius loci; secùs verò in delictis, in quibus delinquens potest cuilibet reipublicæ, & forensibus nocere, & sic omnibus interest ut puniatur; quia censetur universalis utilitas, non particularis.

29 Item (F) etiam juxta prædicta quæro, an cum bona conscientia possit quis alium accusare de crimine publico, quando non prosequitur suam vel suorum injuriam? Et videtur quod sic; cum lege permittente faciat; imò laudabile videtur, ut probat text. in *leg. Si quis in hoc genus, eod. tit. text. in l. fin. Cod. de Malef. & math. text. in l. Provinciarum, Cod. de Feriis, text. in l. una, Cod. de famos.* ubi expressè dicit, quod ille qui revelat aliquod crimen, vel accusat de eo, gerit custodiam publicæ salutis: text. in *cap. Illud. 23. quest. 4.* ubi habetur, quod *judex, notorius accusator, & executor licitè exer-*

cent justitiam contra delinquentem: textus in *cap. Si quos, eadem causa, & quest.* quibus habetur, quod Deus noster placatur correctione malorum, & in iram provocatur cum mala puniri differuntur: textus in *cap. Et qui emendat, 45. distinct.* ubi habetur, quod misericordiam operatur qui punit malos. Confirmatur, quia regia potestas & ejus gladius à Deo est confirmata, ut in *cap. Non frustra 23. quest. 5. & cap. Sunt quedam, eadem caus. & quest.* & illud, *Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt,* ergo per consequens censetur à Deo approbata & confirmata accusatio & vindicta delictorum. In contrarium tamen facit. Primum quia talis accusator reputatur inimicus, argumento text. in *cap. Accusatores 3. quest. 5. & quasi per totam illam questionem,* melior text. in *cap. Si quis Episcopus 2. quest. 7.* ubi dicitur, quod accusatio est genus laudabilis intentionis; text. in *leg. propter litem, ff. de Execut. tut. text. in leg. Filio, §. Seia, ff. de Adimen. legat. text. in cap. Si omnia 6. quest. 1.* ubi probatur quod semper accusatio fit potius causa invidiæ & rencoris, quam charitatis; text. in *cap. fin. de Pœnit. dist. 5.* ubi habetur, quod est in peccato qui habet odium cum alio, & ei non remittit offensam. Item facit auctoritas Domini nostri dicentis: *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos,* ut habetur *Lucæ cap. 6.* transumptivè, cum in *leg. 23. quest. 4.* Item facit etiam auctoritas divina, quæ habetur *Leviticæ cap. 19.* dicentis: *Non eris criminator, nec sis susurro in populis, non stabis contra sanguinem proximi tui: non ode-*

(F) Quamvis hac in questione nostri Gomez distinctio, & juri, & rationi consentanea videatur; ut qui in utilitate publicam absque ullo privato odio officium accusatoris obit, nulla culpa animum conscientiamque obstrinxisse judicetur, qui verò inimicitias antea susceptis ad id ducitur, non omnino culpæ habeatur immunis: & verum illud quoque sit, quod Cato & alii Philosophi gravissimi non semel affirmaverunt; ex delictorum impunitate amplissimam, atque adeò vastam delictis fenestram patefieri: Tamen, & quoad questionis decisionem observandum est, inter pares olim oratores, qui accusationem ambirent, non levem rationem haberi solitam esse illius, qui ad publicæ accusationis munus privatis inimicitias, se etiam impulsam ostenderet, quippè quia longè diligentius, longè acrius, & incorruptius quod Reipublicæ interesset persecuturus videretur; & denique quoad totam questionem memoria recolendum est, meritò semper habitos vocatosque esse delatores, publicæ quietis turbatores, publica sollicitudinis piacula, & in primis, laudè honorique ascriptum fuisse nonnullis imperatoribus, illos vel ex vita ipsa vel saltem ex suæ ditio-

nis commerciis exegisse, ac penitus deturbasse: non tamen idcirco generaliter accusatores omnes damnandi erunt: qui enim aliòquin urbes scelerosis hominibus expurgabuntur, quod Deus Optimus Maximus, sæpè sæpius in sua sacrosancta lege à Mose promulgata inculcat, multum id profectò reipublicæ interest, multum ad hominum virtutis studiosorum quietem confert, quod ego non solum ex variis antiquorum monumentis & multorum aliorum enuntiationibus; sed ex re præsentè affirmare ausim, adest enim hoc loci, ubi ipse nunc dego, nequeam quidam, nebulo omni scelerum genere conspurcatissimus, impius, imò prorsus est lex A. A. nomine, qui odio vatiniانو virtutem, ac virtutis studiosos prosequitur, & variis contumeliarum modis interturbat, in quem & si Democratici judicium quadret, nihili referre utrum iste per os inferius, an per superius loquatur & ingens laus reputanda ab hujusmodi impio nefarioque nebulone vituperari, tamen Deus Optimus Maximus malè disperdat, vosque omnes quicumque hæc legitis, maximopere obsecro illum, quem ego intelligo, diris furisque omnibus devoveatis.

oderis fratrem tuum: non queras ultionem, nec memorem eris injuriæ civium tuorum. Sed in hoc articulo reperio quòd Joan. Faber. in §. 1. *Institut. de Pub. in fin. col.* concordat & distinguit dicendo; quòd si talis accusator accusat de crimine publico zelo justitiæ propter bonum publicum, non peccat, imò justè & licitè facit. Si verò accusat tantùm ex odio & ira, volens se ulcisci, tunc peccat. Si verò prosequatur suam vel suorum injuriam, licitè potest indistinctè accusare sine peccato; quia jura civilia & canonica indistinctè videntur permittere, quòd quis accuset de propria offensa & injuria. Sed (salva ejus pace, & alterius meliùs sentientis) ego indistinctè dico & teneo, quòd modò prosequatur suam vel suorum injuriam, modò non, si accusat ex odio & ira, volens sumere ultionem, peccat: Quia in foro conscientiæ tenetur remittere injuriam & rencorem, secundùm authoritates suprà relatas; sed non tenetur remittere accusationem, & prosecutionem justitiæ zelo justitiæ: & in expressò ita probat text. in c. *Si is qui prælatus. col. 23. q. 4.* junctâ Glossa ordinaria, text. etiam in c. *Si quis contristatus. 90. dist. junctâ glossa textus etiam in cap. 1. de Homin. l. 6.* junctâ Glossa ordinaria & communi opinione, ubi habetur, quod offensus tenetur remittere rencorem, non verò satisfactionem; & damnum injuriæ: tenet etiam Specul. in tit. *de Treg. & pace, num. 2. vers. Et nota Abb. c. 1. de Inj. 2. col. Host. in cap. Olim eod. tit. Innoc. in cap. Accusasti, de accusat. & ibi Anton. Aretin. & alii DD.*

30 Item quæro, utrum accusatio de delicto publico, vel privato sit actio, vel officium judicis, vel aliud jus distinctum de per se? Et reperio quòd Bartol. in leg. *Imperium, de jurisdic. omn. judic. 2. column. propè finem.* tenet quòd sit quoddam officium judicis nobile, residens in parte: & ibi Alexand. 4. column. idem Bart. in leg. *Cum lege, de Fidejuss. fin. col. in med.* idem etiam tenet Aretin. reputans esse subtile & notabile in rubric. 20. *de Accusat. 1. quæst.* Sed ego teneo contrarium, imò, quòd accusatio sit jus quoddam competens parti pro exigenda vindicta: quod differt ab actione, quæ competit parti in civilibus ex contractu, vel obligatione: & similiter differt ab officio judicis nobili; quia illud residet in iudice mediante quo potest ex officio per inquisitionem procedere, & ea quæ jam sunt diffinita executioni mandare: & in terminis ita tenet subtiliter Bald. in dict. leg. *Imperium. 1. lect. 2. column. num. 2.* idem Bald. in leg. *Placet. Cod. de Pedan. judic. 3. column. Jas. qui benè loquitur in dict. leg. Imperium. 7. col. num. 17.*

31 Quæro: Quæ personæ prohibentur accusare de crimine publico? In quo articulo breviter dico, quòd regulariter quilibet admittitur,

nisi inveniatur prohibitus: Istam regulam ponit textus in leg. *Qui Accusare. ff. de Accusat. & ibi Bartol. & communiter DD.* Prohibentur autem mulier, minor, infamis, miles, & aliæ plures personæ, quas ponit text. in dict. l. *Qui accusare, cum aliis seq. ff. de Accus. text. in l. 1. & 2. eod. tit. textus in cap. prohibentur, & ibi Glossa ordinaria & DD. caus. 2. quæst. 1. & quamplures personas quæ prohibentur ponit Specul. magistraliter, & per ordinem in tit. *de Accusator. per totum, maximè in versic. Item repellitur qui fuit socius, usque in finem; ponit etiam magistraliter Hostiens. in Summa de Accusat. ponit etiam latissimè Gandin. in tractat. Malef. in 2. quæst. princ. ponit etiam & enumerat Angel. & ejus additionator in tract. Malef. in part. nec non ad querelam. 4. column. versic. Quæro an quilibet possit de crimine publico accusare, per plures conclus. ubi enumerant 20. personas: Bonifacius in tract. Malef. fol. in rub. *de illis qui accusare non possunt, & ponunt DD. in cap. 1. de Accusat. & ponit & enumerat leg. 2. tit. 1. 7. part. & leg. 2. tit. 20. lib. 4. fol. 100. & ibi Glossa.* Et si istæ personæ accusent, & non sit opposita exceptio, an valeant iudicium, & processus? vide omninò Bartol. in leg. 1. §. *Accusationem. ff. ad Turp. 1. column. num. 2.* Bald. in rubr. *Cod. Qui accusar. non pos. 3. column. in princip. Salycet. in leg. non ignorat. final. column. eodem tit. Angel. in tract. Malefic. in part. nec non ad querelam, versic. Quæro si prædictæ personæ, & in versic. & tene menti, & notabiliter Aretin. in cap. 1. de Accusat. 2. column. num. 19. post Anton. Abb. & alios.* Et, parte non opponente, an possit iudex repellere accusatorem inhabilem? vide notabiliter Aret. in dict. cap. 1. *de Accusat. 2. column. num. 5.* qui benè loquitur.**

32 Adde tamen, quòd omnes istæ personæ prohibitæ possunt accusare prosequendo suam vel suorum injuriam: textus est in leg. *Hi tamen omnes. ff. de Accusat. textus in leg. Non prohibentur, & in leg. Non ignorat, & in leg. Si crimen; & in leg. de Crimine. Cod. qui accusar. non poss. & idem disponit. dict. leg. 2. tit. 1. 7. part. & dict. leg. 2. tit. 20. lib. 4. fol. 2.* Et inter eos connumeratur maritus; de cujus morte poterit uxor accusare, quia est una caro, & reputatur magis conjuncta persona quàm alia ut in cap. *Gaudemus. §. Quia verò de Divort. ita tenet Odofred. in leg. Sortem. Cod. de His quibus ut indig. Bald. in leg. 2. ff. de Accusat. num. 2. Albert. in leg. 1. Ejusdem tit. Cyn. in leg. 1. de Crimine. Cod. Qui accusar. non pos. & ibi Alberic. Angel. Imò, quòd magis est, si ex una parte concurrat uxor ipsius occisi, ex alia verò hæredes, vel consanguinei, crederent quòd præferatur uxor, quia in eo concurrat*

major conjunctio, & affectio, cum sint una caro, ut in *dict. cap. Gaudemus. §. Quia verò, de Divort. cum similib.*

33 Juxta prædicta tamen dubitatur, an Clericus licitè possit accusare laicum coram judice seculari? In quo articulo breviter dico, quòd Clericus non potest accusare laicum de publico delicto ad vindictam publicam, modò veniat imponenda pœna sanguinis, modò non: textus est in *cap. Sacerdotem 2. quæst. 7.* Si verò prosequatur suam propriam injuriam & offensam, vel offensam Ecclesiæ suæ, licitè potest laicum accusare, si ex tali delicto non veniat pœna sanguinis imponenda: ita probat textus in *cap. Cum sit generale, de foro compet.* Si verò ex tali delicto veniat imponenda pœna sanguinis, poterit accusare laicum coram judice sæculari, præmissa protextatione, quòd ad vindictam seu pœnam sanguinis judex non procedat; & tunc, protextatione non obstante, poterit judex ordinariam & competentem pœnam imponere, & ipse Clericus non incurrit regularitatem; text. est notabilis in *cap. 2. de Homin. lib. 6.* Cujus ratio est; quia aliàs daretur materia in Clericos delinquendi, ut dicit ibi textus. Si verò non veniat imponenda pœna sanguinis, licitè poterit accusare, nulla facta protextatione: textus est in *dict. cap. 2. de Homin. lib. 6.* & istam distinctionem & doctrinam ponit Abb. in *cap. Cùm Prima manconela de Accus. 2. column. num. 8.*

34 Sed circa prædicta in materia nostra necessarium est scire: Qui (G) dicantur prosequi suorum injuriam? In quo breviter dico, quòd ille qui accusat de delicto commisso contra aliquem consanguineum, usque ad septimum gradum: ista est Glossa singularis & unica in *leg. Si femina. Cod. ad Turpil.* argumento textus in *leg. 4. ff. de Testibus*, ubi dicitur, quòd in causa criminali non cogitur consanguineus testimonium dicere contra consanguineum usque ad illum gradum: & illam Glossam & ejus conclusionem notant & commendant ibi Jacob. Butr. Bartol. Bald. Angel. Fulgos. Faber. & alii DD. & reputat singularem Salycet. in *titul. de Accusation. §. 3. versic. Suorum*, Bald. in *leg. 1. Cod. Qui accusat. non poss. 10. col. num. 48.* Angel. in *§. Præterea, Instit. de except. penult. column.* Angel. de *Malef. in parte, nec non ad querelam*, etiam reputat unicam idem Bald. in *cap. de Cætero, de Testibus.*

Sed adde, quod in hoc articulo est secunda

opinio diversa: quòd ille dicatur prosequi suorum injuriam, qui potest tanquam conjuncta persona admitti ad agendum in civilibus sine mandato, ut in *leg. Sed & hæredes. ff. de Procurat.* ita Bald. in *dicta cap. de Cætero, de Testibus*; sed illo casu conjuncta persona admittitur ad agendum sine mandato pro conjuncta, si est intra gradum in quo potest ei ab intestato succedere, quòd est infra decimum gradum inter agnatos, & infra septimum gradum inter cognatos, ut in *§. final. Instit. de success. cognat.* & hodiè indistinctè infra decimum gradum, cum non sit differentia agnationis & cognationis ut in *Authentic. de Hæred. ab intestat. veniem. §. Nullam verò, collat. 9. & in l. 6. tit. 13. 6. part. & tenet Innocent. in cap. Nonnulli, de Rescrip. 2. column.* Ergo &c. Alii verò DD. tenent, quòd admittatur conjuncta persona ad agendum sine mandato pro conjuncta tantum usque ad quartum gradum, argumento textus in *cap. Non debet, de consang. & affinis* & ita tenent expressè Hostiens. Card. Imol. & Felin. in *dict. cap. Nonnulli*, Alberic. in *leg. Sed & hæredes. ff. de Procurat.* post alios DD. antiquos: Pro quibus est *lex 10. tit. 5. part. 3.*

Tertia principalis opinio est: quòd ille dicatur prosequi suorum injuriam, quando accusat pro aliquo consanguineo usque ad quartum gradum; argumento textus notabilis in *leg. Petitionem, versic. Eredientem. Cod. de Advoc. divers. judic.* ubi dicit text. quòd advocatus fisci, licet non possit pro extraneis patrocinium præstare, tamen benè potest illud præstare pro conjunctis usque ad quartum gradum. Ex quo textu notant ibi Bald. & alii DD. quòd appellatione suorum, vel conjunctorum in linea transversali, intelliguntur consanguinei usque ad quartum gradum; & ad hoc ante eos consideravi Guillel. in *l. 1. Cod. Depositi*, quem refert Bald. in *dict. leg. Si Femina 20.*

Sed his omissis, in hoc articulo sit quarta, vera, & communis opinio; quòd ille dicitur accusando prosequi suorum injuriam, qui invitus non cogitur dicere testimonium in causa criminali: textus est formalis & expressus in *l. 2. ff. de Accusat. & expressè decisum est, quòd non cogitur dicere testimonium contra consanguineum usque ad sextum gradum; ita disponit textus in leg. 4. ff. de Testib. juncto textu in l. Juriscons. §. Quinto gradu, & §. Sexto gradu. ff. de Gradibus, & ibi communiter DD. Et ista est vera &*

com-

(G) Vide hac de re Felin. in *cap. Cum delicti. num. 9. de Accusat.* & omninò Jul. Clar. in *pract. §. ult. quæst. 14. vers. Volo etiam: ex cuius diligentissimè fabrefactis commentariis omnis*

hæc delictorum materia illustrabitur, locupletabitur atque exornabitur; nec enim mihi animus est alienans induere plumas.

communis opinio de jure communis. Sed de jure regio non cogitur quis dicere testimonium contra conjunctam personam usque ad quartum gradum tantum, ut *in leg. 11. tit. 16. 3. part.* Ex qua lege junctis superioribus, apertè colligitur & infertur, quòd tertia superior opinio sit vera & tenenda, scilicèt quòd ille dicatur hodiè in nostro regno prosequi suorum injuriam, qui accusat pro consanguineo usque ad quartum gradum: & in terminis ita expressè determinat *lex 2. tit. 1. 7. part. & lex 26. eod. tit. & part.*

35 Item quæro, si plures concurrant ad accusandum delinquentem, an omnes admittantur, vel quis eorum præferatur? Et magistraliter & resolutivè dico, quod non debent omnes admitti, sed judex eliget magis idoneum, in quo reperitur major causa vel qualitas ratione dignitatis, personæ, ætatis, approbationis vitæ, vel alterius justæ causæ: text. est capitalis & expressus *in leg. Si plures, ff. de Accus. text. in leg. Si verò, §. Hæc autem, ff. de His qui dejecer. vel effuder. text. in leg. fin. ff. de Collus. detegend. text. in leg. 2. §. Si simul, ff. de Adult. text. in leg. 3. §. Si tamen plures, ff. de Liber. hominib. exhibi. text. in leg. 2. ff. de Pop. action. text. in leg. Interest, ff. de Liber. caus. text. in leg. Prætor ait, §. Si plures, ff. de Sepulch. viol. & idem disponit *leg. 13. tit. 1. 7. part.**

Quod tamen intellige, quando concurrunt ante litem contestatam; quia postea alius non auditur, textus est *in leg. Qui de crimine, Cod. de Accus. & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD.*

Item etiam intellige, quando plures qui concurrunt ad accusandum sunt extranei: secus verò si cum extraneis concurrat aliquis, qui velit prosequi suam vel suorum injuriam; quia tunc indistinctè ille est præferendus, quia sua magis principaliter interest: ita probat textus *in dict. leg. Si plures, ff. de Accus. & ibi communiter DD.* Si verò plures qui concurrunt ad accusandum, prosequantur suam vel suorum injuriam, & sint in dispari gradu, judex debet eligere proximiorum; argumento text. *in dict. leg. Si plures, ff. de Accus. & probat expressè textus in leg. 2. §. Si simul, ff. de Adulter. & ibi tenent Bartol. Ang. & communiter DD.* Si verò concurrant plures, qui prosequuntur suam vel suorum injuriam, & sint in eodem gradu; tunc omnes simul admittuntur, nec unus excludit alium, nec judex potest unum eorum eligere: ita probat textus notabilis *in leg. 3. §. Si ad plures, ff. de Sepulch. viol. & ibi tenent Glos. ordinaria, Bart. Alber. Ang. & communiter DD. & per illum text. ita tenet Bartol. in dict. leg. Si plures, ff. de Accus. 1. oppos. licet corruptè alleget: idem etiam tenet Salyc.*

Tom. III.

*in leg. Si accusatoribus, Cod. de Accus. 2. column. Angel. de Malefic. in part. nec non ad querelam, 4. column. versic. Quæro an plures, probat etiam textus in leg. Item apud Labeonem, §. fin. de Injuriis, textus in leg. Si in re communi, ff. de Noxal. Adde tamen, quòd si unus eorum priùs accusavit, & litem contestatus est, alius postea superveniens, licet sit in eodem gradu, non debet admitti: ita Salycet. *in leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. 2. column. 5. & 7. oppes.* Ex quibus singulariter infero, quòd stante lege nostra partitæ, qua permittitur concordia in delictis, & disponitur quòd, facta pace & concordia, delinquens non puniatur pœna corporali: si concurrant plures consanguinei, ille solus censetur pars, & potest remissionem delicti concedere, qui reperitur in proximiori gradu; Si verò omnes sunt in eodem gradu, ab omnibus debet fieri prædicta concordia & remissio: de quo aliàs dixi in proprio loco, scilicet in delicto homicidii, in articulo & materia prædictæ legis partit.*

36 Item quæro, si accusator post accusationem propositam moriatur, vel aliàs impeditus sit, an alius admittatur ad accusandum, & quomodo? Et breviter dico, quòd si vult repetere & prosequi accusationem primò institutam, & sic eandem instantiam & processum; tunc potest, si compareat ad prosequendum infra 30. dies: iste est proprius casus notabilis qui sic debet intelligi *in leg. Libellorum, §. fin. ff. de Accusat. & sic patet quòd instantia causæ criminalis transfertur de uno in alium legis auctoritate.* Si verò non vult accusationem primò positam, repetere, sed novam de per se instituere, & novum processum & instantiam instituere; tunc poterit usque ad tempus à lege accusationi præfixum: ita probat textus qui sic debet intelligi *in leg. Accusaturus, ff. de Adulter.* Et istam doctrinam & declarationem ponit expressè Bart. *in dict. leg. Libellorum, §. fin. ff. de Accusat. 2. col. num. 6. & ibi Alber. & ante eos Jacob. de Aretin. & tenet Salycet. in leg. Quæ de crimine, Cod. de Accusat. 1. column. in final. num. 7. & tenet Angel. de Perus in leg. 1. Cod. de Gener. abolit. 1. col. & tenet Anania in cap. 2. de Collus. detegend. 3. column. in med. & istam dicit communem opinio. Imol. in leg. pen. ff. de Public. jud. fin. column. propè medium licèt in hoc pasu DD. antiqui variaverunt; & secundùm istam declarationem debet intelligi text. *in leg. Constante matrimonio, ff. de Adult. ubi dicit, quòd derelicta accusatione ab uno, ab alio exerceri utile est: & sic debet intelligi text. in l. pen. ff. de Pub. jud. ubi dicit, quòd accusatore defuncto, res ab alio peragi potest; & sic debet intelligi 2. pars rub. C. Si reus, vel accusator mortuus fuerit, dum loquitur de accusatore mortuo; & ita illam se-**

cundam partem rubricæ declarat ibi Alb. *in leg. fin. post princ. vers. & not.* & sic etiam debet intelligi *lex 23. in princ. titul. 1. 7. part.* ubi dicit quòd mortuo accusatore, potest alius iterùm accusare: & sic debet intelligi text. *in leg. 14. tit. 20. lib. 4. fol. 100.* quàm Glossa ibi non declaravit; licèt verba illius legis *in fin.* videantur dicere, quòd nullo modo post mortem accusatoris audiatur alter: sed tamen intellige modo prædicto.

Ex qua communi doctrina, & conclusione DD. videtur inferendum, quòd, mortuo accusatore, vel aliàs impedito, si alius accusator non compareat, poterit iudex ex officio procedere infrà 30. dies, si vult prosequi eandem instantiam & processum; aliàs si novam instantiam vult proponere, poterit infrà tempus à jure præfixum; & in expressò reperio quòd istam sententiam tenet Joan. de Imol. *in leg. penult. ff. de Publ. jud. 2. column. propè finem,* & ita videtur intelligenda doctrina Bartol. per text. ibi *in dict. leg. pen.* quòd idem Bartol. *in leg. Libellorum, §. fin. 2. column. in princ. num. 5. ff. de Accus. & Alb. ibi post princ. & ejusdem Bart. in leg. 2. Cod. de Delator. lib. 10. & ibi Platea,* ubi tenet, quòd accusatore mortuo, possit iudex ex officio illam causam prosequi, & ad finem perducere: nam debet intelligi infrà 30. dies, si vult repetere eandem instantiam; aliàs debet procedere de novo: & idem videtur tenere Rayn. *in dict. leg. Libellorum, §. fin.* ubi dicit, quòd iudex semper procedit eòdem modo quo alius accusator, cum fungatur ejus vice.

Ex quo etiam noviter & singulariter infero, quòd licèt in delictis, in quibus licita est transactio vel concordia, si accusator desistat pendente accusatione, alius possit accusare, vel iudex procedere ex officio; ut est casus notabilis *in leg. 2. Cod. de Abol. text. in l. Qui cætu. §. fin. ff. Ad leg. Jul. de Vi public. Glos. & communis opinio in leg. Transigere, Cod. de Transact. & dicitur infrà latius suo proprio loco;* tamen ille accusator superveniens, vel iudex ex officio, si vult prosequi eandem instantiam desertam, potest eam reassumere & prosequi infrà triginta dies à tempore desistentiæ; aliàs, illis transactis, debet de novo incipere, & novam instantiam & processum inchoare: Quod reputo verum & notabile, & reperio quod ita uno verbo tenet Cardin. *in cap. de His, de Accusat. 2. column. argumento text. in dict. leg. Libellorum, §. final. de Accusat.* Ex quo apertè reprobo sententiam Bartol. & communem *in leg. Transigere, Cod. de Transact. 2. lect. 1. col. in med.* ubi expressè tenet, quod facta concordia vel transactio inter partes, licèt alius accusator, vel iudex admittatur, tamen debet novam instantiam & processum inchoare, ex eo quòd

prima est jam preempta, & funditus nulla: & sequitur *ibid.* Bald. 2. column. Paul. 2. column. *in medio,* dicens esse novam considerationem à solo Bart. inventam; Salyc. 2. column. Alexand. 3. col. Jas. 4. column. num. 11. idem etiam tenet Bart. *in leg. Si maritus, la 2. §. Si negavit, ff. de Adult. 2. column. in med.* idem Bart. *in leg. Accusationis, Cod. Quod metus causa.* Felin. post antiquos *in cap. de His de accusat. 1. column. num. 3.* Sed certè ista opinio Bart. & communis non potest esse vera, imò est tenenda superior distinctio, scilicèt quòd si alius accusator vel iudex accuset, posset prosequi eandem instantiam & processum infrà triginta dies; aliàs postea debet novam inchoare: argumento text. *in dict. leg. Libellorum, §. fin. de Accusat.* Neque obstat, quòd per transactionem & concordiam in causa licita & permessa est preempta instantia, & sic eadem non videtur posse repeti: Quia respondeo, quòd est preempta quoad transigentes, non quoad alios, in casibus in quibus alius admitti potest; pro quo considero novum, & expressum text. *in leg. fin. Cod. Si reus, vel accusat. mort. fuer. & ibi notat & commendat Salycet.*

37 Sed circa prædicta subtiliter & necessariò quæro: In casibus, in quibus perit instantia per mortem accusatoris, vel per transactionem & concordiam partium, taliter quòd non potest repeti, nec super ea amplius proceditur, quia supervenit novus accusator, vel iudex post triginta dies, ut suprà conclusum est, an probationes jam factæ in illo primo processu & instantia aliquam fidem faciant in ista nova instantia nunc agitanda, maximè quando testes primò recepti sint mortui, vel absentes? Et videtur, quòd cum prima instantia sit preempta & penitus extincta, non possunt facere fidem in alia instantia diversa: Sed resolvitivè teneo, quòd si testes vivunt & sunt præsentis, taliter quòd possunt de novo recipi; isto casu recipiantur, & primæ probationes & dispositiones sint nullæ; si verò prædicti testes sunt mortui, vel longè absentes, tunc probationes & dispositiones prædictorum testium valeant & probent, & sic admittantur & habeant integrum effectum. Ita probat text. singularis & unicus *in leg. fin. Cod. de Testibus,* ubi disponitur, quòd preempta instantia cæpta coram arbitris, si iterum agitetur causa coram ordinario debent repeti & examinari de novo testes, si vivunt; si verò sunt mortui, faciunt fidem & plenam probationem in secunda nova instantia; & ad hoc illum text. reputat singularem & unicum Paul. de Castr. & cæteri DD. *ibi:* Confirmatur etiam per text. notabilem *in l. pen. §. fin. Cod. de Arbitris, & in cap. Presentata, de Testibus:* & idem disponit *lex 38. tit. 6. 3. part.* Adde tamen, quòd de consuetudine hodiè, preempta instantia in causa cri-

criminali transactione partium, vel morte accusatorum, vel ex alia causa, poterit alius accusator, vel iudex ex officio repetere & prosequi eandem instantiam & processum quocumque tempore, etiam post triginta dies; ita singulariter tenet solus Angel. *in dict. leg. Transigere, Cod. de Transact. 2. col. num. 7.* & fortè æquum est & justum esset hodie sic praticare favore reipublicæ, & propter evitandos circuitus.

38 Item quæro, (H) si delictum aliquod reperiatur punitum pluribus legibus, an debeat reus delinquens accusari & condemnari ex una, vel ex omnibus, vel ex aliqua? In quo est vera & notabilis resolutio contenta sequentibus conclusionibus: Et prima sic se habet: Si illud delictum punitur unica tantum pœna, tunc, modò punitur per unam legem, modò per plures, non potest amplius accusari nec puniri, quàm semel, modò ex una, modò ex alia, modò simpliciter accusetur, vel condemnetur; iste est text. qui sic potest intelligi *in leg. Senatus, ff. de Accus. cujus verba sunt: Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret*, & ibi Glossa ordinaria, Bart. Alb. Ang. & communiter DD. Glos. *in leg. Qui de crimine, in glos. 2. Cod. de Accus.* & ibi Cyn. Alb. Ang. Salyc. & alii DD. facit text. *in leg. Quod Senatus consultus in fin. ff. de Injuriis*, text. *in leg. Prætor edixit, §. Si dicatur eod. tit.*

Secunda conclusio: Si diversæ pœnæ imponuntur pluribus legibus, sed constat quòd cumulativè imponuntur, quia expressè cavetur quòd utraque locum habeat; tunc utraque potest imponi: iste est casus expressus *in leg. Qui sepulchra, Cod. de Sepulchr. viol.* ibi: *Quæ pœna priscae severitati accedit.* Et ad hoc eum notat ibi Alber. *post princ.* & alii DD. ad idem est text. expressus *in leg. Quod & lex Fav. in princ. ff. de liber. hom. exhib.* & ibi expressè notat Angel. de Perus, text. *in leg. Locum, §. Si quis dolo, ff. de Tab. exhib.* text. expressò & formalis *in l. In eum*, ibi: *Prætor pœnam olim statutam. C. de Furtis*, text. *in leg. Placet*, versic. *Si quis contravenit, Cod. de Sac. Eccles.* & ibi notat Jacob. Butr. *in princ.* Alber. & Bald. *in fin.* text. *in leg. Nemo, leg. 3. Cod. de Episcop. audi.*

Tertia conclusio: Si constat quòd una pœna tollit & corrigit aliam; tunc sola illa debet imponi: text. est *in leg. 1. ff. ad Legem Aquil.* & ibi notant Odofred. Albert. Bald. Flor. & communiter DD. text. *in leg. 1. juncta leg. Agraria, ff. de termino moto*, & ibi Bart. Alberic. & alii DD. text. *in leg. Qui cum uni, §. Qui post desertionem,*

ff. de Re milit. Et ista sententia & conclusio habet locum & procedit, nedum quando de hoc possit expressè constare; verùm etiamsi tacitè per conjecturas & præsumptiones; ita Bart. *in l. 1. ff. de Vi bon. rapt.* & ibi Ang. & alii DD. Bald. *in leg. Meum, C. de Furtis.* Paul. de Castr. *in l. 1. §. Dixerit aliquis, ff. de Publ. & veftig. 1. col. n. 5.* & probat text. *in l. Qui cum uno, §. Qui post, ff. de Re milit.* text. *in l. Quid ergo, §. Pœna gravior, ff. de His qui not. infam.* text. *in l. 2. Cod. de Novat.* text. *in leg. 3. §. fin. ff. de Adim. legat.*

Quarta conclusio: Quando diversæ pœnæ imponuntur pluribus legibus, & non apparet expressè nec tacitè, quæ illarum corrigit aliam; tunc neutra corrigit, nec tollit aliam, etiamsi constet de prioritare & posterioritate: ita probat text. *in leg. Quotiens*, versic. *Si ex eodem facto, ff. de Action. & oblig.* & ibi notant Alber. & alii DD. antiqui; & per illum textum expressè Bart. *in leg. 1. ff. de Vi bon. rapt.* Bald. *in leg. In eum, Cod. de Furtis*, probat etiam textus notabilis *in leg. Prætor edixit, §. Si dicantur, ff. de Injur.* text. *in leg. 1. §. Dixerit aliquis, ff. de Publ. & veftig.* text. *in leg. fin. §. Sin autem, Cod. de jure deliber.* text. cum materia, *in leg. fin. Cod. de Novat.* & istam sententiam & conclusionem tenent Dyn. Rosfred. & DD. antiqui *in leg. Qui sepulchra, Cod. de Sepulchr. viol.* quos ibi refert Salycet. tenet etiam Spec. *in tit. de Pœna temer. lit. in fin.* & hanc dicit communem opinionem Anania *in cap. fin. de Collus. detegend. fin. col.* Sed attende, quòd ista videtur dubia & rigorosa opinio: Unde, Salycet. *in dict. leg. Qui sepulchra, Cod. de Sepulchr. viol. penult. column.* tenet contrariam sententiam, imò, quòd lex nova posterior & ejus pœna corrigit & tollat primam; & inter alia considerat text. *in Authent. ut nulli judic. §. Si verò quando, collat. 9. text. in Authent. Sed hodie, Cqd. de Adult.* ubi simpliciter dicunt jura, adulteram detrudi in monasterium; nec ibi apparet de anterioris legis vel pœnæ correctione; & tamen secundum communem opinionem pœna legis antiquæ, quæ erat pœna mortis, remanet correctæ in muliere: ergo benè probatur, quòd lex posterior semper tollit & corrigit pœnam legis prioris: Idem tenet Salycet. *in leg. In eum, Cod. de Furtis*, & antè eum idem tenet Cyn. *in dict. leg. Qui sepulchr. Cod. de Sepulchr. viol.* & dixit & refert ibi Alberic. quòd semper vidit hanc opinionem servari in practica: & sic resideo, quòd licèt præcedens sit magis communis, tamen ista servaretur in judicando & consulendo.

Unum

(H) Consulito quæ hac de quæstione jam dudum observari *in recep. sentent. thesaur. in*

vers. Pœnæ variæ, num. 148. cum seq.

39 Unum tamen est: quòd si semel per judicem est imposita aliqua ex illis diversis pœnis, non potest ampliùs ex alia puniri, vel accusari, etiam si in minori pœna primò condemnatus & punitus sit; cùm utraque tendat ad vindictam; istam sententiam probat textus subtilis & notabilis in leg. *Prætor edixit*, §. *Si dicatur*, ff. de *Injuriis*, per quem apertè hoc præsuppon. Bartol. & DD. ibi: & per eum ita tenet Bart. in leg. *Quòd ergo*, §. *Pœna gravior*, ff. de *His qui not. infam. fin. col. propè finem*, & ante eum per illum text. ita tenet Innocent. in cap. *Cùm dilectus*, de *purg. can.* 3. column. num. 4. & istam sententiam tenet etiam Bart. ubi notabiliter loquitur in leg. 1. ff. *Vi bon. rap. in fin.* & ibi Angel. de Perus. tenet Alber. in leg. 1. *Senatus*, ff. de *Accusat.* 1. col. post princ. & ibi Dyn. quem ipse refert, & tenet Jac. Butr. in leg. *Et si se verior*, Cod. *Ex quibus caus. infam. irrogatio* 2. column. in medio, tenet etiam Alber. in leg. *Qui de crimine*, Cod. de *Accus.* 3. column. & Jacob. de Aretin. & de Raven. quos ipse refert; & tenet expressè Bart. Alber. & Salyc. in leg. *Qui sepulc.* Cod. de *Sepulc. viol.* & dicit ibi Salyc. 3. column. num. 8. quòd ista est communis opinio. Pro qua communi sententia etiam facit bonus text. in leg. *Quòd Senatus consultum*, versic. *Planè*, ff. de *Injuriis*, text. secundum unam lecturam in l. *Senatus*, ff. de *Accusat.* Licèt Glossa in dist. 1. *Senatus*, ff. de *Accusat.* in vers. *Tertii dicunt* post aliquos antiquos tenebat, quòd possit puniri in eo quòd excedit pœnam impositam; & idem tenebat Petrus, quem refert Alb. in leg. *Qui de crimine*, 3. column. Cod. de *Accusat.* & Joan. in add. ad *Spec. in tit. temer. lit. in fin.* arg. text. in leg. 1. ff. de *Vi bon. rap.* text. in leg. *Quotiens*, versic. *Si ex eodem factio*, ff. de *Action. & oblig.* & in leg. *Qui servum eod. tit.* Sed illa jura non obstant: Quia debent intelligi, quando actiones competunt civiliter ad persequutionem rei familiaris; ita respondet Bart. in dist. leg. 1. ff. de *Vi bon. rap. in fin.* & omnes DD. ubi suprà. Ex quibus patet, quòd in isto casu judex eliget pœnam quam velit imponere, attendente qualitate negotii: ita Bald. notabiliter in leg. *Cunctos populos*, Cod. de *Sum. Trinit. & Fide Cathol.* 7. col. in princ. idem Bald. in leg. *Data opera*, Cod. *Qui accus. non pos.* 2. col. num. 5. & idem tenet Imol. in l. 2. ff. de *Publ. judic. col. 2. in fin.* vers. *Quid autem, si post.* Paul. de Castr. in dist. leg. *Cunctos populos*, 2. col. num. 6. & est perindè ac si pœna esset posita alternativè; quo casu, in dubio Judicis est electio, ut probat text. in leg. 1. §. *Spec. ff. de Effr. Actorib.* text. melior de jure in leg. 1. in fin. Cod. de *His qui latrones*, tenet Bart. in leg. *Quicumque*, Cod. de *Servis fugitivis*, num. 4. Salyc. ibi, pen. col. post princ. Aret. ibi, 2. column. glos. ord. in cap. *Sicut*,

in glos. fin. de *Judæ.* Gloss. in cap. *Crapula in gloss. fin. de vita*, & hon. Cler. Glos. in cap. *Fraternitas*, 34. dist. & utrobique DD. & latè Fel. in cap. *Inter cæteras de rescriptis*, 2. col. versic. *Falit*, 5. Fel. & Anania, in dist. cap. *Sicut de Judæis*, * Tenet etiam Joan. de Imol. in leg. 2. ff. de *Publ. jud.* & facit ratio concludens: quia in dubio, quando nulla certa pœna est imposita per legem pœna est arbitraria, & arbitrium judicis extendit ad pœnam quam velit: ergo ita quando pœna est alternativa videtur arbitrium coactum, ut imponat de illis pœnis quam velit: ita Salyc. in dist. leg. *Quicumque*, Cod. de *Serv. fugit.* * Et confirmatur ratione: quia ad judicem pertinet de pœna deliberare secundum merita causæ & qualitatem negotii, ut est bonus text. in leg. *Pædius*, vers. *Et omnino ut in cæteris*, ff. de *Incend. ruin.* text. in leg. *hodie*, ff. de *Pœnis*, text. notabilis & moralis in leg. *Respicendum*, in princ. eod. tit. ergo in nostro casu judex debet deliberare & eligere pœnam. Et ista conclusio clarè haberet locum quando judex procederet ex officio, vel ad instantiam accusatoris, qui in libello simpliciter petere reum condemnari ad pœnas à jure statutas, vel etiamsi expressè concluderet & peteret condemnari in pœna minori: quia nihiloominus judex eliget; quia facultas data à lege, proposita publica accusatione, non potest per partem conferri; & quia in libello criminali non est necessaria conclusio, ut infrà suo loco dicemus; & quia in criminalibus non requiritur quòd sententia sit conformis libello, imò in plus quàm sit petitum potest judex condemnare, ut est casus notabilis in leg. *Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, ff. de *His qui not. infam.* per quem ita tenet Bart. 3. col. num. 8. Bald. ibi in 1. lectur. 2. col. in princ. dicens esse notabile: idem Bald. meliùs in 2. lect. in 3. column. num. 6. Salycet. in leg. *Et si severior*, Cod. *Ex quibus caus. infam.* 2. column. 9. oppos.

Ex quibus ego infero & declaro unum, de quo in isto regno sæpè vidi dubitari, scilicèt si per legem novam ordinamenti, vel pragmaticam, vel legem regni sit apposita pœna pro delicto, & reperiat diversa, major vel minor de jure communi, vel per aliam legem regni: an judex possit eligere & ponere pœnam quam velit? vel quam earum ponet? In quo dico, quòd si expressè vel tacitè potest constare, quòd lex regia corrigat communem, illa sola est servanda, ut suprà benè probatum est in 3. conclus. principale: Si vero potest constare expressè vel tacitè per conjecturas, quòd non vult corrigere, imò pœnam aggravare, & sic cumulare; & tunc utraque pœna est imponenda, ac si una & eadem lege imponeretur, ut suprà in 2. conclus. dictum est. Et adde singulariter, quòd tacitè & per conjecturas

dicitur constare quòd lex regia voluit accumulare utramque pœnam, scilicèt, quando lex nova regia non imposuisset pœnam condignam delicto: Ita singulariter Aret. *in leg. Quicumque. Cod. de Servis fugit. 2. col. in fin. versic. Si verò judex*, cujus littera est corrupta, sed iste est ejus sensus; argument. text. *in leg. Sæpè. §. final. ff. de Verb. signif.* Ex quo patet, quòd leges ordinamenti, quæ reperiuntur in gravi delicto imponere simpliciter pœnam pecuniariam, quòd illa pœna debet cumulativè imponi cum corporali inducta per leges communes; cùm non sit condigna pœna legis novæ ipsi delicto. Si verò pœna sit condigna & principalis pro punitione delicti, & sic diversa juris communis; & non possit constare, an lex nova regia velit corrigere, vel non? ex superioribus clarè videtur inferendum, quòd ista nova lex regia non tollat nec corrigat aliam, & judex eligat, ut *in 4. conclusione superiori*: Sed teneo sine dubio, quòd isto casu debet servari lex nova regia; & hoc per casum benè consideratum *in leg. 1. Tauri*, ubi expressè dicit, quòd in decisione causarum prius servantur leges regis, secundùm ordinem ibi traditum: ergo apertè excluditur in his jus commune, & ista est veritas nunquam sic dilucidata, superior enim quarta conclusio suprâ fundata hodiè posset procedere & verificari in casu, quo non reperiretur de jure regio casus expressè decisa, sed esset recurrendum ad jus commune; vel quando essent diversæ leges, & non constaret, quæ earum corrigeret aliam: tunc servandum esset quod dixi suprâ *in 4. conclus.*

40 Item juxta prædicta quæro, & est utilis & necessaria quæstio: si aliquis commisit aliquod grave crimen, quòd est mixti fori, & præventa est jurisdictio à judice Ecclesiastico, & captus & punitus est delinquens pœna Ecclesiastica; an postea capi possit per judicem sæcularem, & puniri pœna ordinaria juris civilis? In quo resolutivè procedendo per conclusiones. Sit prima conclusio: Quòd sit primò imposita est pœna quantumcumque magna in foro pœnitentia per confessorem, non tollitur aliquo modo pœna imponenda in foro judiciali canonico, vel civili: Glossa est notabilis *in cap. Gaudemus, de divortiiis, in glos. fin. propè finem*; & ibi tenent & notant ad hoc omnes DD. & ad hoc etiam notat Paul. de Castr. *in leg. Cunctos populos. Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. 2. col. num. 7.* & ultrà eum est similis Glos. *in cap. 2. de Schismaticis, in glos. 1. in fin.* & ibi notant Abb. Card. & DD. Glos. *in cap. de His, de Accusat. in glos. unica, in fin.* & ibi tenet & notat Abb. 2. column. Glos. *in cap. fin. 25. dist. in glos. pen. argumento textus in cap. Admonere 23. quæst. 2.* & ibi Glos. *in verbo, Pœnitentia, Glos. in cap. 2. de*

Emption. & vend. in glos. fin. & ibi Abb. Imol. & DD. Et ratio est, quia illa pœna tendit ad alium finem, scilicèt ut satisfaciatur Deo & animæ suæ; alia verò ad punitionem corporis, & pro vindicta publica. Et ista conclusio procedit etiam si pœnitentia sit publica, secundùm Abb. *in dicto cap. de His 2. column. in med.* per bonas rationes: de quo articulo vide *ibi* per eum & DD. pro qua sententia est melior textus de jure *in cap. 2. de Maledicis*, & ibi notant Abb. & DD. quæ publica pœnitentia potest imponi pro publico delicto, *ut in cap. fin. 26. quæst. 6.* & jam vidi de factò in hac civitate istum casum: nam quidam viles & inconsiderati homines in die carnis privii publicè quoddam spectaculum fecerunt, quod tendebat in offensam Domini nostri, & Catholicæ Religionis; & postea publicè per easdem vias publicas civitatis pœnitentiam sibi impositam fecerunt, & dubitatum fuit, an poterant potest puniri in foro judiciali? & consultum fuit, quòd sic. Et postea audivi & certus fui à fidedignis personis, quòd prædicti delinquentes vita defuncti fuerunt ignominiosè, & in uno eorum manifestè vidi, & mihi constitit, & fuit justissimum Dei judicium, sicut cætera ejus opera & judicia sunt. Item etiam ex hoc infero, quod si pro blasphemia aliquis esset punitus in foro pœnitentia, dato quòd pœnitentia esset publicè imposita, non excusatur à pœna legali imposita per legem nostri regni; qua cavetur, quòd detineatur in carcere per triginta dies: & ita dixi & consului in quæst. de factò.

Secunda conclusio: Si pœna Ecclesiastica est medicinalis, vel monitoria, ut excommunicatio; tunc per eam non tollitur aliquo modo pœna sæcularis: text. est formalis & expressus *in leg. Piacet, versic. Si quis contravenerit. Cod. de SS. Eccl. & ibi DD.* & sic intelligit & declarat Paul. de Castr. *in leg. Cunctos populos. Cod. de Summa Trinit. & fide Cath. 2. column. num. 7.*

Tertia conclusio: Si pœna Ecclesiastica tantùm esset præparatoria ad pœnam sæcularem, ut quia delinquens convictus & condemnatus de aliquo enormi, vel gravissimo crimine, degradatur per judicem Ecclesiasticum, remittitur & traditur judici sæculari; illa pœna non tollit aliam, imò tantùm præparavit ad aliam; textus est expressus *in Authent. de sanct. Episc. §. Si verò crimen, collat. 9.* & ibi notant Ang. Jacob. de Belloviso & cæteri DD. text. *in cap. Ad abolendam. §. Presenti de hæreticis, text. in cap. Excommunicamus. §. Damnati eod. tit. text. in cap. Ad falsariorum, de crimine falso, textus in cap. Clericus 3. quæst. 4. textus in cap. Si quis Sacerdotum 11. quæst. 1. text. in cap. Cùm non ab homine de judiciis, & utrobique communiter DD. & cum forma degradationis ponitur *in cap. Novimus, de verb.**

verb. signific. & in cap. Degradatio de pœn. in 6. & istam sententiam & conclusionem ponit expressè Anchar. in regul. Ea quæ, de regul. jur. in 6. 19. col. vers. Postremo notandum est.

Quarta conclusio: Si pœna Ecclesiastica est ordinaria, & principaliter punitiva; tunc propriè est quæstio nostra, quæ certè est valdè dubia & necessaria: In qua resolutivè dico, quòd in atrocibus & gravissimis delictis, in quibus per judicem Ecclesiasticum non potest imponi competens pœna, si sunt mixti fori, licèt reus delinquens sit punitus per judicem Ecclesiasticum, illa pœna non tollit pœnam sæcularem, imò poterit postea capi & puniri pœna ordinaria sæculari: Ita singulariter determinat Bald. *in leg. Cunctos populos. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. 7. column. vers. Modò circa hoc incidit talis quæst. de fact. & ibi Paulus de Castr. 2. column. num. 8. idem Bald. post Guill. & Antiquos in l. Placet. Cod. de Sacros. Eccles. fin. col. Alber. in leg. 2. §. Hoc edito. ff. Vi bon. raptor. Abbas meliùs quàm alibi in cap. Tua de Procur. 2. column. idem Abbas in cap. de His, de Accusat. & ibi notabiliter Aret. 3. col. num. 12. idem Abb. in cap. Cùm sit generale, de Foro compet. 1. column. notab. 2. Anchar. In regul. ea quæ de reg. jur. in 6. 17. column. 9. quæst. Anania in cap. Qualiter & quando, el 2. §. Ad corrigendos, de Accusation. 7. column. versic. Prædicta. Felin. in dict. cap. Quod olim de Judæis, idem Felin. in dict. cap. Cùm sit generale de Foro compet. pen. column. numer. 27. Pro qua sententia & conclusione considero jura sequentia: Primò facit text. notabilis in leg. 2. vers. Sin autem. Cod. de Sportulis, ubi disponitur, quòd quando ex defectu jurisdictionis non potest imponi pœna competens delicti; tunc postquam sit imposita prædicta minor pœna, recurritur ad alium judicem, qui potest competentem & condignam pœnam imponere: & ibi notant Cyn. Bald. & alii DD. Secundò facit text. in leg. Si quid erit. ff. de offic. Procon. & legat. text. in l. 3. §. Cognoscit. ff. de Offic. præf. vigil. text. in Authentic. de Defens. civil. §. Audiens, collat. 3. quibus probatur, quòd quando delictum est atrox, & competenter non potest puniri per legatum, vel judicem inferiorem, debet remitti delinquens ad judicem majorem & superiorem. Tertiò facit textus in Authent. de sanct. Episc. §. Si verò crimen, collat. 9. ubi judex Ecclesiasticus cognovit de delicto gravi, & post degradationem remisit sæculari, quia non fuit sufficienter punitus: & ad hoc illum textum notat & reputat singularem Roman. in l. 1. §. 1. ff. Oper. novi nunt. notat etiam Bald. post Antiquos in leg. Placet. Cod. de Sacr. Eccles. fin. column. Sed certè ille textus non probat: quia ibi non fuit reus delinquens punitus per judicem Ec-*

clesiasticum, sed tantùm degradatus, ut remitteretur judici sæculari; sic tantùm loquitur in casu, quo pœna erat præparatoria, quæ nunquam tollit aliam, velut suprâ dixi. Et sic superior sententia & conclusio non videtur benè fundata de jure, & faciliter posset teneri contrarium; & in terminis reperio, quòd contrariam sententiam & conclusionem tenet Hostiens. in cap. Tuæ de Procur. imò, quòd nullo modo postea judex sæcularis possit capere & punire delinquentem: & idem tenet ibi Ant. de Butr. 2. col. num. 18. tenet etiam Anton. de Butr. meliùs quàm alibi, in cap. 1. de Offic. ord. fin. col. num. 26. & ibi Imol. fin. col. Anania in cap. Postulasti, de Judæis fin. col. in fin. Pro quibus apertè facit conclusio superior, in qua dixi, quòd quando per diversas leges diversæ pœnæ imponuntur; una exacta & imposita, non potest imponi alia, dato quòd minor sit imposita; quam suprâ fundavi. Ergo ita dicamus hic, & illud videtur inconvincibile fundamentum. Et certè in hoc dubio & periculoso articulo studiosè cogitavi quid esset tenendum & tandem cum deliberatione teneo primam conclusionem, quæ mihi videtur magis vera & communis: Pro qua facit text. expressus, & capitalis in cap. Felicis. §. Per hoc quoque de Pœnis. lib. 6. ubi text. post multas pœnas quas imponit offendentibus Cardinalem, dicit, quòd per eas non intendit adimere facultatem judicibus sæcularibus, quominus possint procedere in illo delicto, & imponere pœnas legales; & principaliter per illum text. sic inductum tenet istam conclusionem. Abb. in dict. cap. tuæ, de Procur. ubi dicit: *Notabis semper illum text. quia nescio alium æquè bonum in hac materia, & per illum textum tenent etiam principaliter DD. in locis ubi suprâ.* Verùm tamen est, quòd ad illum textum subtiliter posset responderi, quòd loquitur antequam illæ pœnæ imponantur per judicem Ecclesiasticum; & sit sensus, quòd illud delictum sit mixti fori; & si capiatur priùs à judice sæculari quòd possit secundùm pœnas legales puniri, quia non intendit summus Pontifex eas adimere per pœnas illius capituli. Sed non dicit textus, quòd postquam fuerit punitus per judicem Ecclesiasticum, iterùm possit puniri per sæcularem. Et secundùm istam subtilem responsionem & intellectum non faceret ille textus pro superiori opinione communi: & certè istum intellectum cogitavi, & postea reperi posuisse & ita intellexisse Aret. in cap. de His. 2. column. in fin. de accusat. licèt resideat cum superiori opinione nostra. Sed certè, si rectè inspiciantur verba illius text. in dict. §. Per hoc quoque, junctis præcedentibus, apertè loquitur textus post pœnam impositam à judice Ecclesiastico: & ista est intentio, & mens illius text. & illum text. sic etiam intelligit, defendendo opi-

opinionem communem, Ant. de Burg. in cap. 2. de Empt. & vend. penult. col. propè finem, quem vide; & tenet Philippus Decius in leg. Magistratibus, de jurisd. omn. jud. fin. colum. in fin. Nec placet intellectus Glos. ibi, in dist. §. Per hoc quoque, dicebat, quòd erat speciale in illo delicto; Quia imò ex eadem ratione idem est in aliis delictis gravibus & enormibus: secundùm prædictos DD. ubi supra, & ita resideo cùm superiori communi opinione in hoc difficili & quotidiano argumento. Idem esset à fortiori si reus delinquens esset in totum absolutus judicio Ecclesiastico; quia judex sæcularis posset postea capere & punire, si eum reperiat culpabilem: ita solus Anchar. in dist. reg. Ea quæ, de reg. jur. in 6. 17. col. 9. quæst. princ. Si verò prius fuisset captus & punitus per judicem sæcularem; quia illa semper censetur competens, & gravior pœna ex qualitate jurisdictionis; teneo absque dubio, quòd ampliùs postea non possit puniri per judicem Ecclesiasticum; argumento jurium supradictorum, & ita colligitur ex mente omnium Doctor. quæ omnia perpetuò tene mente, quia sic alibi non reperies examinata.

41 Item quæro, si delictum est notorium, an indigeat accusatione, vel aliqua forma & ordine judiciali? Pro cujus perfecta delaratione dico, quòd delictum notorium est, quando quis occidit hominem, vel ei fecit injuriam, vel commisit quodlibet aliud delictum publicè coram populo, vel majori parte ejus, ita ut habeat facti evidentiam, & negari probabiliter non possit text. est in cap. Manifesta 2. quæst. 1. text. in capit. de Manifestat. eadem causa, & quæst. text. in cap. Super eo, de testibus cogendis, text. in leg. Ea quidem, Cod. de Accusat. in qua lege tantùm fit mentio de delicto notorio, de quo loquimur, & non in alia parte juris civilis, secundùm Bald. in Authent. qui semel, Cod. Quomodo, & quando judex, 3. colum. num. 13. licèt Bart. in leg. ab Accusation. §. Nuntiatores, ff. ad Turpil. dicat, quòd materiam delicti notorii non habetur in nostro jure Civili, sed tantùm in jure Canonico. Et tale delictum dicitur notorium attenda qualitate loci, temporis, & numeri personarum, coram quibus commissum est, argumento text. in cap. Sicut dignum, de homicid. & in leg. aut facta, ff. de Pœnis, ita Spec. in tit. de Notoriis criminibus, 2. colum. num. 5.

42 Dubium tamen est circa numerum personarum; quantus esse debeat, ut delictum dicatur notorium? Et reperio duas opiniones diversas. Prima: quòd ad minus requiratur numerus decem personarum, argumento text. in leg. Prætor, ait, la 2. versic. turbam autem, ff. Vi bonorum raptorum, ubi habetur, quòd turba dicitur inter decem, vel plures homines: probat

Tom. III.

etiam text. in dist. cap. Manifesta 2. quæst. 1. & ibi tenet Glos. ordin. tenet etiam Cyn. in leg. Ea quidem, Cod. de Accus. 2. col. & ibi Salyc. 11. column. num. 84. & ante eos Petrus de Belpap. Alia opinio est, quæ mihi videtur vera & juridica: quòd cùm non sit à jure numerus personarum taxatus, relinquatur judicis arbitrio; argumento text. in leg. §. 1. ff. de Jure deliber. text. in leg. Continuus, §. Cum ita, de verbor. obligat. & istam opinionem tenet Joann. Andr. in cap. vestra, de cohob. cleric. & mulier, 4. col. propè finem, Card. 8. column. in princ. Abbas notat penult. column. num. 16. Hostiens. in cap. Tua nos, eod. tit. 2. colum. Spec. in tit. de not. crimine §. fin. 2. column. num. 6. vers. Quidam tamen, Bald. in dist. leg. 3. §. Ea quidem, Cod. de Accusat. 4. column. num. 25. Unde, si delictum esset factum in platea publica, qua esset capax populi, vel majoris partis, non oportet dicere nec articulare, quòd fuit factum præsentibus pluribus; quia ratione loci hoc debet præsumi: ita notabiliter determinat And. in dist. cap. Vestras, 3. column. num. 58. Consilium tamen est, quòd judex examinet plures testes, & sic majorem partem vicinæ, ubi delictum est commissum, ut clarè constet de notorietate; ita Salyc. ubi supra fin. column. in fin.

Et magis in specie quæro; qui effectus resultent ex hoc quòd aliquod delictum sit notorium, vel non? Et resolutivè dico, quòd primus effectus est, quòd non requiritur accusator, sed judex potest ex officio procedere per viam inquisitionis, etiam in casibus in quibus aliàs judex non posset inquirere: & si interveniat accusator, non requiritur libellus, litis contestatio, juramentum de calumnia, neque alia solemnitas accusationis. Imò, quòd magis est, nec requiritur probatio delicti; ita expressè probant prædicta jura per me superiùs allegata, & maximè probat ille text. in cap. Tua nos, de cohob. cler. & mulier. vers. 1. cujus verba sunt: Nos igitur consultationi tuæ taliter respondemus; quòd si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testes, nec accusator opus sunt, text. in cap. ad Nostram, el 2. de jurejur. ibi: Manifesta accusatione non indigens, nec in eis ordo judiciarius observandus. Secundus effectus est, quòd in delicto notorio potest procedi contra reum absentem contumacem legitimè citatum; licèt secùs sit in aliis delictis: argumento prædictorum jurium: & in terminis ita tenet Innoc. in dist. cap. Tua nos, de cohob. cleric. & mulier. penult. column. num. 10. & Anchar. in cap. Vestra, eod. tit. 5. column. num. 22.

43 Citatio tamen benè requiritur in hoc delicto notorio, & reus delinquens audiri debet, ne defensio ei subtrahatur; argumento text. in cap.

D

Deus

Deus omnipotens 2. *quæst.* 1. text. in cap. *Si peccaverit*, ead. *caus.* & *quæst.* text. in cap. *Nos in quemque*, ead. *caus.* & *quæst.* text. in leg. 2. *Cod. de Custod. reor.* text. in cap. *Qualiter & quando el* 2. §. *Debet*, de *Accus.* text. in cap. *cum inter*, de *excep.* text. in cap. 1. de *Caus. pos. & propr.* text. in leg. *Prolatam*, *Cod. de sentent. & inter omn. jud.* text. in leg. *fin. Cod. de Legib.* text. in leg. *Pañum inter hæredem*, ff. de *Pañi.* & in expresso ita tenet Gloss. *ordinar.* in cap. *ad Nostram*, el 1. de *jurejur.* & ibi *Innoc. Cardin.* in cap. *Tua nos*, de *cohab. cleric. & mulier.* & ibi *Hostiens.* & alii *DD.* *Joan. And.* in cap. *Vestra*, eod. tit. 4. col. *Card.* 9. *column. num.* 9. *Anton.* 24. col. *num.* 39. & *Specul.* in tit. de *Notorio crimine*, 3. col. *num.* 12. *Bald.* qui bene loquitur in leg. *Cum fratrem*, *Cod. de His qui, ut indign.* *Salyc.* ubi dicit, hanc esse communem opinionem in leg. *Ea quidem*, *Cod. de Accus.* 12. col. n. 86. Quod tamen limita, & intellige, præterquam si scandalum & præjudicium fieret reipublicæ ratione motæ: quia tunc etiam sine citatione, vel aliquo termino defensionis posset iudex condemnare, & punire: & in terminis ita tenet *Innoc.* in *diñt. cap. tua Nos*, de *cohab. cleric. & mulier.* 2. *column. num.* 5. & ibi *Hostiens.* 2. col. *Joan. Andr.* in *diñt. cap. Vestra eodem tit.* 5. col. & ibi *Anchar.* 4. *column. num.* 22.

44 Requiritur etiam probatio delicti notorii, licet non formaliter & solemniter, forma & ordine iudiciario servato, & termino probatorio per sententiam interlocutoriam assignato; sed simpliciter & sine aliqua juris solemnitate probationem recipiendo: Quæ quidem probatio & liquidatio facti & delicti notorii fit huiusmodi, quod saltem duo testes deponant de veritate & essentia ipsius delicti, & ejus notorietate, dicendo, vidisse delictum fieri, & publicè esse factum coram multitudine personarum, vel tali loco & tempore, per quod sequatur & resultet esse notorium: ita probatur & colligitur ex mente prædictorum iurium, & confirmatur hac ratione: quia quando lex vel dispositio se fundat in aliqua qualitate ante omnia oportet de ea constare, ut in *l. Ejus qui in provincia*, vers. *Quoniam*, ff. *Si cert. pet.* & in *l. Si servum*, §. *fin.* ff. de *Act. empr.* & in *l. Pomponius*, §. *fin.* ff. de *Acquir. possess.* & in *l. Etiam*, §. *Si quis absentis*, ff. de *Pet. hered.* & in leg. *Si quis legatum*, ff. ad *Legem Corn. de Fal.* text. in leg. *Non ignorat.* *Cod. Qui accus. non poss.* & in *l. In illa stipulatione si calendis*, ff. de *Verb. oblig.* & in *l. hoc jure*, eod. tit. Sed quando delictum est notorium, iudex se fundat in illa qualitate notorietatis: ergo sequitur quod ante omnia oportet de ea constare: & in expresso in materia nostra, licet nemo sic declaret, ita tenet *Innoc.* in *diñt. cap. Tua nos*, de *cohab. cleric. &*

mulier. 1. col. & ibi *Hostiens.* 1. col. & sequuntur alii *DD.* tenet etiam *Joan. Andr.* in *diñt. cap. Vestra eod. tit.* 4. col. & ibi *Cardin.* 11. col. *Anch. antepenult. col.* *Specul.* in tit. de *Notorio crimine*, §. *fin. pen. col. num.* 17. vers. *Testes.* *Joan. Andr.* & cæteri *DD.* in cap. *Romana*, §. *Si autem, de Appel.* in 6. *Salyc.* notabiliter in leg. *Ea quidem* vers. *Quia propter*, *Cod. de Accusat.* 14. col. *num.* 92. 6. *quæst. princ.* & 9. *quæst.* vers. *Concludo igitur*, & ibi *Jac. Butr.* in *fin. Gandin.* in *tract. malef.* 13. fol. in *quæst. Quomodo de crimine cognoscatur*, 3. col. *Bonif.* in *tract. malef.* in tit. de *Notoriis criminib.* in *fin.* & ita debent intelligi omnia jura superius adducta, quæ genericè dicuntur, quod nulla solemnitas, nec ordo iudicialius, nec probatio requiritur in delicto notorio.

45 Similiter etiam requiritur sententia condemnatoria in delicto notorio: ita probat text. in cap. *Porrò de divortiis*, & ibi tenent *DD.* sed non requiritur ferri in scriptis, nec cum alia juris solemnitate, argumento text. in *Authent. ut iudices sine quo suffragio capit. Necessitatem*, *col. lat.* 3. ibi: *Et causam, non ex scripto examinante*, & ibi *Glos. ordinaria in cap. fin. de sent. & re jud. lib. 6.* in verbo *Illustrium*, ubi enumerat plures casus, in quibus valet sententia, licet non feratur in scriptis; & tandem dicit, quod quando iudex procedit sine ordine & figura iudicii, non requiritur quod feratur in scriptis: & ubi sequitur infra *DD.* & in terminis ita tenet *Joan. Andr.* in cap. *Ex parte*, el 1. de *Verbor. signif.* 2. *column.* & necessario sic debet intelligi *Innoc.* ibi, qui dicit, quod in delicto notorio non est necessaria sententia: quia debet intelligi, cum juris solemnitate, bene tamen requiritur, quod feratur sententia definitiva, ut dicunt *DD.* ubi supra & voluit etiam idem *Innoc.* in *capit. Ad nostram el* 3. de *Jurejur.* in *fin. Abb. in capit. Vestras*, de *cohab. cler. & mulier. fin. column. num.* 18. idem *Abbas* in *capit. fin. de Confessis.* 7. *column. num.* 18. *Gloss. ordinar. in cap. Evidentia*, de *accusat.*

46 Item adde quod in crimine notorio iudex non potest recusari: textus est notabilis in cap. *Proposuit, de Appel.* per quem ita tenet ibi *Glos. ordinaria & finalis*, *Inno.* *Joan. Andr. Spec. in tit. de noto crimine*, §. *fin.* 4. col. *num.* 12. vers. *Nam quedam.* Quod intellige, quando, pro tali delicto notorio esset pœna determinata à jure; quia tunc non potest iudex gravare partem: secus verò aliàs, quando pœna non esset determinata, sed esset arbitraria; quia tunc posset recusari, quia potest gravare partem: ita singulariter determinat *Archid.* in cap. *Quia suspecti*, 3. *quæst.* 6. *fin. col.* tenet & etiam *Anton.* de *Butr.* in *diñt. cap. Proposuit*, *Abb. ibi:* qui reputat esse notabile 2. col. n. 5. *Imol. in fin. Philipp. Franc.*

2. col. num. 4. Host. & Joan. And. in cap. *Cum speciali eod. tit.* ex quo datur notabilis declaratio ad leg. 1. tit. de la Recusa, lib. 3. ordin.

47 Postremò etiam dico, quòd condemnatus in delicto notorio non potest appellare, imò, non obstante appellatione, potest iudex sententiam executioni mandare: ita probat textus notabilis executioni mandare: ita probat textus notabilis in cap. *Cum sit Romana. §. fin. de Appell.* ibi nisi fortè manifestus raptor, vel fornicator existat, & per eum ita tenet Glos. ordin. & text. in cap. *Pervenit eodem tit.* text. in cap. *Consuluit, et 1. eodem tit.* & per illa jura istam conclusionem tenet Glos. in dist. cap. *Manifesta, in glossa 1. in med.* & ibi Archid. & DD. glos. in cap. *Vestra, de cohab. cler. & mulier. in glossa magna in med.* & ibi Joan. Andr. Card. antepen. col. 30. quæst. Innoc. in dist. sap. *Tua nos, eod. titul. 2. col.* & ibi Host. Spec. in tital. de Noto erim. §. fin. pen. col. versic. *Cum talis num. 15.* Quod tamen intellige, quando in sententia apparet, quòd iudex condemnavit reum, ut de crimine notorio: secùs tamen est, si simpliciter condemnavit, ut quemlibet criminis; nam tunc poterit reus condemnatus appellare, & iudex tenetur appellationi deferri, argumento text. in cap. *Romana. §. Sin autem de appell. lib. 6.* per quem ita tenet Salyc. in dist. 1. *Ea quidem vers. Præter. fin. col. in fin.* Unum tamen est: quòd si condemnatus appellavit, modò iudex expressè denegaverit appellationem modò taceat: potest iudex appellationis inhibere iudicem a quo, ut sententiam non exequatur: licèt ante inhibitionem benè posset eam iudex exequi; cum sit casus, in quo licèt possit appellationem denegare iste est casus notabilis in jure in cap. *Romana. §. Si autem post sentent. de Appell. lib. 6.* & ibi Glos. ord. & finalis, Joan. Ang. & DD. facit etiam text. in c. *Non solum & eod. tit.* quod est benè notandum in practica. Sed dubium, est mihi notabile; si in isto casu, vel simili, quo non sit licita appellatio, pars appellavit, & iudex a quo detulit appellationi, & eam admisit; possit talem confessionem revocare, & sententiam executioni mandare? de cujus veritate vide omnia infra.

48 Item adde, quòd idem est in delicto notorio facto & commissio in præsentia iudicis sedentis pro tribunali; quia illud dicitur merè notorium cum ibi concurrat præsentia iudicis, & aliorum: Unde, tunc poterit iudex procedere sine aliqua solemnitate juris, ut in superiori notorio diximus: ita probant jura superius allegata, & ibi DD. imò, quod magis est, hoc casu non requiritur aliqua probatio, vel depositio testium, processus, neque alia solemnitas; sed statim potest iudex delinquentem puniri; ita singulariter determinat Glossa ordinaria in cap. *Deus omnipotens. §. Quando autem. 2. quæst. 1. in glos. 1. cum qua transeunt DD. & in expressò istam conclus.*
- Tom. III.

sionem tenet Specul. in tit. de Noto crimine. §. final. 4. col. versic. *Nam quædam, num. 12.* tenet etiam notabiliter Anton. de Butr. in dist. cap. *Vestra, de cohab. cler. & mulier. penult. column. in finalib. verb.* Hostiens. in cap. *Tua nos, eodem tit. 2. column. post medium, vers. Sunt & qui dicunt.* Salycet. notabiliter in dist. leg. *Ea quidem. Cod. de Accusat. vers. Quia propter. 13. column. fin. num. 91. vers. Testium dubium est.* Confirmatur etiam, quia aspectus iudicis inducit sibi evidentem probationem quoad decisionem causæ: text. est in leg. 2. in fin. ff. de Feriis, text. in l. *Si irruptione. §. Ad officium. ff. finium regund. text. in l. Minor. 25. annor. adito præside. ff. de Minorib.* Quòd dupliciter potest exemplificari: Primò modo, quando quis commisit delictum in præsentia iudicis, occidendo, vel offendendo aliquem. Secundò quando in aliqua causa civili, vel criminali quis delinquit coram iudice; ut si testis falsum testimonium dicat, vel pars falsos testes vel probationes producat, vel notarius aliquid falsum subscribat, vel advocatus vel procurator aliquem dolum committant; quia statim iudex eum puniri poterit sine aliqua solemnitate, processu, vel probatione, etiamsi non fuerit suæ jurisdictionis: textus est notabilis in leg. *Nullum. Cod. de Testib. & ita disponit leg. final. tit. 16. 3. part. & ita potest intelligi l. 8. tit. 20. lib. 4. fol. 100.* Tutius tamen erit etiam in his casibus, quòd iudex recipiat probationes super tali delicto, nec aliquid sibi possit imputari; & quia fortè reus fecit ad suam defensionem; maxime cum talis probatio brevi tempore poterit fieri; unde ita consulo quòd fiat, & ita videtur velle & consulere Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de Noto crim. §. fin. num. 12. & Glossa in dist. leg. *Fori. in glossa penult.*

49 Item principaliter quæro, an iudex in delictis possit ex officio procedere per viam inquisitionis? In quo articulo resolutivè dico, quod regulariter non potest iudex ex officio procedere vel inquirere super aliquo delicto, nisi mediante legitimo accusatore: text. est in leg. *Rescript. §. Si quis accusatorem. ff. de Muner. & hono.* Cujus verba sunt: *Si quis accusatorem non habet, ab honoribus prohiberi non debet, quemadmodum non debetis, cujus accusator destiterit,* & ibi notant Bart. Alb. & alii DD. antiquissimi; text. in leg. fin. ff. de In jus voc. & ibi notat Alb. & text. in cap. 1. de Accus. & ibi etiam DD. confirmatur auctoritate Domini Salvatoris nostri dicentis: *Mulier, ubi sunt, qui te accusant?* Quòd tamen intellige quando iudex velit particulariter inquirere contra aliquam certam & determinatam personam: secùs verò si velit generaliter inquirere de delictis, vel de aliquo delicto in genere, & in hac generali inquisitione reperiat aliquem culpa.

bilem; nam tunc potest ad inquisitionem particularem & specialem descendere; & probato delicto, reum condemnare & puniri: text. est capitalis & expressus, qui sic debet intelligi in l. *Congruat. ff. de Officio præsidis*, & ibi tenent & notant Bart. Alber. Bald. & text. in leg. 4. §. 1. ff. *Ad legem Jul. pecc.* tenet etiam & declarat Bart. in l. 2. §. *Si publico. ff. de Adult. 3. col. num. 5. & 9. Bald. in leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. 7. col. & ibi Ang. 3. column. & alii DD. Anchar. in cap. Qualiter & quando, et 2. de Accus. 7. column. num. 38. Augustinus in addit. Ang. de Malefic. in part. hæc est quædam inquisitio. 2. fol. 4. column. vers. Item quando iudex.*

Secundò etiam procedit inquisitio particularis contra certam & determinatam personam, quando præcessit denunciatio officialis publici ad hoc deputati: textus est in leg. *Ea quidem. Cod. de Accusat.* & ibi notant Glossa ordinaria, Cyn. Bald. text. in l. *Div. Adrian. ff. de Custod. reor.* & ita Bald. Alber. & per ista jura tenet Bart. in leg. 2. §. *Si publico. ff. de Adult. 3. column. num. 7.* Et adde, quòd quilibet iudex, vel civitas quæ habeat merum imperium, potest creare tales officiales publicos, qui denuncient maleficia; ita probat text. in leg. 1. §. *fin. ff. de Offic. præf. urbis*, & ibi notant Bart. & DD. antiqui: textus in leg. *Ea quidem. Cod. de Accusat. text. in leg. ab Accusat. ione, vers. Nuntiatores. ff. ad Turp. text. in l. 2. Cod. de Decur. lib. 10. & per ista jura tenet Bart. in leg. Divus Adrianus. ff. de Custod. reor.* & ibi alii DD. Ex quo subinfertur, quòd iudex vel civitas poterit in territorio suæ jurisdictionis creare & constituere certum & determinatum fiscalem & accusatorem publicum, qui accuset & prosequatur in iudicio maleficia, quando non est pars legitima quæ accuset: & eodem modo poterit iudex illum constituere in certa causa & delicto particulari, si non sit constitutus generalis: & in terminis probat textus in leg. 2. *Cod. de Delat. lib. 10. & ibi notant Bart. Platea & alii DD.*

Tertiò procedit inquisitio particularis quando delictum est notorium; ut si quis occidit hominem, vel aliud delictum fecit publicè coram populo, vel majori parte ejus, vel in præsentia iudicis sedentis pro tribunali, taliter quòd habeat facti evidentiam: text. est in leg. *Ea quidem. vers. verùm Cod. de Accusat. text. in cap. de Manifesta. 2. quæst. 1. text. in cap. de Manifestat. eadem causa, & quæst. textus in cap. quæ Lotbarius. §. Manifestis, eadem caus. & quæst. textus in cap. Deus omnipotens. §. Quando autem, eadem caus. & quæst. textus in cap. Tua nos, de cohob. cleric. & mulier. textus in cap. Vestra, eod. tit. & utrobique Doctores.*

Quartò procedit inquisitio, quando in aliqua

causa civili, vel criminali quis delinquat coram iudice; ut si testis falsum testimonium dicat, vel pars falsos testes producat, vel tabellio falsitatem committat, vel advocatus vel procurator dolum vel fraudem perpetret; quia tunc iudex potest ex officio sine accusatore contra eum inquirere, & puniri: text. est in leg. *Nullum. Cod. de Testibus*, text. in l. *pen. C. de Probat. text. in leg. penult. Cod. Qui accus. non pos. text. in l. 1. Cod. de Calumn. & utrobique communiter DD. & ita tenet Bart. in dist. leg. 2. §. *Si publico. ff. de Adult. 4. column. num. 10. versic. Quarta regula est & ibi communiter DD.**

Quintò procedit inquisitio in delicto enormi & gravissimo, puta hæresis, læsæ majestatis, falsæ monetæ, contra naturam, vel simili: text. est in l. *Manichæos. C. de Hæret. text. in l. Apostatarum. C. de Apostatis. text. in l. Nemo la 2. Cod. de Judæis, text. in leg. 1. C. de Falsa moneta, & utrobique DD. tenet etiam Bart. in dist. l. 2. §. *Si publico. ff. de Adult. 4. column. num. 11. vers. Quinta regula est. Spec. in tit. de Inquisitione. §. Quando autem. 1. col. versic. Duodecim. Bald. in leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. 7. column. in fin. & ibi alii DD.**

Sextò procedit inquisitio, quando delictum committitur in Ecclesia contra Ecclesiasticas personas: text. est in leg. *Si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler. & ibi notant Cyn. Petr. Jacob. Bartol. Alber. textus in cap. In primis. §. Si quis. 2. quæst. 1. textus in l. 4. §. 1. ff. de l. Jul. pec. & tenet Spec. in tit. de Inquisitione. §. Quando autem. 1. col. vers. 5. Si quis, Bart. in dist. leg. 2. §. *Si publico. ff. de Adult. 4. col. num. 11.**

Septimò procedit inquisitio in delicto occulto proditoriè commisso; ita probat textus in lege 1. *Syllac. & in §. Occisorum, ejusdem leg. & tenet Specul. in tit. de Inquisitione. §. Quando autem.*

Octavò procedit inquisitio quando delictum jam pervenit in notitiam iudicis per accusationem de eo formatam, & accusator destitit vel mortuus est; quia tunc iudex potest inquirere, & ex officio procedere & punire: textus est in l. 2. *C. de Abol. & ibi Glos. ordin. & text. in l. pen. ff. de Publ. jud. & ibi Bart. tenet etiam Spec. in tit. de Inquisit. §. 1. vers. Secundo si accusator.*

Nonò & finaliter dico, quòd licet nulla præcedente fama, vel indiciis, non possit iudex ex officio procedere vel inquirere contra aliquam certam & particularem personam, ut in *juribus primis supra allegatis*, quibus probatur, quòd in delictis iudex non potest sine accusatore procedere; & ne quis sine causa de aliquo delicto diffametur; & ut sumptus & expensæ litis evitentur: præcedente tamen fama, vel indiciis & præsumptionibus delicti, benè potest iudex in quolibet de-

delicto procedere ex officio per viam inquisitionis contra quamlibet personam particularem, per sequentia: Primò quia regulariter de quolibet delicto est permessa accusatio; ergo & inquisitio, cum ejus loco succedat & subrogetur; argumento textus in *leg. penult. ff. de Publ. jud.* textus in *leg. 2. Cod. de Abolit.* text. in *l. Divus l. 2. ff. de Custod. reor.* quem ad hoc dicit ibi Alb. alibi non reperiri: *tax. in leg. 1. Cod. de Custod. reor.* text. in *cap. Qualiter, & quando, el 2. versic. Ad corrigendos, de Accus.* text. in *cap. Eli. licet, de Simonia,* & ibi DD. Secundò, quia in quolibet delicto habet locum generalis inquisitio, ut in *leg. Congruit. ff. de Offic. præ. cum similib.* Sed illa non fit nisi ad effectum descendendi ad particularem inquisitionem. Ergo benè sequitur, quòd indistinctè habeat locum particularis inquisitio præcedente fama, vel indiciis. Tertio & similiter facit text. notabilis & expressus in *Authent. de Collatoribus. §. Juvenus, & si collat. 9.* ubi genericè disponitur, quòd iudex possit inquirere & punire de quolibet delicto. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Salyc. in *leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. 3. column. num. 46.* & ante eum ibi Faber. in *Breviario 4. column.* & dicit ibi Alber. quòd ita de consuetudine servatur; & certè in nostro regno ita practicatur: tenet etiam Faber. in *§. 1. Institut. de Publ. jud. 2. col. versic. Satis potest dici.* Joan. Andr. in *cap. Felicitis, de pænis, lib. 6. in Novella. 3. column.* ubi dicit; & *hodie est generale in omni delicto ut iudex possit inquirere & punire,* tenet etiam Gand. in *tract. de Malefic. fol. 6. 3. col. in quæst. illa Quomodo de Maleficiis cognoscatur?* ubi etiam dicit, quòd ita observant iudices de consuetudine. Quòd sequor & extendo, ut procedat & habeat locum nedum in delictis publicis, sed etiam in privatis; ut est de mente prædictorum jurium, & DD. in *locis ubi supra.* Adde tamen, quòd si non præcedente fama, vel indiciis, iudex procedat ex officio contra aliquem, saltem tenebitur prædictus iudex ad expensas; quæ possunt ab eo peti tempore syndicatus: ita notabiliter Salyc. in *diçt. leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. 8. column. num. 66.*

50 Item quæro, an in inquisitione, quando iudex procedit ex officio, requiratur solemnitas requisita in accusatione, scilicet annus, mensis, locus, & aliæ solemnitates, quæ ponuntur in *l. Libellorum. ff. de Accusat.?* Et breviter dico quòd sic: quia cum inquisitio succedat loco accusationis, ut in *leg. pen. ff. de Publ. jud. & in leg. Congruit. ff. de Offic. præsid. & in leg. Divus, la 2. ff. de Custod. reor.* sequitur quòd eadem solemnitas debet in ea intervenire: & in expressò ita tenet Jacob. Butr. in *§. 1. Institut. de Action. Bart. in leg. 2. §. Si publico. ff. de Adult. 4. col.*

num. 12. Bald. in leg. Ea quidem. Cod. de Accus. antepenult. column. num. 58. & ibi Salyc. 5. col. num. 55. Inscriptio tamen ad pœnam talionis non requiritur; quia propter officium cessat omnis dolosa suspicio, ut, in *leg. 1. versic. fin. ff. de Offic. præfekt. prætor. & in leg. fin. Cod. Ad leg. Jul. repet.* ita probat textus in *diçt. leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. & ibi Glossa ordinaria, & tenet Bartol. in diçt. leg. 2. §. Si publico. ff. de Adult. 4. col. num. 12.* Sed certè quoad me verior videtur opinio, quòd nulla requiratur solemnitas, per textum cui non potest responderi, in *diçt. leg. Ea quidem. Cod. de Accusat.* cujus verba sunt: *Ea quidem, quæ per officium præsidibus denunciantur, & circa solemnita accusationum posse perpendi incognitum non est.* Confirmatur prædicta ratione; quia procedit iudex ex necessitate officii. Adde pro perfecta declaratione hujus articuli, quòd proposita inquisitione ex officio iudicis, si resultaverit probatio saltem summaria, vel iudicium, statim incarcerabitur reus, & iudex recipiet ab eo juramentum, juxta *leg. 4. tit. 29. 7. part. & dabitur ei copia inquisitionis, & per interlocutoriam assignabit ei iudex terminum probationis suo arbitrio, infra quem produceret etiam iudex testes receptos in summaria informatione, ut citata parte, ratificent dicta sua; etiam poterit alios de novo producere; & termino probatorio transacto, fiet publicatio, & dabitur reo delinquenti copia probationum, & depositionum testium, ut possit dicere & allegare quòd velit contra personas eorum; vel quamlibet etiam justam defensionem in ipsa causa & negotio principali, & concludetur in causa, & postea iudex pronuntiabit sententiam definitivam, absolvendo, si nulla reperiat conclusens probatio, vel condemnatio, si plenè sit probatum, vel pronuntiabit reum esse torquendum, si reperiatur semiplenè probatum, vel aliqua indicia sufficientia; sicut quando iudex procederet per viam accusationis: & in effectu istam practicam & doctrinam probat text. in *cap. Qualiter & quando, el 2. versic. Debet de Accus. & ibi DD. tenet etiam Spec. in tit. de Inquisitione. §. Viso igitur. 3. column. versic. Si autem,* quòd certè reputo valdè notabile, & utilissimum in practica.*

51 Item quæro, si eo casu, quo iudex procedit ex officio per viam inquisitionis, reperiatur plenè probatum delictum, an possit & teneatur iudex imponere pœnam ordinariam delicti? Et breviter teneo & concludo quòd sic: ita probat text. formalis & expressus in *leg. 2. vers. 1. Cod. de Abolit.* cujus verba sunt: *Sed adversus nocentem reum inquisitione facta, pœna competens ingeratur* & ibi notant & commendant Cyn. Alber. Salyc. & probat etiam text. in *leg. 4. in fin. Cod.*

de sepul. viol. ibi, *vel ad officium nuntiaverit, quæ pœna priscae severitati accidit*, & ibi etiam DD. text. in leg. 4. versic. *Mandatis. ff. Ad leg. Jul. peculatus.* ibi, & *prout quisque deliquerit animadvertent*, & illum ad hoc notat Bald. in *dist. leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. antepen. column. numer. 57.* Secus tamen est de jure canonico; quia delinquens mitius punitur quando proceditur per viam inquisitionis: text. est benè notandus in *cap. Inquisitionis, an fin. de Accusat.* & ibi notat Abb. 1. col. & 1. notabili Felin. 2. column. 3. notabili. Abb. in *cap. Qualiter & quando, el 2. eod. titul. 4. column. num. 20.* Anchar. ibi 2. column. Anania 2. col. Felin. 1. column. 2. notab. Quod tamen limita & intellige; nisi delictum probetur per confessionem partis, vel nisi delictum sit notorium: quia tunc etiam de jure canonico imponitur pœna ordinaria, ita Innocent. in *dist. cap. Qualiter & quando, el 2. de Accusat.* quod sequitur & reputat sibi singulare Abb. 4. col. quem omninò vide.

52 Item quæro an civitas vel universitas possit delinquere & puniri? Et videtur quòd non: Primò, quia civitas vel universitas est nomen juris, & non habet animum nec intellectum, sed est unum corpus & quædam persona repræsentata per Rectores & gubernatores: textus est in leg. 1. §. *Quibus. ff. Quod cujusque univ. notabil. text. in leg. 2. Eodem titul. textus in leg. Sicut. §. fin. eodem tit. text. in leg. An ususfructus. ff. de Fidejussor.* ibi, *quia hæreditas defuncti vice fungitur, sicuti municipium & curia, & societas*, & ibi notat Alberic. textus in leg. *Si quis in suo. §. fin. Cod. de Inof. testam. text. in cap. Novit. in fin. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capitul.* Sed carens animo & intellectu non potest delinquere nec puniri, ut in leg. 1. §. 1. ff. *Si quando pauper. fec. dica,* ibi: *Nec enim dici potest animal injuriam fecisse, quod sensu careat.* textus in leg. *Infans. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. text. in lege. Si penult. §. final. ff. Ad leg. Pomp. de part. text. in leg. 1. in fin. Cod. de Fals. monet. text. in leg. Divus Marcus. ff. de Offic. præsid. textus in leg. 5. §. Igitur. ff. dist. leg. Aquil.* Ergo &c. Confirmatur, quia in delictis requiritur dolus, voluntas, & consensus delinquentis, ut in leg. *Cornelia. ff. Ad leg. Corn. de Sicar. & in leg. 1. ff. de Furtis, cum similib.* & talis dolus, vel consensus non potest cadere in ipsa civitate, vel universitate, cum sit persona ficta vel præsentata: text. in leg. 1. ff. *de Liber. universitatum,* ibi, *mouet enim, quod consentire non possunt* textus in leg. 2. §. *Deinde, el 2. de Origine juris. text. in leg. 1. §. fin. ff. de Acquir. posses.* Secundò pro ista sententia & conclusione, facit text. in l. *Sed si ex dolo. §. 1. ff. de Dolo.* ubi dicit text. quòd contra civitatem vel universitatem non datur ac-

tio de dolo, quia dolum vel delictum non potest committere: cujus verba sunt: *Sed an in municipes de dolo detur actio, dubitatur, & puto ex suo quidem dolo actionem non posse dari: quod enim municipes dolo facere possunt*, & ibi notat Glossa ordiuararia, & Bartol.

Sed in hoc articulo dico, quòd civitas vel universitas non potest delinquere verè & propriè, quia delictum requirit veram & propriam personam; sed benè potest delinquere saltem impropriè & fictè per rectores & gubernatores ejus, & poterit ex tali delicto puniri: & in expressò istam sententiam comprobatur textus singularis in leg. *Metum, la 3. §. Animadvertendum. ff. Quod met. causa,* ubi dicit, quòd civitas vel universitas potest inferre alteri metum & violentiam, & tenetur ex illo delicto: cujus verba sunt; *Et ideo sive singularis sit persona ea, quæ metum intulit, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus, huic edito locus erit*, & ibi notant & commendant Odofred. Alber. Bald. & Angel. Secundò facit textus in leg. *Aliud. §. Refertur. ff. de Reg. jur.* & ibi tenent Glossa ordinaria Bartol. & DD. Tertio generaliter facit; quia indifferenter & indistinctè factum ab ipso consilio & rectoribus civitatis, vel à majori parte, censetur factum à tota civitate, ut in leg. *Quod major. ff. ad Municipales, & in leg. Nulli. ff. Quod cujusque universitatis nomine,* & probant jura superius allegata; & in terminis ita dicit Glossa ordinaria in *rub. Cod. Quæ sit longa consuet.* quam dixit unicam Angel. in *Proposito, in dist. §. Animadvertendum*, sed certè expressè probant jura per me superius allegata. Quarto facit text. notabilis in *cap. 1. §. Si quis verò casu temerario, & in §. Injuria, de pace tenenda, & juramento firmand.* ubi dicit, quòd civitas, vel oppidum potest delinquere rumpendo pacem, & punitur tam civiliter, quàm criminaliter. Quintò facit text. in *Authentic. cassa, & irrit. Cod. de Sacros. Eccles. textus in Authent. nulla communitas. Cod. de Episc. & Cler.* ubi civitas, vel universitas aliquid statuens contra libertatem Ecclesiasticam, vel Ecclesiasticarum personarum, debet puniri. Quod tamen intellige, quando liberato proposito, & communicato consilio civitas vel universitas fecit, vel jussit fieri; quia tunc videtur fecisse & deliquisse tanquam universitas, secùs verò aliàs; quia tunc non videtur facere vel delinquere universitas, sed singulares personæ. Unde, si omnes homines alicujus civitatis, vel oppidi, vel minor pars ejus ex improvisso, & non deliberato proposito irruerunt & occiderunt aliquem, vel aliud delictum commiserunt, non dicitur universitas deliquisse, sed singulares & particulares personæ: ita probatur text. singularis in leg. *Semper. §. In sepulchro. ff. Quod vi aut*

etiam

clam, quam ibi dicit singularem, & non alibi Bart. & Ang. de Perus. illum etiam text. reputat singularem & unicum Paul. de Cast. in leg. Si quis id quod, ff. de Jurisdic. omn. jud. fin. column. num. 14. facit etiam bonus text. & ibi DD. in leg. 2. Cod. de Prædiis decurionum. Et ita voluit Gloss. ordinaria in dict. leg. Sed & si §. 1. ff. de Dolo. Gloss. in leg. Sicut. §. 1. ff. Quod cujusque univers. num. & ibi notabiliter Paul. de Castr. Gloss. Bart. & DD. in leg. Aliud. §. Refertur, ff. de Regul. jur. & in effectu hanc doctrinam, & resolutionem ponit magistraliter Bart. in leg. aut facta, §. fin. ff. de Pœnis, 1. col. num. 2. Odofr. Alber. Bald. Ang. & alii DD. in dict. leg. Metum lu 3. §. Animadvertendum, ff. quod metus causa; Spec. in tit. de Accus. in fin. vers. Quod si universitas, Ang. de Perus. in leg. 2. Cod. qui Accusat. non poss. Gand. in tract. Malef. in tit. de Homicidiariis, versic. Item pone fol. 35. Innoc. in cap. Gravem, de sent. excomm. Cardin. qui benè loquitur in cap. Dilectus, el 2. de Simonia, 2. col. num. 6. & ibi Abb. Panor. 3. column. num. 20. Anchar. 2. col. num. 9. Joan. de Anan. 4. column. & ibi alii DD. Cardin. Imol. in clem. 1. de Pœnis, Oldrad. in Cons. suis, cons. 65. fin. column. Ang. de Perus. consil. 246. Jas. ubi valde commendat in leg. Civitas, ff. Si cert. pet. 1. col.

53 Dubium tamen est: Qualiter civitas, vel universitas puniatur? Et breviter & resolutivè dico, quod in delictis, in quibus tantùm venit imponenda pœna pecuniaria, illa benè cadit in civitatem, vel universitatem, & fiet solutio de bonis ejus; & si non habeat bona sufficientia, cogetur imponere collectam, ut in leg. 1. §. fin. ff. Quod cujusque universit. nomin. & ibi tenet Gloss. ordinaria, tenet etiam & declarat Bart. in leg. 4. §. Actor, ff. de Re jud. & ibi communiter Moderni. In delictis verò, in quibus venit imponenda pœna corporalis, videtur quòd non possit puniri; cùm civitas vel universitas sit persona ficta & repræsentata, intellectualis, & insensibilis, ut supra dixi & fundavi: ergo nullo modo sit capax pœnæ sensitivæ. Nec potest dici quod puniantur omnes personæ & cives prædictæ civitatis vel universitatis: quia secundùm hoc punirentur infantes, minores, mulieres, & majores inculpabiles; quod esset iniquum. Sed resolutivè dico, quòd si delictum est gravissimum & enorme, propter quod unus potest puniri pro alio, ut filius pro patre; ut in crimine læsæ majestatis divinæ, vel humanæ ut in cap. Statutum, de hæreticis, in 6. & in cap. Felicis, de pœn. eodem lib. & in leg. Quisquis, §. Filii, Cod. Ad leg. Jul. majestatis, tunc isto casu benè potest civitas vel universitas criminaliter & capitaliter puniri, ipsam diruendo, & aratro subvertendo; sicut contigit in Carthagine, quæ

passa est aratrum; quia illa reputatur pœna mortis civilis. Singulares tamen personæ non debent puniri, quia non delinquerunt; ita probat textus capitalis & expressus in leg. Ususfructus civitati, ff. quib. mod. ususfructus amittatur. Cujus verba sunt: Si ususfructus civitati legetur, & aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago, ideòque quasi morte desinit habere usumfructum, & ibi notant & commendant Bart. & Alber. & licèt tunc non culpabiles careant civitate, non est inconveniens; cùm sit tale delictum, in quo unus potest puniri pro alio, in privatione bonorum, habitationis, & famæ. Si verò non sit tale delictum gravissimum & enorme, sed delictum simplex & commune, ut homicidium, violentia, vel quodlibet aliud simile delictum; tunc, quia pœna mortis, vel alia pœna corporalis, quæ ex tali delicto veniret imponenda, non potest cadere in civitatem, vel universitatem, quia non est persona vera propria & animata: tunc illa pœna mortis, vel corporalis alterabitur, & commutabitur in aliam arbitrariam; quia in jure nostro ex causa benè potest judex pœnam alterare, & in aliam commutare, ut in leg. Quid ergo, §. Pœna gravior, ff. de His qui not. infam. & in leg. His, accusare, §. Omnibus, ff. de Accusat. & ad hoc reputat mirabilem ibi Bart. & communiter cæteri DD. notat etiam Ang. de Malef. in part. quas si non solverit infrà decem dies, amputetur sibi manus dextera, & isto casu non diruetur, nec subvertetur aratro, ne puniantur innocentes; cùm delictum non sit tale, propter quòd altera inferatur pœna: & in expresso ita tenet & declarat Bart. in dict. leg. Aut facta, §. fin. ff. de Pœnis, in locis per me suprà allegatis.

54 Juxta quod tamen se offert pulchrum & necessarium dubium si in prædictis casibus, modò delictum sit gravissimum & enorme, modò simplex & commune; si ultrà hoc quòd ipsa civitas vel universitas puniatur modis prædictis, debeantur etiam puniri ipsæ singulares & particulares personæ, quæ verè & realiter illud delictum commiserunt? Et videtur quòd non; quia pro eodem delicto non debet quis duplici pœna puniri ut in leg. Senatus, cum materia, ff. de Accus. Sed teneo contrarium imò, quòd ipsa civitas & universitas puniatur tanquam mandans, & singulares & particulares personæ tanquam mandatariæ, nec unius pœna relevat alios: argum. text. in leg. Non. ideò minus, Cod. de Accus. & in leg. Non solum, §. Si mandato, ff. de Injur. & in leg. 1. §. Incidit, ff. ad Turp. & in leg. Hæc verba, ff. de Adult. & in expressò isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in leg. Sicut, §. pen. ff. Quod cujus univers. nomin. Cyn.

Cyn. in leg. *Si quis in tantam*, Cod. unde vi, pen. col. & ibi Jac. 3. col. Joan. Mona. in cap. *Felicis*, de Pæn. in 6. 3. col. & ibi Joan. Andr. fin. col. Cardin. notabiliter in cap. *Dilectus*, el 2. de *Simoniam*, fin. col. & ibi Abbas fin. col. & quæst. Joan. de Anan. antepen. col. 4. quæst. Bart. qui non allegatur in leg. *Aut facta*, §. fin. ff. de Pæn. fin. col. num. 12. Ex quo inferitur, quod eadem ratione & à fortiori debent puniri ipsi rectores & gubernatores, qui consilium & mandatum dederunt: & ita est de mente omnium in locis ubi supra; & ita nostris temporibus fuit visum & practicum, quando aliquæ civitates hujus regni fuerunt rebelles contra Principem & Imperatorem nostrum: nam licet communi consilio deliquerunt, tamen etiam fuerunt puniæ personæ particulares, & singulares: quæ verè & realiter commiserunt delictum, & similiter ipsi rectores & gubernatores culpabiles.

55 Item quæro, an minor possit delinquere, & puniri? Pro cujus perfecta intelligentia & declaratione ante resolutionem hujus articuli generaliter quæro, an & quando minor possit facere omnes alios actus, & in qua ætate sit capax eorum? Et breviter, & resolutivè dico, quòd in primis minor 25. annorum, major tamen 14. & mulier major 12. potest testari, & codicillari: textus est in leg. *Qua ætate*, ff. de Testam. & dixi suo loco in propria materia. Item etiam minor in prædicta ætate potest contrahere; tamen, si sit læsus, potest restitui: ut etiam dixi in propria materia contractuum. Item minor non potest esse in judicio ante 25. annor. sine auctoritate curatoris: text. est cum materia in leg. *Clarum*. Cod. de Auctor. præstand. Item minor 25. annor. major tamen 14. masculus, & foemina major 12. potest contrahere matrimonium: textus est in leg. *Minorem*, ff. de Rit. nupt. text. in cap. 1. & cap. *Continebatur*, & capit. de Illis, & quasi per tot. de Despons. in puber. Item talis minor 25. annor. major tamen 14. potest esse judex: text. in l. *Quidam consulebant*, ff. Re jud. Quod intellige quando est per electionem: secùs si per successionem, ut filius Regis, vel alterius domini; quia jurisdictio debet exerceri per curatorem; textus est in capit. *Grandi*, de suppl. neg. præl. Item minor 25. annor. major tamen 17. potest esse advocatus: text. est in leg. 1. §. *Pueritiam*, ff. de Postuland. & ibi communiter Scribentes. Item minor. 25. annor. major tamen 17. potest esse Dكتور. argumento text. in dist. leg. 1. §. *Pueritiam*, ff. de Postul. & ibi tenet Bart. Item minor 25. annor. major tamen 14. potest esse tabellio, vel notarius: ita probat textus in leg. *Impuberem*, ff. ad leg. Corn. de fals. & ibi tenet expressè Bart. & alii DD. Decurio tamen non potest esse minor 25. an-

nor. text. est in leg. *Spurii*, §. 1. ff. de Decurion. & ibi tenet Bart. Neque obstat, quòd talis minor potest esse judex, si habeat decimum Octavum annum, ut supra dictum est: Quia decurio ultra vocem quam præbet in consilio, habet curam & administrationem bonorum civitatis; quæ non competit minoribus etiam in suis propriis bonis, ut in leg. 1. & per tot. ff. de Minor. Item minor 25. annorum major tamen 20. potest esse arbiter; text. est in leg. *Cum lege*, ff. de Arbitr. Nec obstat, quòd arbitria sunt redacta ad instar judiciorum, & tamen potest esse judex post decem & octo annos, ut supra dictum est: Quia judex eligitur à Rege, vel Principe, arbiter verò à privatis personis. Item, à sententia judicis habet locum appellatio, à sententia verò arbitri non: ita Glos. ordinaria in cap. *Cum verissimum*, de offic. deleg. Alex. & Moder. in leg. *Quidam consulebat*, de re judic. Advertendum tamen, quòd licet quis non possit esse judex nisi post decem & octo annos; tamen illud est verum & procedit, quando est judex per electionem: secùs tamen est si sit judex per successionem; quia tunc bene habet & acquirit totam & universalem jurisdictionem, ut successor in regno, ducatu, comitatu, vel alio titulo & dignitate; & tunc executio sententiæ & justitiæ fit ejus nomine.

56 Ex quibus se offert alta & subtilis difficultas, an Rex, vel Princeps, Dux, Comex, vel Marchio, vel alius dominus temporalis teneatur de jure & conscientia præcissè & invitus recipere tutorem, vel curatorem? Et indubitanter teneo, quòd si sit minor pubertate, & sic minor quatuordecim annor. & necessariò tenetur recipere tutorem; quia in illa ætatæ nullum actum per se gerere possit; ergo à fortiori nec jurisdictionem exercere, ut in leg. 1. & per tot. ff. de Tutelis, & in l. 3. & per tot. ff. de Legit. tutel. Confirmatur etiam ratione: quia in tali minore est defectus naturalis, qui non potest suppleri, nisi per legitimum tutorem: text. in §. fin. Inst. de Atiliano tutore, text. in §. 1. & per tot. Inst. quib. mod. tutel. finitur: text. in l. *Nec non* ff. de Tutel. & ratio. distra. text. melior de jure in l. *Cum Prætor*, ff. de jud. & utrobique commun. DD.

Majus tamen & principale dubium est, an adultus major 14. annor. qui est successor universalis jurisdictionis in regno, ducatu, comitatu, vel alio titulo temporali, teneatur recipere curatorem? Et videtur quòd non; sed possit solus sine eo regere & gubernare: argumento text. in l. *Qui habet* §. 1. ff. de Tutel. & §. *Inviti*, Instit. de Curat. ubi habetur, quòd adolescentes post pubertatem quatuordecim annorum non tenentur inviti recipere curatores; & ibi tenet communis opinio DD. ergo si hoc est in privata per-

sona, à fortiori erit in Principe, vel alio domino temporali. Confirmatur etiam, quia quando quis est capax alicujus juris officii, vel dignitatis, in consequentiam efficitur habilis & idoneus ad omnia sibi connexa & accessoria, & per consequens potest illud exercere & administrare, tam in judicio, quàm extra; argumento textus in cap. *Cùm devotissimum* 12. quæst. 2. & in cap. *Dilecti de arbitris*, ubi habetur, quòd fœmina, quæ aliàs non potest esse judex, ut in l. *Fœminæ*, de reg. jur. potest esse judex, & jurisdictionem exercere ratione dignitatis & successio- nis. Rursus etiam confirmatur, quia talis Rex, Princeps, vel dominus temporalis propter multos peritissimos litteratos & sapientes viros sibi assistentes præsumitur non errare. Postremò etiam confirmatur, quia Salomon licèt erat juvenis, fuit creatus & electus à Deo & Domino nostro in regem, ut habetur *Paralipomenon cap. 12.* & *Ecclesiastici 14.*

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò, quòd Rex, Princeps, vel alius dominus temporalis minor 25. annor. successor in majoratu vel dignitate, teneatur recipere curatorem; licèt alia privata persona, quæ sit minor, non teneatur recipere: primò, quia in illa ætate censetur esse defectus naturalis, qui non potest suppleri. Secundò & principaliter, quia decurio deputatus ad regendam & gubernandam rempublicam, debet esse major viginti quinque ann. ut in leg. *Spuriis*, §. 1. ff. de *Decurionib.* ergo à fortiori Rex, Princeps, vel alius dominus, qui est positus ad gubernationem totius regni, teneatur illum recipere; argumento text. in leg. *Ad rempublicam*, ff. de *Muner. & honor.* Tertio, quia minor viginti quinque annor. non habet legitimam personam standi in judicio, ut in leg. *Clarum*, Cod. de *Auct. præf.* ergo à fortiori non potest præsidere in judicio ad alium judicandum. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Oldrad. in *Cons. 52.* Joan. Andr. in *Add. Spec. in rub. de Tutore*, Bartol. in leg. *Quidam consulebant*, ff. de *Re jud. fin. column.* Alber. in *Rub. Cod. Quando tutor, vel curat. esse desier.* Joan. Anton. in *Rub. delict. Puerorum*, Alexand. & Jason. in leg. *fin. Cod. de Test. mil.* Anan. in *Rubric. de Delictis puerorum*, Anton. Curt. in *tract. de Potestate regia*, 3. part. 18. q. fol. 94. vol. 2. Domin. & Anchar. in cap. *Grandi*, de *supplend. negl. prælat. lib. 6.* Nec obstat, quòd judex possit exercere jurisdictionem in ætate 18. annor. ut in *allegata leg. Quidam consulebant*, ff. de *Re jud.* Quia non est universalis gubernatio, nec facultas administrandi & alienandi bona.

Sed juxta hoc est novus & singularis articulus: Per quem debet dari talis curator? Et vi-

Tom. III.

detur quòd debeat dari per consilium regale, quod toti regno & gubernationi præest; argum. text. in leg. *Hæreditas*, la 1. ff. de *Acquirend. rer. domin.* text. in leg. *Heres*, & in leg. *Hæreditas*, ff. de *Usucap. cum simil.* Secundò & principaliter potest dici, quòd populi, & eorum procuratores congregati, qui repræsentant totum regnum, possint dare curatorem: quia antequam regna essent condita, populi habebant jurisdictionem, & postea transtulerunt in reges: unde cum hoc casu deficiat res propter minorem ætatem, populi provideant de curatore. Vel aliter & tertio dicamus, quòd hoc casu summus Pontifex provideat Principi minori de curatore, cùm repræsentet in terris Deum & Dominum nostrum, qui est Dominus universalis in mundo: & in terminis ita tenet Joan. Imol. in cap. *Grandi*, de *supplen. negl. prælat.* quem ego sequor per fundamenta & rationes ejus.

57 Quibus sic visis & examinatis, redeundo ad propositam quæstionem, an minor possit delinquere, & puniri? Magistraliter & resolutivè dico, quòd minor qui est infans usque ad septem annos, non potest delinquere, nec punitur ex delicto, quia non habet animum, intellectum, nec judicium rationis, ut possit ei dolus vel culpa imputari: text. est capitalis; & expressus in leg. *Infans*, ff. ad leg. *Corn. de Sicar.* cujus verba sunt: *Infans, vel furiosus, si hominem occiderit, leg. Corn. non tenetur; cùm alterum innocentia consilii tuetur; alterum facti infelicitas excusat*, & ibi notat Glos. ordinaria; text. in leg. *Impuberem*, ff. de *Furtis*, text. in leg. 5. vers. *Sed & si infans*, ff. ad *Leg. Aquil.* text. in leg. 1. vers. *Si impuber.* Cod. de *Falsa monet.* ubi ponitur ratio, scilicèt quia talis ætas quod videt ignorat: text. in leg. *Si quis in suo*, §. *fin.* Cod. de *Inoffic. testam.* text. in cap. *Illud relatum*, 15. quæst. 1. text. in cap. 1. & 2. de *Delictis puerorum*, text. in *Clem. 1. de Homicidio*, & utrobique DD. Et idem est si talis minor sit proximus infantie; ita probat text. in §. *Sed quod*, 10. *Inst. de inut. stipul.* cujus verba sunt: *Nam infans, & qui infantie proximus est, non multum à furioso distat, quia hujusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum.* Et dicitur proximus infantie à septem annis, usque ad decem & dimidium: nam si infantia durat usque ad septem annos, ut in leg. *Si infanti*, Cod. de *Jure delib.* & ibi notat Bart. & communis opinio, & tenet Glos. ordina. quæ enumerat ætates in *proæmio sexti*, in verb. *perfecta*, & in l. 1. §. *Pueritiam*, ff. de *Postulando*, & pubertas dicitur in 14. ann. ergo illud medium tempus dividitur, & sic usque ad decem annos & dimidium dicitur proximus infantie, & post decem annos & dimidium usque ad quatuordecim dicitur proximus pubertati; & hoc in masculino: fœmina verò dicitur proxima in-

E

fan-

fantia usque ad novem annos & dimidium; postea verò usque ad duodecim dicitur proxima pubertati; & in expressò ita tenet Gloss. ordinaria in leg. *Pupillum*, ff. de Reg. jur. Gloss. in leg. 1. ff. de Novat. Glos. in §. In summa, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Gloss. in §. *Pupillus*. Instit. de inut. stipul. & istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in leg. 1. ff. de Novat. 2. column. numer. 6. & ibi Paul. de Castr. & Joan. de Imol. Bald. tamen in leg. *Excipiuntur*, ff. ad Syllan. post Guiller. tenet, quòd in delictis ille dicitur proximus pubertati, qui parùm distat à pubertate; & dicitur parùm distare per medium annum, argumento textus in leg. 3. §. *penult.* ff. de Lib. exhib. qui text. parùm probat; sed meliùs facit text. in leg. *Non tantùm*, ff. de Excusation. tutor. & illud dictum Bald. sequitur, & reputat singulare Jas. in *Authent. Sacramentum puerum*, Cod. Si adver. vendit. 4. col. & ante eos tenet Glos. Innoc. Hostiens. & alii DD. in cap. *Continebatur*, de despons. Impub. Salyc. tamen in leg. *Impunitas*, Cod. de Pen. col. 1. fuit in tertia opinione, scilicet quòd relinquatur iudicis arbitrio, tanquam à jure non decisum; argumento text. in leg. 1. §. 1. ff. de Jure delib. randi. Sed superior prima opinio est vera, communis, & tenenda in judicando, & consulendo; quæ fuit benè confirmata de jure. Pro qua est hodie in nostro regno text. in leg. 9. tit. 1. part. 7. & leg. 15. tit. 1. part. 1. melior & expressior in leg. 6. tit. 5. part. 6. & in leg. 4. tit. fin. 6. part. & in leg. 8. tit. 31. part. 7. & leg. 3. tit. 8. part. 7. Et in tantùm est verùm, quòd talis minor infans, vel proximus infantia non tenetur ex delicto; ut procedat etiamsi sit doli capax: Gloss. in leg. *Impuberem*, ff. de Furtis. Similis tamen Glos. in leg. *Impunitas*, Cod. de Pœnis, & in leg. *Qui jurasse*, ff. de Jur. ubi dicit, quòd infans juris fictione nihil deliquisse præsumitur, contra quem non admittitur probatio in contrarium: & istam sententiam & conclusionem tenet August. in *Addit. ad Malefic.* in part. *Scienter dolosè*, fol. 48. versic. *Quid de Infante*, ubi dicit, quòd ex hoc in contingentia facti eripuit quandam puerum Ferrariae, qui occiderat alium: & apertè probant leges 2. partit. *suprà allegatæ*. Et licet reperiamus in sacra Scriptura, infantem quinque annorum propter ejus assiduam blasphemiam fuisse raptum de manibus patris, ut dicit B. Gregorius in 4. lib. *Dialog.* 19. cap. & refert Host. in cap. 1. de *Delict. puerorum*, & Lucas de Pena in leg. *Omnes*, Cod. de Delat. lib. 10. column. 3. tamen illud miraculosè & judicio Dei fuit factum & contingit; & ea quæ nutu Dei aguntur, non sunt sub aliqua lege, ut in cap. *Due* 19. *quest.* 2.

58 Minor verò qui jam est pubes, vel pro-

ximus pubertati, bene potest delinquere, & tenetur ex delicto: text. est in leg. *Pupillum*. ff. de Reg. jur. cujus verba sunt: *Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse furandi, & injuriæ faciendæ*, text. melior de jure in §. *In summa*. Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. & idem disponit lex 9. tit. 1. part. 7. & leg. 15. tit. 10. part. 1. & leg. 6. tit. 5. part. 6. Cujus ratio est: quia eo ipso quòd talis minor est pubes, vel proximus pubertati, præsumitur doli capax, & habere sensum & intellectum ad delinquendum: ita probant prædicta jura, præcipuè text. in dict. §. *In summa*, ibi: *Si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere*, & ibi notant Ang. de Aret. & alii DD. Confirmatur etiam, quia delictum est prohibitum de jure divino, & naturali, in quo non est tolerabilis ignorantia, quia ex ipso instinctu naturæ cuilibet constat non lædere alterum, & quod sibi non vult fieri, alteri non faciat: ita probat text. in leg. 1. ff. de Fur. text. in leg. *Venia*, Cod. de In jus vocand. & ibi Paul. de Castr. & alii DD. text. in leg. *Si adulterium cum incestu*, §. *Stuprum*, ff. de Adult. text. in leg. *Probum*, ff. de Verbor. signif. text. in leg. *Si quis id quod*, ff. de Jurisd. omn. judic. & habetur Exod. 20. cap. unde, cùm talis minor in illa ætate reputetur capax juris naturalis, meritò tenetur & punitur ex delicto, & non potest excusari. Ex qua ratione infertur, quòd talis minor non potest restitui adversus delictum commissum, & pœnam ejus: text. est in leg. *Si ex causa*, §. *Non videndum*, ff. de Minor. textus in leg. *Auxilium*, §. *In delictis eod.* tit. text. in leg. 1. Cod. *Si adversus delictum*, cujus verba sunt: *In criminibus quidem ætatis suffragio minores non juvantur, etenim malorum mores infirmitas animi non excusat.*

59 Item adde, quòd superior conclusio & doctrina, quæ habet, quòd minor pubes, vel proximus pubertati tenetur ex delicto; debet intelligi, quando delictum consistit in faciendo: secus tamen est si consistat in omittendo, vel negligendo; quia tunc non punitur; textus est in leg. 2. Cod. *Si adversus delictum*, ubi licet mater quæ non petit tutorem filiis suis, privetur ab eorum successione; tamen, si est minor viginti quinque annorum, non privatur: & ad hoc notat ibi Azo. in *Summâ*, & communiter DD. text. in leg. *Minoribus*, Cod. de His quibus indig. ubi habetur quòd hæres minor 25. annor. qui non vindicavit necem defuncti, non privatur hæreditate: & ad hoc notat ibi Paulus de Castro: text. in leg. 1. §. *Impubes*, ff. de SC. Syllan. & ibi Bart. & DD. antiqui: text. in leg. 3. §. 2. eodem tit. text. in leg. *Excipiuntur*, eod. tit. text. in *Authent. Si captivi*, C. de Episc. & Cler. text. in leg. 1. versic. *Impuberes*, Cod. de Falsa moneta, &

&

& ibi Cyn. Salyc. tenent etiam Anania, & Canonistæ in cap. 1. de Delictis pueror. * Ex quo noviter & singulariter infero, quòd si minor sit condemnatus in exilio; si non implevit, possit restitui; cùm illud delictum consistat in omitendo: & ita dixi & allegavi in quæstione de facto pro quodam paupere minore. Licet in terminis nunquam inveni autorem de hoc. *

60 Similiter minor impubes, etiam proximus pubertati, non tenetur, ex delicto carnis, scilicet adulterio, stupro, & simili; quia excusatur ex defectu & impotentia naturali, cùm censeatur incapax illius delicti propter ætatem: textus est singularis in leg. Si minor. ff. de Adulteriis, & ibi Glossa ordinaria, Jacob. de Raph. Alber. & Angel. textus in cap. 1. de Delictis puerorum, & idem disponit lex 9. tit. 1. part. 7. & lex 5. tit. 1. part. 1. Ex quibus infertur, quòd si ante pubertatem quis esset viripotens, teneatur: & in expressò ita tenent DD. in dict. leg. Si minor. ff. de Adult. & facit text. in cap. A nobis, & in cap. de Illis, el 2. & cap. fin. de Spons. impub. ubi habetur, quòd licet inter impuberes non consistat matrimonium; tamen si malitia suppleat ætatem quoad copulam, bene valet & tenet matrimonium. Confirmatur, quia in hoc delicto carnis aliquando malitia supplet ætatem; & ita refert Gregorius in dialogo, quòd quidam puer novem annorum nutricem suam gravidavit; refert etiam Glossa cap. 1. quæst. 20. Sed advertendum, quòd in hoc subtili & necessario articulo ego teneo contrarium, imò, quòd indistinctè in delicto carnis nullo modo teneatur impubes, licet sit viripotens, & malitia suppleat ætatem, per jura suprascripta, quæ genericè & indistinctè loquuntur quòd talis minor non teneatur: Item etiam ex eo quòd dixi in infante, scilicet quòd licet malitia suppleat ætatem, non tenetur ex delicto. Nec obstat ratio prædictorum DD. quia licet in matrimonio consideretur viri potentia de jure canonico, & similiter in accessu cum virgine, ut teneatur eam ducere in uxorem, vel dotare, ut, in cap. 1. de Adulterio, quia talis mulier remaneret decepta, & absque omni remedio; tamen quoad delinquendum, & puniendum delictum carnis, debet attendi dispositio juris civilis; quia remedium illius mulieris corruptæ non consistit in punitione delinquentis. Ex quibus aliàs defendebam quemdam minorem undecim annorum, qui habuit accessum contra naturam ad carnem, & emisit semen, & probatum fuit delictum; & ostendi judici prædicta jura, & tandem obtinui, licet cùm difficultate liberatus fuit. Ex quibus etiam infero, quòd si aliquis major & pubes stupravit & cognovit per viam aliquam virginem immaturam minorem & impuberem, tenetur poena ordinaria delicti, modò ipsa puella

Tom. III.

sit viripotens, & possit corrumpi, modò non: si verò ipse sit minor & impubes, non tenetur, licet sit viripotens, & malitia suppleat ætatem, & in terminis ita tenet Salycet. in dict. leg. Impunitus. Cod. de Pæn.

61 Similiter & tertio minor impubes, etiam proximus pubertati, non tenetur ex delicto, quòd tantum est punibile per statum, vel consuetudinem, & non de jure communi, vel lege regia, quæ quoad nos est jus commune: ita probat textus singularis in jure in cap. 2. de Delictis puerorum, quem ibi notant & summè commendant omnes DD. & reputat singularem Roman. in singularibus suis, singulari finali. Ex quo infertur, quòd si in aliquo loco sit posita poena extrahentibus frumentum, vinum, vel aliam quamlibet rem; vel genericè sit posita poena venientibus contra aliquam ordinationem novam inductam à civitate, villa, vel oppido, non tenebitur minor impubes qui contraverit, licet sit doli capax: Crederem tamen, quòd isto casu, licet pubes, & sic adultus mero jure teneatur, tamen posset restitui, cùm delictum non sit punibile de jure naturali, vel communi. * Confirmatur, quia in statuto vel mandato civitatis, vel alterius domini, potest cadere probabilis ignorantia. Ex quo defendebam quosdam pauperes Pansi minores in hac civitate, qui portaverunt arma prohibita per statutum & proclamationem hujus civitatis, & novam ordinationem ejus: & obtinui. *

62 Item adde principaliter, quòd licet minor viginti quinque annorum postquam est pubes, vel proximus pubertati teneatur ex quocumque delicto, quòd consistit in faciendo, ut dictum est; tamen non debet puniri poena ordinaria, sed mitius, propter ætatem: textus est notabilis & expressus in leg. Auxilium. §. In delictis. ff. de Minor. ibi: Nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem perduxerit, & ibi communiter DD. & idem disponit lex 4. tit. fin. 6. part. & lex 6. tit. 1. part. 7.

63 Pulchrum tamen & necessarium dubium est, an hoc casu judex teneatur de necessitate minorare pœnam, an verò sit in ejus arbitrio? Et videtur quòd non teneatur præcissè minorare pœnam, sed hoc resideat in ejus libero & absoluto arbitrio; & si non faciat, non dicitur gravare partem, nec poterit ex hoc appellari, nec tenebitur in syndacatu: ita videtur expressè probare textus in leg. Auxilium. §. In delictis, & ibi significant ejus verba, & expressè tenet ibi Alb. tenet etiam Bald. in l. Quicumque. Cod. de Servis fugit. §. column. & ibi Salycet. 2. column. num. 7. firmat etiam Bald. notabiliter loquitur in leg. Quid ergo. §. Pœna gravior. ff. de His qui notant. infam. 2. lectura. 7. col. num. 12. Anania

E 2

in

in cap. Sicut de Judeis, pen. col. Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quòd iudex teneatur minorare pœnam; aliàs dicitur gravare partem, & ab eo justè potest appellari, vel teneretur in syndicato: quia minor ætas est justa causa, per quam ipso jure minuitur delictum, & ejus pœna. Confirmatur etiam, quia in his quæ iudicis arbitrio committuntur, si iudex iniquè arbitretur, & inferat gravamen, potest ab eo appellari nisi commissum sit libero & absoluto arbitrio, ut est Glossa singularis, juncto textu *in leg. Si qua pœna. ff. de Verbor. significat.* & ibi tenent Bartol. & communiter DD. & tenet Innocent. *in cap. final. de Feriis*, & in expressò ita tenet Paul. de Castro *in dict. l. Quid ergo. §. Pœna gravior. ff. de His qui notant. infam. 1. col.* & voluit etiam ibi Bartol. *penult. column.* saltem quando apertè, & sic à minore est petitum: tenet etiam Alexand. qui benè loquitur *in leg. Et si verior. Cod. Ex quibus caus. infam. irrogat. final. col. & quest.* & idem apertè probat *lex 4. tit. fin. 6. part.*

Sed hodiè in nostro regnò in hoc subtili & necessario articulo ista videtur singularis & vera concordia: quòd si minor est decem & septem annorum, iudex teneatur de necessitate & præcisè minorare pœnam; si verò est major decem & septem annorum, sit in arbitrio iudicis, attendente qualitate delicti, personæ, & aliorum, minuere, vel non; & si non fecerit, non dicitur partem gravare, nec propter hoc tenebitur in syndicato: ita probat nova, singularis & unica *lex Partit. leg. 8. tit. 31. part. 7.* Et illa decisio confirmatur aliquibus mediis & fundamentis: Primò per textum *in leg. 1. §. Pueritiam. ff. de Postulando*, ubi habetur, quòd propriè pueritia dicitur ante decimum septimum annum; postea verò propriè dicitur pubertas, magis capax & plena, & ideò in illa ætate potest esse advocatus, ut dicit ibi textus & potest esse Doctor, secundùm Bart. *ibi*, & tenet Faber. *in §. final. Instit. quibus ex caus. manumit. non licet*, & ibi dicit quòd ista quæstio contigit in filio Accursii glossatoris nostri. Secundò confirmatur per textum *in Authentic. Si captivi. Cod. de Episcop. & Cleric.* ubi minor decem & octo annorum excusatur à pœna pro delicto, vel culpa, de qua *ibi*. Tertiò confirmatur per textum *in leg. Arrogato*, versic. *Non tantum. ff. de Adoption.* ubi expressè dicit text. quòd plena pubertas dicitur in decimo octavo anno: ex quo infert ibi textus quòd in minori ætate non potest quis filium arrogare. Quartò confirmatur per textum elegantem *in leg. Mela*, versic. *1. ff. de Aliment. vel cibari. legat.* ubi disponitur, quòd si alicui relinquuntur alimenta usque ad pubertatem, intelligitur usque ad plenam & propriam puberta-

tem decem & octo annorum: & ad hoc notant & commendant ibi omnes DD. antiqui. Quintò confirmatur per textum *in §. fin. versic. fin. Instit. Quibus ex causis manumittere non licet*, ubi habetur, quòd dominus non dicitur perfectè pubes, ut possit manumittere servum, nisi post decimum & septimum annum. Sextò & finaliter confirmatur per textum *in leg. Pupillaris actio. ff. de Pupill. action.* ubi habetur, quòd ille potest agere pupillari actione, qui est integra persona, & ei permissum est postulare: Sed postulare potest in decimo septimo anno, & non ante: ergo illa dicitur ætas perfectè, & plena pubertas. Sed certè licèt ista sit vera & tenenda concordia, tamen ego potiùs inclinarem in minorem partem, pœnam minorando etiam post decimum septimum annum ante vigesimum quintum; & ita consulo quòd facias: Quòd benè nota, quia nunquam istum casum & articulum sic alibi vidisti declaratum.

* Advertendum tamen, quòd circa hoc se offert pulchrum & necessarium dubium: Si delinquens asserat se minorem; adversarius verò dicat & asserat eum majorem; quis teneatur probare? Et certè videtur quòd accusator, vel iudex qui procedit ex officio contra minorem, debeat probare: Primò, quia omnis ille qui præterdit alium sibi obligatum ex contractu, ultima voluntate, debito, vel quolibet alio actu, tenetur semper probare illud quod est causa suæ intentionis, ut *in leg. Actor. quod asseverat, de Probat. in cap. 1. de Accusat. cum similib.* Secundò magis in specie: quia quando quis se fundat in aliqua qualitate, etiam negativa, pro fundamento suæ intentionis, necessario tenetur illam probare: ita probat textus *in leg. Magis puto. §. Non possis. ff. de Rebus eo.* textus *in leg. 1. ff. de Excep. textus in leg. 4. ff. de Fideicommiss. liber. leg. Si quis consortium. Cod. de Fabricens.* & utrobique concedo, & tradit magistraliter Bart. *in leg. In illa stipulat. si calendis. ff. de Verbor. obligat. 2. column. num. 5.* & ibi communiter modern. Innocent. Abbas, & communiter Canonistæ *in cap. Sup. his, de Accusat.* Tertiò principaliter facit: quia quando actus vel delictum potest fieri tempore licito vel illicito, ille qui agit vel accusat tenetur probare esse tantum tempore illicito & punibili: ita probat textus *in lege 1. §. fin. cum leg. Se, ff. de Incen. ruin. naustr. leg. Eum actum. ff. de Neg. gest. leg. Fulcinus. §. Cum hoc. ff. Quibus, ex caus. in poss. ea. leg. 1. §. Sed prætor. ff. Ne quid in loco publico.* & tenet notat Bart. ubi plura bona infert *in l. Non solum. §. Sed ut probari. ff. Nov. oper. nunt. 1. column. & quest.* & ibi communiter DD. Quartò & quidem subtiliter facit: quia naturaliter quis incipit à minori & infantili ætate, & gradatim per
tem-

temporis lapsum & decursum ascendit & pervenit ad majorem ætatem; ergo major, imò necessaria præsumptio est, quòd quis sit in minori ætate, nisi actor vel accusator probet contrarium: arg. textus qui est singularis & unicus in *l. Qui habet. ff. de Tutelis*, ubi probatur, quòd quando in aliquo actu concurrat casus naturalis, & accidentalis, semper prævalet naturalis: & ad hoc notant communiter DD. & reputat unicum Alb. probat etiam textus in *leg. fin. Cod. de His qui ven. ætat. impe. text. in leg. In fundo. ff. ad leg. Fal. text. in leg. Generaliter. ff. de Fidejuss. text. leg. Sed & si servum. §. Si quis iudex. ff. de Arbit.* Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò, quòd indistinctè minor, qui allegat nullitatem processus, vel allegat se læsum, & vult gaudere beneficio restitutionis, debet probare se minorem & læsum; quia illa est principalis causa suæ intentionis: & in expressò istam sententiam & conclusionem probat textus in *leg. Ait prætor. §. Non solum el 2. de Minor. cujus verba sunt: Mihi autem semper succurrendum esse videtur, si minor sit, & se circumventum doceat: & ibi notant & commendant Odofred. Bart. Alber. Bald. & communiter DD. textus in *l. Verum. §. Sciendum, cum se eod. tit. text. in l. Nam posteaquam. §. Si minor. ff. de Furej. & ibi Bart. Paul. Alex. Jas. & communiter DD. text. in lege 1. & 2. ff. de Integr. restit. text. in leg. 2. §. Sequitur. ff. de Doli except. text. in leg. Minoribus, la 1. Cod. de In integr. restit. textus in cap. Constitutus, extra eodem titul. & ibi communiter DD. & idem probat *l. 12. & 6. tit. fin. 6. part.* Nec obstant fundamenta superiora: Quia debent intelligi, quando quis est actor, & fundat in eis intentionem suam: sed in nostro casu etiam minor fundat ***

64 Item adde, quòd quando minor accusatur de aliquo delicto, debet sibi per judicem dari curator, qui assistat liti & causæ, & præstet autoritatem in ea; aliàs processus & iudicium redderetur nullum: & sic semper debent iudices esse cauti, ut postquam ex indiciis & summaria informatione minor delinquens captus est, faciat sibi dari curatorem: textus est formalis & expressus in *leg. Clarum. Cod. de Auctor præstand. & ibi notant Glos. ordinaria, Odofred. Cyn. Alber. Bald. Salycet. & communiter DD. & per illum text. ita tenet & declarat Angel. de Malefic. in part. Comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum, versic. Nec non sit benè cautus, & idem probat & disponit *lex 11. titul. 2. part. 3.* Quod notabiliter extende, ut procedat & habeat locum etiam si talis minor habeat patrem, qui sit legitimus administrator à lege, quia etiam tunc oportet sibi dari curatorem in lite & causa criminali; & poterit ad-*

esse & provideri per judicem ipse pater, vel quilibet alius: quia licet pater sit legitimus administrator ipso jure per legem, debet intelligi super rebus & bonis adventitiis in quibus pater habet usumfructum, & litibus eorum, ut in *leg. 1. Cum materia. Cod. de Bonis maternis.* Secùs tamen est in litibus & causis criminalibus, in quibus non datur nec consideratur talis ususfructus, nec præjudicium aliquod patris: & in terminis ita tenet & declarat Bartol. in *leg. fin. §. Pupillus. ff. de Verbor. obligat. & ibi Joan. de Imol. & alii DD. Bald. in leg. Cum oportet. §. Sed cum tacitas, in fin. Cod. de Bon. quæ liber.*

65 Circa prædicta tamen utiliter & necessariò quæro, an talis accusatus, vel inquisitus de aliquo delicto teneatur jurare & respondere super facto, & veritate delicti, sicut si esset major? Et breviter & resolutivè dico, quòd sic; quia cum sit capax delicti & accusationis, similiter erit capax juramenti & eorum quæ agitantur in causa criminali, & dependent ab ea; ita probat text. in *dist. leg. Clarum. Cod. de Authent. præstand. dum textus dicit: Et responsa facere minores, &c. & in terminis ita tenet Glossa ordinaria in leg. 2. §. Quod observari. Cod. de Furam. calumn. in verb. Scire possunt, in med. & ibi Bartol. 2. column. Cyn. 2. col. num. 9. Paulus de Castr. 3. col. num. 7. & communiter DD. tenet etiam Glossa in cap. 1. de Furament. calumn. Bartol. in leg. Marcellus. §. 1. ff. Rerum amotarum, Idem Bartol. in leg. Inter omnes. §. Rectè. ff. de Furtis, Angel. de Aret. in tract. Malef. in part. Et comparuerunt dicti inquisiti, & negaverunt totum. Hipp. de Marsiliis, qui dicit hanc esse communem opinionem in *leg. penultim. ff. de Quæst. num. 72. idem Hippol. in practica causarum criminalium. §. Postquam, num. 4. Roderic. Suar. in leg. 4. tit. de las Juras. 7. column. vers. Unum nota, lib. 2. fol. 100. pro qua sententia & conclusione est *lex 4. tit. fin. 6. partit.* Ex quo deducitur & infertur, quòd licet contra alium talis minor 25. annorum non possit esse legitimus testis, si non habeat vigesimum annum completum, ut in *leg. In testimonium. ff. de Testibus* tamen contra se benè potest confiteri, & valeat & tenet confessio sua. Nec obstat textus in *cap. Quis aliquando, versic. Non tibi dico, de pœnitentiis, distint. 1. ubi habetur, quòd non tenetur quis producere & declarare delictum quod fecit, sed tantùm Sacerdoti confiteri peccata sua: textus in cap. Clericos, de cohob. Cleric. & mulier. text. in cap. Qui exigat caus. 22. quest. 2. ubi disponitur, quòd non debet recipi juramentum ab eo qui verisimiliter est dejeraturus. Quia illa jura loquuntur, nulla subsistente causa, indicio, vel infamia: secùs tamen aliàs, ut in nostro casu subsistente indicio vel præsumptione; quia***

quia tunc tenetur dicere & deponere veritatem sub juramento *de calumnia & veritate dicenda*. Quo casu curator interponit auctoritatem suam super hoc articulo, an debeat interrogari & respondere, vel non? & similiter in ipso juramento præstando *de veritate dicenda*: non tamen debet illam interponere in ipsa depositione, & reali examinatione; in qua debet respondere confitendo, vel negando, quia hoc cadit tantum in scientiam & conscientiam ipsius minoris, non verò curatoris, nec alterius. Item etiam, quia præstando auctoritatem in ipso juramento, videtur implicitè præstitisse in responsione. Item etiam, quia talis dispositio debet fieri in secreto, ut cessent instructiones, & fraudes, & veritas simpliciter cognoscatur; & ita debet intelligi textus in *dist. leg. Clarum, Cod. de Auctorit. præstand.* & tenet & declarat ibi Salyc. meliùs quàm alibi: tenet etiam & declarat Bart. in *leg. Certum, §. In pupillo 1. ff. de Confess.* Idem Bart. in *leg. 2. §. Quod observari, Cod. de Juram. calumn. 3. column. num. 14.* & ibi communiter DD. Bald. in *leg. unic. Cod. de Confessis. 16. column. num. 63. & 64.* & ibi singulariter Salyc. 9. *column. in medio*, Anton. de Butr. in *cap. final. de Confessis. 2. column.* & ibi notabiliter Abb. 3. *column. num. 9.* Angel. de Malef. in part. *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum. vers. Nec non sis bene cautus.* Hyppolit. in *consil. 62. & consil. 130.* Confirmatur ista doctrina & conclusio per text. iuncta declaratione Bart. & communi, in *leg. Custodias. ff. de Publ. jud. & in leg. Si postulaverit. 5. quæst. ff. de Adulter.* ubi habetur, quod licet advocati intersint pro reo super articulo, an debeat torqueri vel non? non tamen possunt interesse ipsi quæstioni & examinationi; quia in ea reus interrogatur de facto suo proprio, & scientia, & non debet ab alio instrui: & idem disponit *lex 3. titul. 30. part. 7.* Confirmatur etiam & secundò, quia in depositione testis, licet partes possint adesse tempore quo adducetur in testem, & tempore interpositi juramenti, tamen depositio ejus debet fieri secretè, & in ea partes non possunt esse præsentès, ut in *leg. Si quando. Cod. de Testibus* & ibi Glossa ordinaria, Odofr. Cyn. Bald. Alberic. Paul. Salyc. & communiter DD. Alias autem, si in confessione minoris non adhibeatur dicta solemnitas, confessio ejus erit nulla. Ex quo singulariter infero quòd licet ex confessione facta per reum in iudicio super nullo processu, possit sequi condemnatio, ut probat textus in *leg. Si confessus. ff. de Custod. reor.* & ibi tenent Bartol. & communiter DD. tamen illud debet intelligi in confessione facta à majore: secùs verò à minore, non legitimata persona per auctoritatem curatoris; quia tunc talis confes-

sio est ipso jure nulla, & ex ea non potest sequi condemnatio.

66 Advertendum tamen, quòd circa suprà dicta se offert pulchrum & singulare dubium: Dato quòd talis confessio minoris, præcedente auctoritate curatoris, valeat in delictis, & ex ea possit sequi condemnatio, an possit contra eam se restituere? In quo articulo dico, quòd si probat errorem, vel rem aliter se habere, certum est quòd posset se restituere; quia indistinctè in quolibet negotio conceditur sibi restitutio, si probet se minorem, & læsum, ut in *leg. Ait prætor. §. Non solum, el 1. ff. de Minor. text. in leg. Verum. §. Sciendum, eodem tit. text. in leg. Minoribus, la 1. Cod. In integr. restit. textus in leg. Error. Cod. de Juris & fact. ignor. cum similibus.* Et hoc procedit etiam in majoribus, in causis criminalibus: quia in qualibet parte litis possunt ostendere & probare innocentiam suam, ut in *leg. 1. §. Si quis ultrò. ff. de Quæst. & in lege Unius. §. Cogniturum, eod. tit. & in leg. Si non defendantur. ff. de Pænis: facit text. in leg. Non fatetur. ff. de Confes. ubi habetur, quòd ille qui errat, non videtur confiteri: text. in *leg. Error. Cod. de Juris & fact. ignor. textus in leg. 2. Cod. Quorum appell. non rest.* ubi confessus potest appellare, & revocatur sententia, probato errore, vel ignorantia in causa appellationis: Quod extende, etiamsi talis confessio fuerit jurata; quia defensio personæ & status non potest renuntiari, quia est de jure naturali, argumento textus in *leg. Non tantum. ff. de Appell. text. in leg. Nec si voles. Cod. de Liber. caus. text. in leg. Liberos & in leg. Interrogatum, eod. tit. text. in leg. Si is cujus. §. Liberi. ff. de Interrog. act. & argumento etiam Glos. singularis in *leg. Pactum inter hæredem, in glos. fin. in fin. ff. de Pactis.* & ibi communis opinio ubi habetur, quòd in causis criminalibus reus non potest renuntiare defensionibus suis: quæ Glossa, & communis opinio debet intelligi & extendi, etiamsi talis renuntiatio sit jurata: ita expressè & notabiliter tenet Bald. in *leg. unic. Cod. de Confess. 15. col. n. 60.* Hyppolitus de Marsil. in *leg. 1. §. Si quis ultrò. ff. de Quæstione, antepenult. col. num. 63.***

Sed dubium nostrum extat: si talis minor confessus est delictum, ex quo veniat puniendus pœna mortis, vel alia qualibet pœna, & contra eum non sit alia probatio, nisi sola ejus confessio; an eo ipso quòd tale crimen confessus est, dicatur læsus, ut possit se restituere adversus talem confessionem? Et videtur quòd sic, quia in expressò istam sententiam & conclusionem probat textus in *leg. Certum. §. In pupillo, versic. Minorem. ff. de Confess. cujus verba sunt: Minorem à confessione restituentis,* & ibi expressè notat & tenet Angelus de Perus. in *princ. num. 2.*

di-

dicens esse notabile & quotidianum: Idem etiam tenet Alexand. dicens esse diligentissimè notandum in leg. Nam posteaquam, §. Si minor, ff. de Jurejur. penult. col. num. 11. & ibi Jason, 1. col. num. 7. dicens esse singulare, & diligenter notandum pro defendendo adolescente à pœna mortis, vel alia quavis pœna in causa criminali. Idem Jason, in leg. Error, Cod. de Juris & fac. ignor. 3. column. num. 5. Alexand. in consil. suis consil. 80. column. 1. num. 20. 7. vol. consil. Hipopol. reputans esse valdè notandum in cons. suis consil. 130. 4. column. num. 24. Alciatus in tract. Præsumptio, num. 42. præsumptione, in fin. Et tenendo istam partem, non obstat textus cum materia in Authent. Sacramenta puber. Cod. Si advers. vendit. ubi minor non restituitur in actu jurato: Quia primò respondeo, quòd ille textus cum materia debet intelligi, quando præstitum est juramentum de futuro, & sic de non contraveniendo: secùs tamen est, quando præstitum est juramentum de præterito, vel præsentì, scilicet quòd res sic se habet, vel depositionem esse veram: quo casu, læsione probata non impeditur petere restitutionem: & in expressò ita illum textum intelligit & declarat Bart. in cons. suis, consil. 10. vers. Super sexto, de quo articulo vide Jas. in dict. Auth. Sacramenta puberum, 19. column. num. 77. qui dubitat de illo dicto Bart. & residet in contraria opinione. Secundò respondeo, quòd ille textus cum materia procedit & habet locum in causis civilibus: secùs tamen est in causis criminalibus; in quibus non potest quis renunciare defensionibus suis, etiam cum juramento, ut suprà dixi: Unde, cùm ex tali confessione videatur læsus, quia confessus est crimen, quòd aliàs non est probatum, meritò competit sibi restitutio, ut ponatur in pristinum statum, quo erat ante confessionem. Et istam quæstionem vidi de facto in oppido Talabricæ, unde ego sum oriundus nam quidam minor fuit captus pro enormi delicto contra naturam, præcedentibus indiciis, & sponte confessus fuit delictum & per advocatum petita fuit restitutio: & tandem, habito consilio & deliberatione, concessa fuit per Judicem, & minor fuit absolutus. Sed adhuc tenendo istam partem, quæro: Quid proderit restitutio? cùm postea posset iterum interrogari minor, & teneatur respondere: Et si idem respondeat, statim poterit petere restitutionem, & sibi est concedenda erit, & sic esset procedere in infinitum. Sed ad hoc dupliciter potest responderi: Primo modo, quòd visa varietate, & primis indiciis ex quibus fuit captus, posset talis reus minor torqueri. Vel aliter & secundò respondeo, quòd si postea spontè confiteretur, non potest amplius restitui, sed ex illa secunda confessione posset condemnari;

quia in una & eadem causa non admittitur duplex restitutio, ut in leg. fin. Cod. Si sæpius in integrum restitutio postuletur, & ibi Glossa ordinaria; & communiter DD. Ex quo videtur inferendum, quòd si talis minor confessus est delictum extrà judicium, licet alias major ex tali confessione possit torqueri, ut in leg. 5. ff. de Adult. & ibi Glos. ordinaria & communiter DD. tamen minor benè potest petere restitutionem & non torqueri.

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd talis minor ex sola confessione possit condemnari, nec habeat locum restitutio: Primò, quia jura superiora communia & regia reddunt illum capacem ad delinquendum, & jurandum, & respondendum de veritate: ergo sua confessio valet, & sibi plenè nocet, & non habet locum restitutio. Secundò, quia minor ad hoc ut possit restitui in aliqua causa, vel negotio, de necessitate tenetur probare se læsum, ut in leg. Ait prætor, §. Non solum et 1. ff. de Minor. text. in leg. Verum, §. Sciendum, eod. tit. text. in leg. Quod si minor, §. Restitutio. eodem tit. text. in leg. Minoribus, Cod. de In integr. restit. & communiter DD.

Sed eo ipso quòd minor juravit, & confessus est veritatem, non videtur læsus; imò fecit quod quilibet major fidelis & sapiens tenebatur facere. Ergo meritò non potest restitui, argumento textus in leg. Non videtur, Cod. de In integr. restit. neque est præsumendum, quòd dejeravit contra se. Confirmatur; quia confiteri veritatem, & eam ponere in instrumento publico, ut ejus probatio sit certa adversario, non est gravamen, argumento text. junctà Glos. ordinaria in leg. 2. ff. Solutò matrimonio, quam ad hoc per ista verba notat Bald. in cap. Significavit, de testibus, 2. col. Quartò pro ista sententia & conclusione considero textum in l. Auxilium, §. In delictis, vers. Sed ut ad legis Juliæ, ff. de Minor. ubi habetur, quòd confessio minoris in delicto carnis non nocet sibi; quia ex tali delicto non tenetur: ergo apertè probat, quòd secùs est in aliis delictis, in quibus est capax; quia in eis benè valeret ejus confessio, & ex ea posset condemnari, nec haberet locum restitutio: & idem expressè probat text. in l. Clarum, Cod. de Auctor. præst. ubi habetur, quòd sicut minor est capax delicti, valet judicium, & omnes actus judiciales cum eo facti & celebrati, sicut cum majore, interveniente auctoritate curatoris: ergo apertè colligitur & probatur, quòd valebit ejus confessio solemniter emanata, & plenè probat & sibi præjudicat, sicut si esset facta à majore. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in l. unica, Cod. de Confess. 16. column. vers. Dico, quòd

quòd si adversarius, ubi dicit, quòd quando confessio consistit in facto proprio ipsius minoris, non prohibetur agnoscere bonam fidem, & veritatem confiteri; & sic valet talis confessio, & sibi plenè præjudicat, quamvis ipse solus, & non alius sciat veritatem, tenet etiam Alexand. in addition. ad Bart. in dict. leg. Certum, §. Pupillo, ff. de Confessis, Anton. in cap. fin. de Confessis, fin. col. & quest. & ibi Abb. Panormit. 3. col. num. 9. Confirmatur etiam ista sententia & conclusio per leg. 4. tit. fin. 6. part. quæ clarè vult, quòd quando minor confitetur delictum, quòd in eo cadere potest, valet ejus confessio, & ex ea condemnari potest. Et in hac opinione resideo; & certè si essem judex, hanc meam opinionem tenerem, & secundùm eam judicarem, & recederem à prima opinione communi contraria: si verò essem advocatus, ut sum pauperum, non auderem cum bona conscientia patrocinari pro reo minore, qui confessus est delictum, nec petere restitutionem, si non possit constare de aliqua læsione, & innocentia; & super hoc consului Theologos probatæ vitæ, & sapientiæ, qui fuerunt in hac eadem mea opinione. Neque obstat textus ille capitalis, in quo se fundabant Angelus, & alii DD. in dict. leg. Certum. §. In pupillo, vers. Minorem, ff. de Confessis. Quia debet intelligi, quòd minor restituatur adversus confessionem, probata læsione; non verò aliàs: & in terminis ita reperio quòd illum textum intelligit Cyn. post Nicol. de Mata. in dict. leg. Clarum, Cod. de Auctor. præstand. & ibi Faber. qui expressè dicit, quòd ita demùm minor restituitur adversus confessionem, si probet læsionem, probando factum & veritatem ante se habere: & idem est de mente omnium DD. ibi facit etiam text. in cap. 2. de In integr. restit. lib. 6. juncta communi opinione. Confirmatur, quia ille textus non magis loquitur in causa criminali quam civili, imò in utraque debet intelligi: sed in civili non restitueretur ex sola confessione, non probata læsione; ergo, &c. Et ita teneo & concludo in hoc singulari, subtili & necessario articulo, non sic per alium examinato.

* Et jam iste casus mihi contigit, & nolui patrocinari pro reo, nec restitutionem petere; sed permisi justitiam contra minorem fieri. Et postea iterum & 2. contigit mihi iste casus, & habui de facto, & quidam minor pauper famulus cujusdam domini hujus civitatis furatus fuit sibi ducentos aureos, qui postquam fuit captus spontè confessus fuit delictum, & non allegavi pro ejus defensione prædictam restitutionem, sed tantum quòd minoraretur pœna ratione minoris ætatis, & quòd nullo modo deberet mori, quia erat minor decem & septem annorum per leg. Part. hinc allegatam. * Postea multo-

ties etiam contigit mihi in personis pauperum, & ita feci & practicavi: & pro quodam minore, qui confessus fuit magnum furtum fecisse, petita fuit restitutio per eum; tamen ego nolui patrocinari. Pro concordia tamen justa & singulari posset dici, quòd si advocato non constet de veritate in contrarium, vel de justitia partis, & sic minoris, ex alia causa non possit petere prædictam restitutionem; sed in casu quo constet sibi de justitia sua ex qualibet causa, quam benè non possit probare, posset petere prædictam restitutionem; & ita practicavi in quæstione de facto. *

67 Juxta prædicta tamen necessario quæro, an in casibus, in quibus minor tenetur ex delicto, possit torqueri, præcedentibus indiciis? Et resolutivè dico, quòd impubes, minor quatuordecim annorum non potest torqueri: textus est in leg. Minore, ff. de Quæstion. cujus verba sunt: De minore quatuordecim annorum quæstio habenda non est, & ibi Glossa Bart. Alberic. facit textus in leg. Ex libero, §. 1. eodem tit. & idem disponit lex 2. tit. 30. part. 7. Quòd tamen intellige ea tortura, qua majores; sed levi benè possunt torqueri: ita probat textus benè notandus in leg. 1. §. Impuberi, ff. ad Syllan. cujus verba sunt: Et aliàs solet hoc in usu observari, ut impuberes non torqueantur, terreri tamen solent, & habena, vel ferula cædi, & ibi notant DD. antiqui; & illum textum ad hoc summè notat Anania in cap. 1. de Delictis puerorum, penult. column. Angel. de Mata, licèt corruptè allegat illum textum in part. fama publica præcedente, 10. fol. vers. Sextò quæro quæ personæ, Gandinus in tract. de Malefic. in Rub. an testis possit torqueri. Hippolytus de Marsil. in leg. de Minore, ff. de Quæst. 3. col. Confirmatur optima ratione: quia sicut minor impubes in totum non excusatur à pœna delicti, ut suo loco dictum est; ita dicamus in tortura, ut in totum non excusetur, sed moderetur secundùm qualitatem suæ personæ. Adultus tamen qui jam est pubes, & major quatuordecim annorum, bene potest torqueri secundùm qualitatem personæ, & ætatis: quo casu curator ejus præstabit auctoritatem super articulo in debeat torqueri, vel non? non tamen requiritur, nec debet intervenire ejus auctoritas, consensus, neque præsentia tempore quo adhibetur tortura, & interrogatur de ipso facto, & veritate. Ita tenent & declarant Cyn. & Salyc. in leg. Clarum, Cod. de Auctor. præst. Bald. in l. unica Cod. de Confess. 15. col. num. 61. & ibi Salyc. num. 30. Abb. Panorm. in cap. fin. de Confessis, 3. column. num. 9. & ibi Imol. 3. col. Angel. de Malefic. in part. Comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum 1. col. fol. 2. vers. Necnon sit benè cautus. Hippolytus de Marsil.

in leg. 1. ff. de Quest. 4. column. versic. *Octavum requiritur*, & ita practicatur in nostro regno. Quod tene perpetuò mente, tanquam notabile, & quotidianum.

68 Item quæro, an senex possit delinquere, & teneatur ex delicto, vel saltem minoretur sibi pœna? Et breviter & resolutivè dico, quod benè potest delinquere, & tenetur ex delicto; quia licèt deficiant sibi vires, non tamen deficit sensus, & iudicium, ut in cap. *Nisi cum pridem*, §. *Alia causa, de renunci.* benè tamen minoratur sibi pœna propter decrepitam ætatem, & ejus debilitatem, sicut minoribus, ita probat textus notabilis & expressus in leg. 2. ff. de *Termino mot.* ubi dicitur, quòd in imponenda pœna semper iudex debet inspicere conditionem & qualitatem personæ, & ætatis, quia major & gravior pœna debet imponi juniori, quàm seni: Cujus verba sunt, *Ut cujuscumque patiatur ætas relegati: primò si junior in longius, si senior in recisus*, & ibi notat solus Alberic. & per illum textum istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. *Auxilium*, §. *In delictis*, ff. de *minor.* in verb. *Miseratio*, & ibi Odo-fred. 2. column. Jacob. de Raben. Alberic. & alii Doct. tenet etiam Glossa ordinaria in leg. *Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, ff. de *His qui not. infam.* & ibi Odofr. 3. column. & fin. column. Bart. 3. column. num. 11. Bald. 5. col. num. 10. Ang. in vers. *Quamvis*, 2. col. Paul. de Castro qui valdè commendat fin. column. tenet etiam Glossa in leg. *Et si severior*, Codic. *Ex quibus caus. infam. irrogat.* & ibi Cyn. 2. column. Ang. & communiter alii DD. ibi: tenet etiam Gloss. in leg. *Ferè in omnibus*, ff. de *Regalis jur.* & ibi DD. Hostiens. in *summa de Accusat.* §. *Quis sit effectus.* Confirmatur etiam per textum in l. *Respicendum*, ff. de *Pœnis*, & in leg. *Si quis aliquid*, §. *Instrumenta, eodem tit. cum similib.* ubi habetur, quòd semper in delictis imponitur pœna secundùm conditionem & qualitatem personæ: & probat lex 8. tit. 7. part. Item etiam confirmatur ex doctrina & sententia Philosophar. & Medic. qui tenent, quòd ætates puerorum & senum conveniunt & assimilantur: ex quo dicit Codrus de *Metamorphosi humana*, referens Homèrum, quòd senectute vires amittuntur, & similiter pulchritudo, ingenium, memoria, sensus, & voluptates: & dicit etiam Bald. in *dist. leg. Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, 2. lectur. 5. column. num. 10. referendo Odofr. quòd Bulgarus Glossator antiquus adèd senuit, quòd ludebat ad pulverem cum pueris; licèt plura bona afferat senectus, quæ plenè & notanter accumulatur Archidiac. in cap. *Tanta* 86. dist. & Alberic. in leg. *Semper*, ff. de *Jure immunit.*

Advertendum, quòd per hoc iste articulus

Tom. III,

non est perfectus, nec benè expeditur nec re-perio illum declaratum ab aliquo Doctore; & idèd super hoc cogitavit, & visum mihi est, quòd debeat sic declarari per sequentes conclusiones. Prima conclusio: quòd si ex delicto veniat imponenda pœna mortis ordinaria, illa benè cadit in senem, & potest ei licèt imponi, & non potest minorari nec alterari propter senectutem; quia cessat prædicta ratio debilitationis: argumento eorum quæ dicimus in muliere quæ de recenti peperit, nam post partum potest statim puniri; licèt remansit debilitata, ut in leg. *Pregnantis*, ff. de *pœnis, cum materia.* Secunda conclusio: quòd si pœna est arbitraria, tunc major debet imponi juveni & robusto, quàm seni, propter ejus ætatem & debilitatem: & ita intelligatur textus in leg. 2. ff. de *termino moto, cum similib.* Tertia conclusio: quòd etiamsi pœna sit certa & determinata à jure, si tamen non est pœna mortis, sed fortè abscisionis membri, vel alia pœna corporalis, taliter quòd reus delinquens debet remanere vivus; illa potest & debet minorari in sene, quia censetur major & gravior in eò potius quàm in juvene & robusto, quia propter ejus senectutem & debilitatem ex ea posset mori: & in terminis reperio, quòd ita vult & sentit Bald. in leg. *Quicumque*, Cod. de *servis fugitivis*, 5. column. versicul. *Quarto casu.* Quarta & ultima conclusio: quòd si ex delicto veniat imponenda pœna pecuniaria, illa non debet minorari in sene; quia cessat prædicta ratio principalis debilitatis: ita probat textus formalis & expressus in leg. *Semper*, ff. de *Jure immunitatis.* Cujus verba sunt: *Maximè si non tam corporis habeat vexationem quàm pecuniæ erogationem.*

69 Item quæro, an mutus & surdus teneatur ex delicto, & possit puniri? Et videtur quòd non: Primò, quia non habet sensum, nec intellectum, & æquiparatur infanti, & furioso; textus est singularis in jure in leg. *Servo invito*, §. *Si pupillo*, in fin. ff. de *Trebell.* ibi: *Quo exemplo & mutus, qui nihil intelligere potest, per curatorem adjungitur*, quem ibi notat Bart. & dicit singulariter Paul. & communiter DD. & illum textum reputat singularem Bart. in leg. *Mutum*, ff. de *Acquir. hæred.* & ibi Bald. Paul. Imol. Aretin. Alex. Jas. & communiter DD. Bart. in leg. fin. 2. ff. de *Bonor. post. infant.* Paul. de Castr. in l. 1. de *Verbor. oblig.* 2. col. Alex. 2. col. Platea, in leg. 1. Cod. *Qui morbo se excusant.* idem etiam probat text. in leg. 2. ff. de *Curat. furios.* text. in leg. 3. ff. de *Posthum.* text. in leg. 4. §. *fin.* ff. de *Privil. cred.* text. in l. 1. vers. *Æquæ*, ff. de *Muner. & honor.* text. in §. *fin.* Instit. de *Hæred. qualitat. & differt.* text. in §. *Furiosi*, versic. *Primo*, instit. de *Curat.* Confirmatur etiam

F

per

per textum *in capit.* 1. *An mutus, vel aliis imperfectus feudum retineat*, ubi probatur, quod mutus non dicitur homo perfectus habens intellectum. In contrarium tamen, imò, quod teneatur ex delicto sicut quilibet alius, facit, quod non reperitur exceptus. Item etiam, quod licet deficiat sibi sensus; loquelæ, tamen bene retinet aliis humanos sensus, & habet integrum intellectum, & potest per se omnia facere & exercere, quæ alius perfectus & habilis homo potest: Nam primò potest facere testamentum, secundùm formam & distinctionem textus *in leg. Discretis, Cod. Qui testament. facer. pos.* Secundò potest facere omnes contractus, qui consensu, vel re contrahuntur: text. *in leg. Item, quia ff. de Pact.* textus *in leg. Quibuscumque, ff. de Action. & oblig. text. in leg. Obligamur, §. fin. eod. tit. text. in leg. Si stipuler, §. fin. de Verb. oblig. text. in leg. Qui id quod, §. Mutus, ff. de Donat.* Item etiam potest quasi contrahere, & adire hæreditatem; text. *in leg. Mutum, ff. de Acquir. hered.* Item etiam potest contrahere matrimonium, & adire hæreditatem, textus *in leg. Mutus, ff. de Jur. dot. text. in cap. Cum apud de sponsal.* Item potest constituere procuratorem: text. *in leg. Mutus & surdus, ff. de Procurat.* de quo latius dixi in materia contractuum, unde pro concordia & vera resolutione in hoc articulo dico: quod si apparet, quod talis mutus nullum habet intellectum, quia signis non potest illum exprimere vel demonstrare; tunc æquiparatur infanti, vel dementi & furioso, & non debet puniri ex delicto; & isto casu debet sibi dari curator, in quacumque ætate sit constitutus: & ita procedunt & debent intelligi jura per me superius allegata, & iste est sensus DD. *in locis supra citatis*: Si verò appareat, quod talis mutus habet intellectum, quem potest saltem exprimere & demonstrare signis: tunc reputatur habilis ad delinquendum, & contrahendum, & alios actus exercendum, & tali casu tenebitur ex delicto, si est legitimæ ætatis, & non requiritur dari sibi curator: & ita debent intelligi alia jura secundo loco adducta. Imò, quod magis est, tali casu debet puniri pœna ordinaria delicti: Ita notabiliter determinat Joan. de Imol. *in leg. 1. de Verb. obligat. 3. col. in medio, num. 11. & ibi Rom. 3. col. num. 16. Alex. 2. col. num. 6. Jason. ibi penult. col. in fin.* qui pro hoc considerat textum *in leg. Si quis in gravi, vers. Mutum, ff. ad Syll.* ubi dicitur, quod mutus excusatur à delicto, ex eo quod non clamavit: ergo aliàs tenetur, Vincent. *colum. 6. num. 4.* & ita fuit judicatum, in quæstione de facto, & fuit quidam mutus suspensus, qui fuit socius cum alio in homicidio. Unum tamen est: quod non poterit condemnari

ex confessione sua declarata signis, sed ex atestatione & probatione testium; quia fortè judici non erit benè nota, & posset in ea decipi; unde non videtur legitima & liquida probatio, ut in causis criminalibus exigitur; ita singulariter determinat Bald. *in leg. unica, Codic. de Confess. 7. col. num. 27. Roman. in leg. 1. de Verb. oblig. 3. col. num. 16. Alex. 2. col. n. 13.* crederem tamen, quod posset Judex per signa cum interrogare, saltem pro eruenda & investiganda veritate. Ex quo infero, quod sibi non debet inferri tortura, cum ex confessione non debeat damnari. Quod benè nota, quoniam istum articulum non videbis sic alibi declaratum.

70 Item quæro, an furiosus possit delinquere, & puniri? Et breviter dico quod non, quia est alienus à mente sua, & nullum habet iudicium vel intellectum, ut possit habere dolum, & intelligat quidquid faciat: text. est capitalis & expresus *in leg. Infans, ff. ad leg. Corn. de Sicar.* Cujus verba sunt: *Infans, vel furiosus si hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocentia consilii tuetur, alterum facti infelicitas excusat*, & commun. DD. text. *in dict. leg. Marcus, ff. de offic. præsid.* ubi ponitur scilicet quia satis ipso furore punitur: text. *in leg. Quintæ, vers. Igitur, ff. Ad legem Aquil. text. in leg. penult. §. fin. ff. Ad leg. Pomp. de Parri.* text. *in leg. Quod infans, ff. de Rei vindicat. textus in leg. fin. ff. de Administratione tutorum, text. in leg. 3. §. 1. ff. de Injuriis, text. in cap. Illud & quasi per totum 15. question. 1. text. in clemen. 1. de Homicidio*, & utrobique communiter DD. & idem disponit *lex 9. tit. 1. part. 7.* Quod tamen intellige, quando delinquit durante furore; secùs tamen est, si habeat dilucida intervalla, & fecit delictum tempore sanæ mentis; quia tunc bene punitur sicut quilibet alius: text. est *in dict. leg. Divus Marcus, versic. Si verò, ff. de Offic. præsid.* & probant prædictæ *ll. part.* Confirmatur; quia si furiosus habet dilucida intervalla, benè potest tempore quo est sanæ mentis facere testamentum, contractum, & quemlibet alium actum: text. est *in leg. Furiosum, Cod. Qui testam. facer. poss.* & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD.

71 Dubium tamen est: an præsumatur delictum esse factum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis? Et dicendum est, quod si probatur ex parte ipsius rei delinquentis aliquando fuisse furiosum, præsumitur durare, & tempore furoris commisisse delictum; & accusator, vel judex, si procedit ex officio, tenetur probare delictum esse factum tempore sanæ mentis: ita probat notabiliter text. *in cap. indicat. 3. quæst. 9.* & ibi tenet Glossa ordinaria, & communiter DD. & per eum ita etiam tenet Glossa ordinaria *in cap. fin.*

final. de Success. ab intest. & ibi DD. Confirmatur etiam ratione: quia furor est qualitas & morbus, qui postquam est radicans præsumitur durabilis, secundum medicos peritos, & probat textus in *leg. Humanitatis, Cod. de Impuber. & aliis*, textus in *leg. 1. ff. de Curat. furios.* & in expresso tenet Cardin. in *cap. Cum inter canonicos, de election. 2. column. 5. oppos.* & ibi alii DD. Confirmatur etiam ex doctrina Bartol. & communi in *leg. Non solum, §. Sed ut probari, ff. de Operis novi nuntiat.* ubi dicitur, quod quando actus, vel delictum potest fieri tempore licito, & illicito; ille qui agit, vel accusat, tenetur probare esse factum tempore illicito, & punibili. Si verò reus delinquens ante delictum non fuit furiosus, nec ex parte ejus hoc probatur, sed tantum dicitur & allegatur fuisse furiosum tempore delicti commissi, tenetur ipse reus hoc probare; aliàs autem delictum censetur commissum temporis sanæ mentis; quia semper quis præsumitur esse talis, qualis naturaliter esse debet: argumento textus in *leg. Nec codicillos, Cod. de Codicillis*, & ibi notant Bald. Paul. Salycet. & communiter DD. & in expresso ita tenet & reputat singularem Angelus de Malefic. in part. *Scienter dolosè, 4. column. versicul. Quid in furioso*, & idem tenet Imola in *clement. 1. de Homicidio, 2. column. num. 3.* & ibi Ancharan. *2. column. num. 6.* idem Imola in *cap. Dudum, de præsumpt. 3. column. in fin. Domin. in cap. 1. §. Si verò, de Cleric. ægrot. Salyc. in leg. Furiosum, Cod. Qui testament. facere non possunt, num. 2.* Cornel. in *leg. Nec codicillos, Cod. de Codicillis*, & apertè voluit Bartol. in *tract. de Testibus in part. apposita, 1. column. num. 2.*

72 Pulchrum tamen & necessarium dubium est: Si quis tempore sanæ mentis commisit homicidium, vel aliud delictum, & postea factus est furiosus, an durante furore possit accusari, & condemnari ad mortem, vel aliam pœnam corporalem? Et videtur quod non: Primò, quia furiosus habetur loco absentis, qui non potest condemnari, sed pati annotationem bonorum: textus est in *leg. 2. §. Furiosus, ff. de Regul. jur. codicill.* textus in *leg. Ubi non voce, versicul. fin. ff. de Regul. jur.* Imò, quod magis est, habetur pro absente non contumace, quia in eo non potest haberi contumacia, sicut in absente: ita probat textus & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. in *leg. Furioso, ff. de Re judicata*, & in terminis tenet Aret. in *leg. Ex facto, ff. de Vulgar. & Pupill. pen. column.* Ex quo inferitur, quod licèt hodiè per leges hujus regni absens possit damnari; furiosus tamen non. Neque obstat, quod possit sibi dari curator, sicut minoribus, & per consequens condemnari: Quia datur minoribus, ut accesso-

Tom. III.

rius, ut in *leg. Clarum, Cod. de Author. prest.* furiosis tamen datur principaliter, ut in eo fundetur judicium. Secundò, quia furiosus habetur loco mortui: textus est in *leg. Bonorum, ff. Remrat. hab.* Sed ille non potest condemnari, nec puniri post mortem, ut in *leg. Defuncto, ff. de Public. judic.* Ergo nec furiosus post furorem. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in *leg. Furiosum, Cod. Qui testam. facer. poss. in fin.* idem Bald. in *leg. Humanitatis, Cod. de Impub. & aliis substit. 10. column. num. 46.* idem Bald. in *cap. 1. final. col. & quæst.* an ille qui interfecit fratrem domini sui, feudum amittat? & ibi Alvarot. *3. column. num. 5.* Imol. in *cap. Raynutius, de Testibus num. 143.* Alex. in *dist. leg. Furiosum, final. column. & quæst.* & ibidem Jason. *penult. column.* qui dicit hanc esse magis communem opinionem. Idem Jas. in *leg. Ex facto, ff. de Vulg. & pupill. 10. col. num. 30.* & ibi Ripa *num. 73.* Florian. qui reputat hoc esse mirabile in *leg. Sed & si quæcumque, §. Injuriam, ff. ad leg. Aquil. fin. column.* tenet etiam & reputat Angelus de Malef. in part. *scienter dolosè, 4. column.* Hippolyt. de Marsil. in *leg. 1. ff. ad leg. Corn. de Sicar. 6. column. num. 58.* ubi limitat hoc esse verum, præterquam si delictum sit valdè enorme; quia tunc posset puniri, argumento textus in *leg. Divus Marcus, ff. de Offic. præsid.* & subdit, quod ex ista causa Serenissima Regina Castellæ fecit punire hominem furiosum, qui intulit vulnus Serenissimo Regi Ferdinando marito suo: sed certè contrarium probant prædicta jura.

Sed, his non obstantibus, contraria sententia & conclusio videtur de jure verior: Imò, quod possit condemnari, & puniri pœna mortis, vel alia pœna ordinaria: Primò, quia cessat omnis ratio excusationis & defensionis cum tempore habili & sanæ mentis deliquerit. Secundò, quia qualitas superveniens post delictum non mutat pœnam, imò illa debet imponi, quæ veniebat imponenda tempore commissi delicti; textus est formalis & expressus in *l. 1. ff. de Pœnis*, & ibi notant & commendant Bartol. Alberic. & communiter DD. facit textus in *leg. Si quis decurio, Cod. ad leg. Cornel. de fal.* Tertidò, quia si filius, vel filia commisit causam ingratitude, & superveniat furor, bene poterit exhæredari: Ita probat text. in *leg. fin. §. Sed cum antiquitas, Cod. de Curat. furios.* & ibi DD. & notat & commendat Imol. in *leg. Ex facto, ff. de Vulgar. & pupill. 7. column.* & alii DD. *ibi.* Quartò, quia si quis commisit peccatum mortale tempore sanæ mentis, & superveniat sibi furor & decedat in furore, condemnabitur apud Deum, secundum Theologos & Canonistas in *cap. Majores, de Baptismo*, & tenet

F 2

net

net Bartol. ponderando textum ibi in leg. *Nunquam*, §. *Si vi aut clam*, ff. de *Usucap.* ubi habetur, quòd si quis erat in mala fide, & superveniat sibi furor, adhuc dicitur durare in eo illa mala fides quoad omnes effectus. Quintò, quia in delictis semper attenditur tempus commissi delicti quoad locum tempus, & omnia alia, quæ augment, vel diminuunt qualitatem ejus: textus est in leg. *Quod ait lex*, §. *finalis*, ff. de *Adult.* & ibi Bartol. & communiter DD. ergo similiter quòd ad personam. Sextò, & finaliter pro hac parte facit textus expressus in leg. *Divus Marcus*, ff. de *Offic. presid.* ubi probatur, quòd ita demum furiosus non punitur, quando delictum commissit durante furore: secùs tamen si ante; quia tunc minime est dignus aliqua venia. Cujus verba sunt: *Si verò ut plerumque assolet, intervallis quibusdam sensu sanior est, unde fortè illa momento scelus admiserit; nec morbo ejus danda est venia.* Nec obstat si dicas, quòd ille textus potius videtur probare contrarium, in quantum vult, quòd Princeps consulatur, an debeat puniri, vel non? Quia iste non est ejus sensus, sed tantum vult quòd si est maximum dubium super ipso facto, vel jure, quòd non possit iudex bene discernere, an commisit ante, vel post? tunc consulatur Princeps: & ita intelligit & declarat Alberic. ibi, & Bart. in leg. *Congruit eodem tit.* & ita probant prædictæ ll. *part. supra allegat.* 9. tit. 1. 7. part. & 15. tit. 1. part. 1. & in terminis istam sententiam & conclusionem contra prædictos DD. tenet Ludovic. Roman. in dict. leg. *Furiosum*, in fin. *Cod. Qui testament. facer. poss.* & ibi Jason. penult. column. idem Jason. in leg. *Ex facto*, ff. de *Vulgar. & pupill.* column. 10. num. 30. Barboz. in cap. *Litteris de Rescriptis*, fin. column.

Sed ego minimus inter alios in hoc dubio & subtili articulo in judicando, & consulendo non recederem à superiori communi opinione, tum, quia est æqua, & in dubio sequenda; tum etiam, quia fortè talis delinquens, qui postea effectus est furiosus, haberet aliquam justam causam defensionis, quam curator ejus ignorat. Item etiam hac efficaci ratione: quia considero quòd iudex debet concedere & indulgere tempus ipsi reo ad confitendum peccata sua ante executionem sententiæ, ut in leg. *Archigerontes*, *Cod. de Episcop. audiend.* & ibi DD. ex qua causa justissimum erit poenam differre in tempus sanæ mentis, & suis sumptibus sustentari, si habet

bona, aliàs de publico, argumento eorum quæ notantur in leg. *Pregnantis*, ff. de *Pœnis.* Nec obstat quòd hodiè in nostro regno absens potest condemnari: Quia intelligitur in proprio & vero absente contumace, in quo non dantur nec considerantur prædictæ rationes; secùs verò in furioso, qui habetur loco absentis fide & largo modo, & sine aliqua contumacia: & in terminis ita tenet & declarat Aret. in dict. leg. *Ex facto*, ff. de *Vulgar. & pupill.* Nec iterum obstat si replices, quòd secundum Theologos furiosus punitur, & judicatur ad poenam; vel præmium secundum opera commissa ante furorem: Quia istud est quòd ad propriam conscientiam, & judicatur à Deo Domino nostro qui omnia scit & cognoscit, & sunt sibi nota sine aliqua probatione: secùs verò in iudice, qui non potest cognoscere defensionem furiosi, si non allegetur & probetur. Et confirmatur, quia sanctius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, ut in leg. *Absentem*, ff. de *Pœnis.*

* Subsequenter poteris dubitare: Si quis fecit delictum, & postea efficiatur Clericus, vel ingrediatur monasterium, an possit puniri? vide bene per Chasanæum in *Consuetud. Burg. rub. 1. §. 5. pagin. 209.* ubi ipse examinat, pro nunc ibi videas. *

73 Item quæro, an ebrius, qui in ebrietate commisit homicidium, vel delictum, puniatur ex delicto? Et breviter dico, quòd debet puniri, non autem poena ordinaria, sed mitiori poenæ quia ebrietas tollit dolam in delicto, licet non culpam; unde non excusat in totum à poenâ, sed minuit illam: ita probat textus notabilis in leg. *Respicendum*, §. *Delinquunt*, vers. *Impetu*, ff. de *Pœnis.* Cujus verba sunt: *Impetu autem cum per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum venitur, & ibi notat Bartol. 2. column. num. 3. Alberic. in princ. & Oldrad. quem ipse Alber. refert: & illum textum ad hoc dicit singularem Bald. in cap. Crapula, de vita & honestat. Cleric. 1. column. in medio, num. 3. Probat etiam textus notabilis in leg. *Omne delictum*, §. 5. versic. *Per vinum*, ff. de *Re militar.* cujus verba sunt: *Per vinum aut lasciviam lapsis capitalis poena remittenda est, & militia mutatio irroganda est, & ibi ad hoc notat solus Alber. text. in cap. Sanè 15. quæst. 1. ibi Glossa ordinaria, Archid. & commun. DD. & istam (I) sententiam & conclusionem per prædicta jura tenet Salyc. in leg. 1. *Cod. ad leg. Cornel.***

(I) Assertunt eandem opinionem communiter receptam Menoch. & Jul. Clarus, quos refero in *recept. sentent. thesaur. in versic. Ebrietas, numer. 1.* quamvis non de nihilo nullam excusationem

ab ebrietate prætexi posse verius crediderim, quòd etiam praxis alicubi recepit, ut intelliges ex Jul. Claro, quem semper hac de criminum materia consulto.

vel. de Sicar. fin. verb. Florian. in leg. Sed & si quæcumque, §. Injuriam, 2. column. num. 5. ff. ad leg. Aquil. Angel. de Malef. in part. Scienter dolose, penult. column. versic. Sed quid si quis propter ebrietatem, Hippol. de Marsil. in leg. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. 7. column. num. 93. Rom. in leg. 1. de Verbor. oblig. 2. column. numer. 3. Bonifacius in tract. Malef. in rubr. forma accusationis per syndicatam, 4. column. fol. 24. & pro hac sententia & conclusione est hodie leg. Partit. 5. tit. 8. part. 7.

74. Item quæro, an dormiens, qui in somnis surgit, & aliquem interfecit, vel vulneravit, vel aliud delictum fecit, puniatur ex delicto? Nam multotiens contingit, quod aliqui in somnis insurgunt, & talia committunt; & refert Bartol. in leg. ut vim, ff. de Justit. & jure, 2. col. in fin. quod suo tempore erat quidam Pisanus, qui surgebat de nocte in somnis, & se armabat & ibat per civitatem cantando. Et videtur quod non teneatur, quia non est in culpa, & parcendum est vitio naturali, ut in leg. Fluminum, §. Vitium, in princ. ff. de damn. infect. præterea dormiens æquiparatur furioso, ut in leg. 1. ff. §. 1. de Acquirend. possess. 3. column. Pro ista parte facit textus in clem. 1. de Homicid. ubi, si talis dormiens committat homicidium in somnis, non fit irregularis. In contrarium tamen, imò quod teneatur, probat textus notabilis in leg. Si servus servum, §. Si Fornicarius, ff. ad leg. Aquil. ubi, si servus coloni; vel inquilini juxta fornacem, vel locum ubi erat ignis obdormisset, & domus, vel res combusta sit, tenetur ad damnum, quia videtur esse in culpa; & ad hoc notant & commendant omnes DD. ibi: Sed pro concordia & veritate dico: quod si talis dormiens sciebat hoc sibi evenire; tunc debet providere ut jaceat solus, & præcavere ut nemo sit in lecto, vel camera cum eo; & si non fecit, dicitur esse in culpa, & propter culpam tenetur extra ordinem, sicut putator arboris, qui non admonuit transeuntes, ut in leg. Si putator, ff. ad leg. Aquil. & ita procederet secunda opinio cum fundamentis suis. Si verò non sciebat hoc sibi evenire; tunc non teneatur, quia nulla culpa potest sibi imputari: & ita procedat prima opinio, & fundamenta pro ea adducta. Et in terminis istam doctrinam & distinctionem tenent Guillelm. & Jacob. de Raven. in leg. Divus Marcus, ff. de Offic. præf. & ibi notat Alberic. fin. column. & quest. tenet etiam Bartol. in leg. penultim. ff. ad leg. Pompon. de parricid. Florian. in dict. leg. Si servus servum, §. Si fornicarius, ff. ad leg. Aquil. final. column. num. 4. Anchar. in clem. 1. de homicidio, in 2. notat. num. 3. Angelus de Malefic. in part. Comparuit dictus inquisitus, &

in termino defensionis, fol. 107. vers. Quid si dicat, & pro hac doctrina & distinctione est hodie lex notab. 5. titul. 8. part. 7.

75. Item quæro, an prodigus, cui bonis interdictum est, possit delinquere, & puniri? Et videtur quod non, quia non videtur habere intellectum, nec rectitudinem rationis, & ex ista causa prohibetur contrahere, & testari: textus est capitalis & expressus in leg. Is cui bonis, ff. de Verborum obligation. & ibi communiter DD. textus in leg. Is cui lege, ff. de Testament. textus in leg. Furiosi, ff. de Regal. jur. cujus verba sunt: Furiosi, vel ejus cui bonis interdictum est, nulla voluntas est. Item etiam, quia propter tale vitium & defectum æquiparatur furioso, & pupillo: textus est in leg. His qui, §. fin. ff. de Tutor. & curat. datis ab his, textus in leg. Certi conditio, §. Quoniam, ff. Si certum petat, textus in leg. Fulcinus, §. Adeo, ff. Quibus ex caus. in possess. ea. Tertio & principaliter istam sententiam & conclusionem probat text. in leg. 3. Fulcinus, §. Plena, ff. Quibus ex causis in possess. ea. ubi dicit textus, quod prodigus non potest dici contumax, ut contra eum fiat missio bonorum: & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. Si quis in tantam, Cod. Unde vi, in glossa magna, versicul. 6. de Furioso, ubi dicit, quod prodigus non teneatur pœna illius legis: & ad hoc notant & commendant DD. ibi: & illam Glossam ad hoc reputat singularem & unicam Angelus de Perus in leg. Si quis pro eo, ff. de Fidejuss. in fin. Sed, his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quod possit delinquere, & puniri pœna ordinaria delicti: quia considero, quod prodigus non censetur habere iudicium & intellectum tantum in his, quæ concernunt alienationem & administrationem bonorum suorum: secus tamen est quoad delinquendum; quia tunc bene censetur integra persona, & capax cujuslibet delicti, & sic tenetur & obligatur ad pœnam ejus: & in expresso ita probat textus notabilis in leg. His qui, §. D. Marcus, ff. de Tutor. & curat. dat. ab his. Cujus verba sunt: Non requum est prospicere nos etiam eis, qui quod ad bona ipsorum pertinet furiosum faciunt exitum; & in terminis per illum textum & istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in dict. leg. Is cui bonis, ff. de Verbor. obligat. final. column. penult. quest. & ibi Paul. de Castro final. column. & quest. Jason. 8. column. num. 17. & communiter alii DD. tenet etiam Bartol. in leg. Si quis in tantam, Cod. Unde vi, 3. column. & ibi Salycet. 3. column. num. 7. & communiter DD. Bald. in leg. Furiosum, Cod. Qui testament. facere poss. in fin. & ibi communiter DD. Angelus de Perus. in leg. Ful-

Fulcinus, §. *Adeo*, ff. *Quibus ex causis in possessione*. Angelus de *Malefic. in part. Scierter dolose*, fol. 48. ff. *Eo*, versicul. *Quid in prodigo*, & ibi ejus additionator.

76 Item quæro, an servus possit delinquere, & teneatur ex delicto? Et breviter dico quòd sic, & in processu & causa servabitur illud, quòd observatur, quando proceditur contra hominem liberum: text. in leg. *Hos accusare*, §. *Si servus*, ff. de *Accusat.* cujus verba sunt: *Si servus reus postulabitur, eadem observanda sunt, quæ si liber esset*, text. in leg. 10. titul. 1. part. 7. & probato delicto, majori pœna punitur quàm liber: text. est in leg. *In servorum*, in princ. ff. de *Pœn.* textus in leg. *Aut facta*, §. *Persona*, textus in leg. *Capitalium*, §. *final.* versicul. *final. eodem titul.* textus in leg. 8. in princ. titul. 31. part. 7. Quòd intellige, quando ex delicto venit imponenda pœna corporalis: secùs si pecuniaria; quia illa non cadit in servum: textus est in *dicta leg. Hos accusare*, §. *Omnibus*, ff. de *Accusat.* cujus verba sunt: *Omnibus legibus servi rei fiunt excepta leg. Julia de vi privata, quia ex lege damnati partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur, quæ pœna in servum non cadit*, idemque dicendum est in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur: quo casu alterabitur pœna, & imponetur sibi alia judicis arbitrio: textus est ibi notabilis in *vers. final.* quem summè commendant Bart. & DD. Unum tamen est, quòd si dominus solvat pœnam pecuniariam pro eo, liberatur: Ita disponit prædicta lex 10. titul. 1. 7. part.

Item adde, quòd probatio delicti potest fieri contra servum per testes, vel per confessionem propriam, vel alio genere probationis, sicut contra quemlibet hominem liberum: textus est notabilis in leg. *Servos*, in princ. Cod. ad leg. *Jul. de vi.* Cujus verba sunt: *Servos, qui fecisse violentiam confessionibus testium, aut propriis docebuntur, &c.* Imò, quòd magis est, sola confessio servi spontanea sufficit ad condemnationem ejus: ita probat apertè textus in *dict. leg. Servos*, & tenet Glossa ordinaria in leg. 2. §. 1. ff. *Si ex noxal. caus. agatur.* Unum tamen est, quòd ad hoc ut confessio servi probet, & ex ea possit condemnari, oportet quòd cum ea concurrat semiplena probatio, vel aliqua indicia urgencia; vel si negaverit, quòd sit facta confessio in tormentis, præcedentibus indiciis: aliàs non staretur soli ejus confessioni spontanæ, quia videtur tendere in præjudicium domini: Ita probat textus notabilis in leg. *Quæro*, §. *final.* ff. de *Ædilit. edict.* & per illum textum ita tenet Glossa ordinaria in leg. *Cum probatio*, ff. de *Probation.* & ibi Salycet. & communiter DD. & per illum textum ita etiam tenet Paulus in *dict. leg. 2. §. 1.*

Si ex noxali causa agat. 2. column. num. 4. Alexand. 1. column. in fin. num. 4. *Glos. in leg. Quicumque*, Cod. de *Servis fugitivis*, in gloss. pen. in fin. & ibi DD. Socin. in leg. *Cum filiusfamil. de Verborum oblig.* 5. column. num. 11. & ibi Jas. column. 5. num. 15.

Advertendum tamen, quòd licèt servus possit accusari & condemnari pro delicto, tamen dominus ejus potest adesse causæ, & eum defendere allegando & respondendo pro eo, ratione proprii interesse: textus est notabilis in leg. 2. Cod. de *Accusat.* cujus verba sunt: *Si cujusdam criminis obnoxius servus postulatur, dominus eum defendere potest, & in judicio assistere, accusatoris intentionibus responsurus*, & ibi *Glos. ordinaria* & communiter DD. & idem disponit prædicta lex 10. titul. 1. part. 7. Imò etiam tunc poterit dominus constituere procuratorem: quia non videtur dominus, vel procurator ejus intervenire pro alio, sed pro se ipso, & suo interesse; textus est in leg. *Servus etiam*, ff. de *Public. judic.* quo casu totus processus, & judicium agitabitur cum ipso servo, tanquam principali persona, quem tangit negotium, & ei proponetur accusatio, & cum eo lis contestabitur per responsionem suam, & ei assignabitur terminus probationis & defensionis, & contra eum debet ferri sententia definitiva: ita tenet & declarat *Gloss. ordinaria*, & communis opinio DD. in *dict. leg. 2. Cod. de Accusat.* Ex quo infertur, quòd non requiritur quòd dominus citetur, ut compareat & assistat causæ agitandæ cum servo; quia principaliter fundatur judicium in persona servi: & in terminis ita tenet Bald. in leg. *Filiusfam. ff. de His qui sunt sui vel alien. jur.* 1. lect. idem Bald. in leg. fin. §. *Necessitate*, Cod. de *Bonis quæ lib.* 4. column. num. 12. Angel. de *Perus. in leg. Cum filiusfamil. ff. de Verbor. obligat. in fin.* quos ego sequor & reputo esse notabile & singulare; licèt Salycet. in *dict. leg. 2. Cod. de Accusat.* teneat contrarium. Ex quo collige utilem, & necessariam doctrinam in practica; quòd quando principaliter proceditur contra aliquem, licèt in consequentiam fiat præjudicium tertio, non propterea ille tertius est citandus; & probat etiam text. in leg. *Sæpè*, ff. de *Re judic.* junctâ communi doctrina & theorica DD. ibi: & ita tenet & confirmat Bart. in *questionibus suis*, quæst. 3. *final. column.*

Adde tamen circa prædicta, quòd licèt servus accusatus vel inquisitus confiteatur delictum, & ex illa confessione possit condemnari, concurrentibus his quæ suprâ dixi; tamen benè posset dominus probare contrarium: Ista est Glossa singularis & unica in leg. 2. §. 1. ff. *Si ex noxal. caus. agat.* in glossa 1. in medio, quam ad hoc

summè notat, & commendat ibi Bald. & reputat singularem & unicam Paul. 2. *column. num. 8.* Alexand. 2. *column.* & Jason. 1. *column. num. 4.* Ex qua Glossa & communi doctrina inferunt prædicti DD. *ibi*, quòd si ex forma legis, vel statuti, pater, vel dominus, vel quilibet alius teneatur ad pœnam pecuniariam ex delicto alterius, benè stabitur confessioni ipsius delinquentis, etiam in præjudicium tertii solvere debentis; sed is poterit probare contrarium pro suo interesse: & in expressò ita etiam determinat Bartol. *in leg. cum filiusfamil. ff. de Verbor. obligat. fin. column.* Bald. *in leg. filiusfamil. ff. de His qui sunt sui vel alien. jur. 1. lect.*

* Advertendum tamen, quòd prædicta debent intelligi quando pro delicto agitur contra servum criminaliter: secùs verò si commisit delictum furti, rapinæ, violentiæ, injuriæ, vel simile delictum; pro quo agatur civiliter contra dominum; quia tenetur solvere damnum vel interesse, vel dare servum pro noxa: & hoc si fecerit ignorante domino, vel eo sciente & prohibere non valente: secùs verò aliàs; quia tenetur insolidum: text. est *in leg. 1. & per tot. ff. de Noxa*, text. *in leg. 1. & per tot. ff. Si ex nox. caus. agat. text. in leg. 1. & per tot. Cod. Eo tit. text. in §. 1. & per tot. Instit. eo tit. & idem disponit lex 5. in fin. tit. 15. partit. 7.* Quod tamen subintellige quando particulariter servus fecit damnum: secùs verò si familia servorum communicato consilio; quia tunc sufficit quòd dominus solvat pretium sive æstimationem damni, sicut si unus fecisset, vel omnes dare pro noxa. Quòd semper intellige domino ignorante, vel sciente & prohibere non valente, ut suprà dictum est: textus est *in leg. 1. & per tot. ff. Si familia furtum fecisse dicatur*, & ibi communiter DD. textus & ibi Bartol. & communiter Doctor. *in leg. Si familia, ff. de jur. omn. jur.*

Ex quibus, junctis sequentibus, nota & intellige perpetuò, quòd quadrupliciter potest alicui fieri damnum vel præjudicium: Primò à persona animata anima sensitiva & rationali, ut liber homo, vel servus; de quibus dictum est. Aliquando & secundò ab animali, quod habet animam sensitivam, & non rationalem, ut equus, bos, taurus, vel quodlibet aliud animal vel jumentum à natura mansueta: & tunc dominus tenetur solvere damnum & æstimationem ejus, vel dare animal pro noxa: text. est *in leg. 1. & per totum, ff. Si qua pau. fe. de.* & ibi communiter DD. & idem disponit *leg. 22. tit. 15. partit. 7. cum sequenti.* Si verò damnum fiat ab animali à natura non mansueto, sed fero, ut leo, ursus, serpens, & similis; tunc in solidum tenetur dominus propter culpam quam incurrit

illud tenendo, ut ibi disponitur. Aliquando & tertio damnum fit à re animata tantum vegetativa, vel nutritiva, ut arbor, & planta secundum Aristot. *in 2. de anima* & omnes philosophos: quia omne id quod crescit, augetur, vel diminuitur, necessariò habet animam illius formæ & naturæ, & est causa principalis & efficacis talis effectus: & tunc, si misit radices in fundo, vel domo alterius, vel misit ramos sursum supra domum, vel fundum in præjudicium ejus, potest tolli juris remedio, vel propria autoritate, secundum distinctionem text. & ibi DD. *in leg. 1. & per tot. ff. de Arborib. cadend. & in leg. 1. Cod. de Interd. & ibi communiter DD. & in leg. fin. tit. 15. part. 7.* Aliquando & quartò damnum fit à re prorsus inanimata anima rationali, vel sensitiva, vel vegetativa, ut domus, vel ædificium; & tunc post cautionem petitam & præstitam tenetur domino ejus in solidum. Ante verò, si minatur ruinam judicio peritorum in ante, statim debet judicis mandato dirimi. Si verò non minatur ruinam, nec est in tam promptu periculo, nec cautio fuit petita, & domus vel ædificium diruatur, & sine facto alicujus destruat, dominus ejus solvet damnum, aut relinquet domum vel ædificium dirutum ipsi offenso & damnum passo: textus est *in leg. 1. & per tot. ff. de Damno infecto*, textus magis in specie *in leg. Evenit, eodem tit. textus in leg. Fluminum, §. Hæc stipulatio, eodem tit. & idem disponit lex 10. & 11. tit. fin. part. 3.* & ista est brevissima & vera resolutio illorum jurium.*

77 Item etiam quæro; an, & quando absens possit accusari & condemnari de delicto? De quo articulo plenè & magistraliter dixi *in l. 76. in legib. Tauri.* Ideò hic omitto, & te remitto ad scripta per me *in dict. legibus Taur.* ubi vide, quia est ibi necessarium.

78 Item etiam similiter quæro, an & quando delinquens possit accusari & puniri post mortem? In quo dubio & notabili articulo dico, quòd regulariter non; sed post mortem ejus statim extinguitur delictum quod ad pœnam corporalem, & quod ad pœnam confiscationis bonorum, modò delictum sit publicum, modò privatum: textus est capitalis & expressus *in leg. Defuncti, ff. de Public. judic. cujus verba sunt: Defuncto ejus, qui reus fuit criminis, est pœna extincta*, & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Bart. Alberic. Angel. Imol. & communiter DD. text. *in leg. 3. eodem tit. secundum unam lectionem: text. in leg. in Senatus, §. Si propter, ff. ad Turpil.* Ex quo inferitur, quòd post mortem delinquentis non debet judex imponere pœnam cadaveri, quia videtur inferre injuriam defuncto, & per consequens hæredibus; quia non pos-

set defendi aliàs teneretur in syndicato: argum. text. in leg. 1. §. *Quoties*, ff. de Injuriis, & in leg. part. tit. 13. part. 1. ita tenet Ang. & Imol. in dict. leg. Defuncto. Petrus in leg. 2. Cod. Qui test. fac. poss. & ibi Cyn. Angel. Roman. Alex. Jas. Cornel. & alii Modern. Angel. in leg. fin. Cod. Si reus, vel accusat. mort. fuer. Bald. in leg. una, Cod. ex delictis defuncti. 2. column. numer. 2. ubi adducit notabilem rationem, scilicet quia pœnæ afflictivæ animati corporis sunt pœnæ sensus, quæ non possunt cadere in hominem mortuum: Angel. in leg. Qui à latronibus, §. Si quis, ff. de Testament. Ang. de Malefic. in part. Præsente, & appellante, antepen. column. versic. Quid si reus, Angelus de Aret. in §. Interdum, Instit. de hered. quæ ab intestat. defer. 1. col. num. 2. Confirmatur, quia pœnæ privationis status non cadunt in mortuum: textus est in leg. Qui libertinos, §. Posthumus, ff. de Oper. liber. & ibi communiter DD.

Quod tamen limita & intellige, nisi delictum sit gravissimum & enorme; quia tunc benè poterit iudex pœnam imponere cadaveri, ipsum furca ignominiosè suspendendo, vel alia pœna afficiendo propter facti memoriam, & aliorum terrorem; argumento textus in cap. Mulier 15. quæst. 1. ubi animal interficitur propter delictum contra naturam cum eo commissum: argumento etiam text. in cap. cum ad monasterium vers. Quod si proprietatis, de statu monachor. ubi monachus, qui tempore mortis inventus est possidere pecuniam, vel aliam rem propriam, debet sepeliri extra monasterium in sterquilino, in signum perditionis suæ: & ad hoc notat & commendat Doctor. ibi: & istam sententiam & conclusionem tenet & probat Glos. singularis & unica in jure in leg. 2. ff. Arborum furtim cæsarum ubi expressè dicit, quòd famosi latrones furca suspenduntur: deinde bestiis subjiciuntur, argumento text. in leg. Capitalium, ff. de Pœn. sed ille textus nihil probat, sed debuit allegari text. in §. Famosus, ejusdem legis, & illam Glossam ad hoc reputat singularem Roman. in lege 2. Cod. Qui testam. fac. poss. idem Roman. in leg. Si verò, §. de Miro, ff. solut. matrim. 46. Fallentia principali, num. 79. reputat etiam Augustinus in Addit. ad Angel. de Malefic. in fin. part. fin. column. idem Augustinus in part. Qui iudex videns, fol. 97. column. 3. & tenet notabiliter Imol. licèt illam Glossam non allegat in leg. Defuncto, ff. de Public. judic. 1. column.

79 Sed, salva eorum pace, ista sententia & conclusio non potest de jure procedere nec sustentari; quia simpliciter, genericè, & absolute jura dicunt & disponunt, quòd omne delictum extinguatur morte. Nec obstat textus in

dict. cap. Mulier. Quia ille text. non vult, quòd animal suspendatur per modum pœnæ, sed tantùm quòd simpliciter interficiatur, ne sit memoria, delicti, ut latius dixi in delicto adulterii. Nec obstat etiam text. in dict. cap. Cum ad monasterium. Quia ibi imponitur pœna denegationis sepulturæ, quæ propriæ cadit in mortuis, ut in l. 1. ff. de Cadaver. punit. & ita eum intelligit Bald. in leg. Uni, Cod. Ex delictis defunctorum, 2. col. num. 2. & Philipp. Dec. in l. Imperium, ff. de Jurisdiction. omnium judic. 3. column. 19. Nec obstat Gloss. in dict. leg. 2. ff. Arbor. fur. cæsar. Quia illa Glos. & text. quem voluit allegare in dict. §. Famosus. Loquitur in pœna continuata, non verò inceptiva distincta, & de per se; nam primò delinquens furca suspenditur, & statim corpus ejus traditur bestiis; & sic pœna continuatur, & non imponitur de novo. Sed licèt ista mea opinio sit verissima, de jure tamen superior sententia & conclusio contraria servatur in practica, in toto regno; à qua tu non recedas.

Ex quo primò inferitur, quòd ex hoc sustentatur practica, quæ habet, quòd in delicto hæresis post mortem imponitur pœna cadaveri; quia concremantur ossa aut effigies ipsius delinquentis; & idem esse in delicto læsæ majestatis, & in delicto contra naturam. Secundò infero, quòd quando quis se occidit, imponitur pœna cadaveri; quia corpus ejus publicè ducitur per vias publicas, & furca suspenditur: & ita vidi practitari in hac civitate Salmanticensi; nam quidam forensis, qui dicebatur fugisse de religione & monasterio, voluit & tentavit habere accessum ad puerum, & cum eo committere peccatum contra naturam, & ex indiciis captus fuit, & in carcere se suspendit; & statim publicè ductus est per civitatem & vias publicas, & concrematus fuit. Confirmatur iste casus alia ratione: quia cum cedat in notorio peccato mortali, non videtur sibi in hoc fieri aliqua injuria, nec videtur excessiva pœna imponi, sed valdè condigna delicto. Et in expressò in isto casu, quando quis se occidit, quòd cadaver ejus puniatur, tenet & firmat Paris de Put. in tractatu syndicatus, in part. mortuus, fol. 173. & ante eum volui Bald. in dict. leg. 2. Cod. qui testam. fac. poss.

80 Advertendum tamen, quòd superior conclusio & sententia, quæ habet, quòd delictum extinguitur morte; debet intelligi regulariter, præterquam in casibus & delictis sequentibus. Primus casus est in delicto hæresis; quia durat post mortem, quoad bona & probato delicto post mortem, confiscantur bona: text. est in leg. 4. Cod. de Hæres. textus in leg. Apostatarum, Cod. de Apostat. textus in cap. Sanè, el. 2. Caus. 24. q. 2. textus in cap. Causatus, §. In eo verò casu, de hæret.

heret. lib. 6. & idem disponit l. 7. tit. 1. part. 7. & leg. 9. tit. 20. lib. 4. fol. 100. Secundus casus est in crimine læsæ majestatis humanæ; quia durat post mortem respectu bonorum: textus est in *leg. Ex judiciorum*, versicul. 1. ff. de *Accusat.* textus in *leg. Pantonius. §. Rei perduellionis. ff. de Acquirenda hæreditat.* textus in *leg. Donationes in concubinam. §. final. ff. de Donat.* textus in *leg. Cùm filius. §. fin. ff. de Legat. 2.* textus in *leg. penult. & in leg. fin. Cod. Ad leg. Jul. majest.* textus in *§. Per contrarium. Institut. de Hæred. quæ ab intestat. defer.* textus in *§. 2. Instit. ff. de Public. judic. & utrobique communiter DD.* Tertius casus est in crimine repetundarum, quando iudex durante officio injustè recipit aliquas pecunias, vel res à subditis, vel litigantibus, ut in *leg. 1. & per totum. ff. Ad leg. Jul. repet.* quia tunc durat post mortem quoad pœnam bonorum: text. est in *dist. leg. Judiciorum. ff. de Accusat. & ibi Glossa ordinaria, & commun. DD. & idem disponit prædicta lex 7. tit. 1. part. 7.* Quartus casus est in crimine peculatus, quando quis rem sacram vel publicam subtrahit; quia tale crimen durat post mortem quoad pœnam bonorum: textus est in *leg. fin. ff. Ad leg. Juliam pecul. & ibi communit. DD.* Quintus casus est, quando reus delinquens conscientia criminis se interfecit postquam erat accusatus, vel inquisitus de crimine, vel in eo reprehensus: nam tale delictum durat post mortem respectu confiscationis bonorum, si crimen erat tale, propter quod bona veniebant confiscanda; quia habetur pro confesso & condemnato; licèt hæredes possint probare contrarium: textus est in *leg. final. ff. de Bonis, eorum qui ante sententiam mor. sibi cons. & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. de quo articulo latius dicam in delicto homicidii.* Sextus casus est, quando ex delicto imponitur pœna amissionis bonorum ipso facto, vel jure; quia tali casu durat delictum post mortem respectu bonorum: ita probat textus in *leg. Cajus. ff. Ad Syll. text. in leg. Ex judiciorum*, versic. *Adeo. ff. de Accusat.* text. in *Authent. de Incest nupt. text. in cap. 1. de Homicidio, lib. 6.* facit etiam bonus textus in *leg. Commissa. ff. de Public. & vestig. & in expressò ita tenet Glossa singularis & unica, juncto textu in l. 3. §. Quoad autem ff. Quod quisque juris, in glos. fin. quam ibi ad hoc notant & commendat Bart. Bald. & communiter DD. antiqui, & reputat singularem Alexand. & Modern. & illam Glos. ad hoc reputat singularem & unicam Bald. in *leg. Quæ sub conditione. §. final. ff. de Condition. insit.* idem Bald. in rubric. *Cod. de Privil. dotis. 5. column. num. 12.* Jacob. de S. Georg. in *leg. Si quis major. Cod. de Trana fact. penult. column. num. 56.* tenet etiam Angel. in *leg. Qui à latronibus. §. Si quis. ff. de Testam.**

Tom. III.

Salycet. in leg. 1. Cod. Si reus vel accusator mor. fuer. 1. column. Bald. in leg. Una. Cod. Ex delict. defuncto. 2. column. Platea in leg. final. Cod. de Jur. fisc. lib. 10. 2. col. Abbas in cap. Delicti, de Arbitr. 3. column. idem Abbas in cap. fin. de Donat. 2. column. Joan. de Anania in cap. Vergentis, de Hæred. 2. column. Angel. de Aret. in §. Non omnes, de Perpet. & tempor. act. Philippus Decius in l. Pupillum. §. In hæredes. ff. de Reg. jur. 2. Fallentia. Tiraquell. in Rep. leg. Si unquam. Cod. de Revocand. donat. num. 241.

81 Adde tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus reus potest accusari post mortem, & memoria ejus damnari, & bona confiscari & quibus suprà dictum est; debet intelligi infrà quinquennium post mortem delinquentis; quo transacto, non potest ampliùs contra ipsum procedi, nec contra hæredes, vel tertios bonorum possessores; ita probat textus notabilis in *leg. 2. Cod. de Apostatis* ubi habetur, quòd apostata potest accusari post mortem infrà quinquennium tantum; & ad hoc notat & commendat Bartol. *ibi*, qui ex eo infert, quòd omnia jura civilia, & canonica, quæ dicunt, quòd de erimine hæresis, vel læsæ majestatis, vel alio gravissimo delicto possit cognosci post mortem debent intelligi infrà quinquennium: & per illum textum ita tenet Glossa ordinar. in *leg. Maniqueos. Cod. de Hæret. & ibi communiter DD. tenet etiam Angel. de Aretin. in §. Interdum, Instit. de Hæred. quæ ab intest. defer. & in apostata idem expressè disponit leg. 7. tit. 25. part. 7.* facit etiam bonus textus in *lex 2. Cod. de Vestig. & com.* ubi dicit, quòd in bonis fisco delatis propter vectigal non solum, præscribitur spatio quinque annorum: quem ad hoc notat & commendat *ibi* Glossa ordinaria, & communiter DD. Bartol. & alii DD. in *leg. Commissa. ff. de Pub. & vestig.* Sed advertendum, quòd contra prædicta facit textus formalis & expressus in *cap. 2. de Præscription. lib. 6.* ubi disponitur, quòd in crimine hæresis post mortem potest procedi infrà quadraginta annos, & imponitur pœna confiscationis bonorum, quæ nocet hæredibus, & aliis quibuscumque possessoribus; & *ibi* notat & commendat Glossa ordinaria, & communiter DD. & reperio quòd Abbas Panormitanus tangit istam difficultatem in *cap. Cum nobis de Præscript. 3. column. num. 8.* & finaliter dicit, quòd textus in *dist. leg. 2. Cod. de Apostatis.* & superior sententia & conclusio ex eo illicita procedat & habeat locum quando bona veniunt applicanda fisco seculari: textus verò in *dist. cap. 2.* procedat & habeat locum quandò bona veniunt applicanda fisco Ecclesiæ: quem sequitur *ibi* Felinus 3. column. num. 11. Sed, salva eorum pace, in hoc subtili & necessario articulo ego dico

G

&

teneo pro firma veritate, quod cum hodie in crimine hæresis procedatur attentata dispositione juris Canonici, per quod inducitur ista quadragenaria præscriptio, de qua per textum in dicto cap. 2. de Præscription. lib. 6. licet bona applicentur fisco sæculari, ut in cap. Excommunicamus. el 2. §. Damnatus, de hæret. quod indistinctè possit cognosci infra quadraginta annos: & textus ille in dict. leg. 2. Cod. de Apostatis, & superior doctrina ex eo illicita habeat locum & procedat in crimine læsæ majestatis humanæ, & in crimine contra naturam, & in omnibus aliis criminibus, in quibus potest procedi post mortem delinquentis: Quod reputo singulare & quotidianum.

82 Adde tamen, quod licet regulariter delictum extinguatur morte, etiam quoad pœnam confiscationis bonorum, ut supra dictum est; tamen debet intelligi quando reus delinquens moritur ante sententiam definitivam latam contra eum, etiamsi lis fuerit contestata; secus tamen est, si moriatur post sententiam transactam in rem judicatam; quia tunc pœna confiscationis bonorum benè transit ad hæredes; textus est in leg. Ex judiciorum. ff. de Accusat. & ibi Bartol. Alber. & communiter DD. Et idem est, si reus delinquens solemniter in judicio erat confessus crimen, aut erat contra eum facta legitima probatio & postea mortuus est; quia isti casus æquiparantur sententiæ; & tunc pœna confiscationis bonorum etiam transit contra hæredes; ita singulariter Bald. in leg. unic. Cod. Ex delictis defunctor. 2. column. num. 3. Quod certè non videtur verum: quia dato quod isti duo casus æquiparentur sententiæ; tamen debent intelligi sententiæ non transactæ in rem judicatam, sed existentes infra tempus datum ad appellandum; & licet moriatur post sententiam latam, si non transit in rem judicatam, pœna confiscationis bonorum non transit ad hæredes, ut supra dixi, & statim infra proximè allegando glossam unicam ad hoc: ergo nec in his duobus casibus qui æquiparantur sententiæ.

Item adde, quod prædicta debent intelligi quando talis reus delinquens mortuus est post sententiam definitivam transactam in rem judicatam; secus tamen est, si ab ea erat appellatum, vel mortuus fuit infra tempus datum ad appellandum; quia tunc pœna confiscationis bonorum non transit ad hæredes: ista est Glossa singularis, & unica in leg. Ex judiciorum. ff. de Accusat. quam ibi ad hoc reputant singularem & unicam Bartol. Alberic. & Angel. post Dyn. & Antiquos: illam etiam reputat unicam Imol. in leg. Defuncto, infra isto titul. de Public. judic. 1. column. Salyc. in leg. fin. Cod. Si reus, vel accusat. mort. fuer. illam etiam reputat singularem & unicam Bald. Angel. in leg. Qui à latronibus.

in §. 1. ff. de Testament. Bald. in leg. unic. Cod. Ex delictis defuncti. 3. column. num. 4. idem Bald. in cap. Quoniam contra falsam de Probat. penult. column. licet Jacob. de Raven. in dict. leg. Ex judiciorum, quem refert ibi Bart. tenebat contrarium, imò, quod indistinctè pœna transit contra hæredes eo ipso quod est lata sententia, modò ab ea sit appellatum, modò non; & licet Bartol. concordando opiniones dicat, quod eo casu quæ hæres appellavit, sit vera sententia Glossæ aliàs non. Sed his non obstantibus, sententia & conclusio Glossa superiùs allegata est vera & tenenda: Pro qua est primò textus expressus in lege final. Cod. Si reus vel accusat. mort. fuer. & ibi notant & commendant Cynus & alii DD. Secundò facit ratio concludens: quia sententia, & pœna confiscationis in eo contenta non habet effectum consummatum quando ab ea est appellatum, vel potest appellari; imò reducitur lis & causa principalis ad statum, in quo erat ante litem contestatam: textus est singularis in leg. Ita demum. Cod. de Procuratorib. & ibi Bald. & communiter DD. Tertio confirmatur per textum in leg. Post rem judicatam. ff. de Transact. ubi habetur, quod licet transactio non valeat, tamen benè valet & tenet quando ab ea est appellatum, vel quando fit intra tempus datum ad appellandum. Quarto etiam facit textus singularis & unicus in suo casu in cap. Solum de Appellation. lib. 6. ubi disponitur, quod attentata post appellationem, vel post tempus datum ad appellandum, revocantur per judicem appellationis: quem ad hoc reputant singularem & unicum Anchar. & alii DD.

83 Item etiam prædicta intellige, quando pœna confiscationis bonorum venit in consequentiam delicti: secus si principaliter in sententia fuit imposita pœna bonorum; quia tunc indistinctè transit post mortem, licet à sententia sit appellatum, vel duret tempus datum ad appellandum: ita probat text. in l. 3. Cod. Si penden. appellation. mors. interven. & ibi Cyn. Bart. Bald. Paul. Salyc. & communiter DD. cujus ratio est: Quia quando principaliter imponitur pœna confiscationis bonorum, videntur duæ sententiæ; sed quando ponitur accessoriè, & in consequentiam delicti, extincto ipso delicto, de quo principaliter agitur, extinguitur pœna bonorum, & reputatur unica tantum sententia; argumento textus in leg. Etiam. §. 1. ff. de Minor. text. in leg. Quædam mulier. ff. Familia ercisc. textus in leg. Cornelia pia. ff. de Jure patronatus. Unum tamen est benè notandum circa prædicta: quod licet post mortem rei delinquentis extinguatur iudicium, quod contra eum pendeat, ut supra dictum est; tamen benè potest hæres ejus instare & petere à iudice, ut declaret defunctum tale delic-

lictum non commisisse, habita & recepta super hoc informatione & probatione vera & juridica; & iudex tenetur facere pro evitanda infamia defuncti, & conservanda ejus memoria: ita probat text. singularis, & unicus in jure in leg. filio, §. Seia, ff. de Adimendis legatis, quem ibi ad hoc summè notat & commendat solus Alber. & in terminis illum textum ad hoc reputat singularem & unicum Bald. in leg. una, Cod. Ex delictis defunctorum 2. col. Et istud teneo, licèt Salycet. in leg. 1. Cod. Si reus vel accusator mort. fuer. 1. colum. teneat contrarium ea ratione, ne iudicium claudiet. Sed ad hoc respondeo, quòd favor liberationis hoc operatur, sicut alios plures effectus, & specialitates operatur; argumento text. in leg. Interpretatione, ff. de Pœnis, text. in leg. Absentem, eod. tit. text. in leg. Respicendum, eod. tit. cum similib.

84 Item adde, quòd prædicta procedunt quando delictum est publicum, & venit imponenda pœna corporalis, & pœna bonorum fisco applicanda; secùs tamen est si delictum sit privatum, & ex eo venit imponenda pœna civilis pecuniaria parti applicanda ut in delicto furti, vi bonorum raptorum, injuriæ, vel simili delicto; quia tunc, si reus delinquens moriatur ante accusationem propositam, vel ea proposita ante litem contestatam, extinguitur & annullatur delictum: tamen si decedat pendente accusatione, & lite jam contestata; tunc iudicium & instantia, & per consequens illa pœna bonorum transit contra hæredes: text. est in leg. Ex iudiciorum, versic. fin. ff. de Accus. text. in leg. unic. Cod. Ex delictis defunctorum, text. in §. Non autem omnes, Instit. de perpet. & tempor. action. & utrobique comm. DD. & idem disponit lex 25. tit. 1. part. 7. * Ex quibus dixi & iudicavi in contingentia facti; quòd mortuo iudice qui fecit litem suam ante litem contestatam, non teneantur hæredes ejus cum teneatur ex quasi delicto, argum. text. in §. 1. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nas. & ibi DD. & in terminis ita tenet Paris de Puteo in tractatu syndicus in verb. Hæres, fol. 126. num. 4. * Ex quo ego infero unum satis singulare, quòd vidi de facto; quòd si quis stupravit virginem, & decedat ante litem motam, & litem contestatam, non poterit talis virgo corrupta superveniens agere contra hæredes pro damno & interesse, vel dote. Quod est verum & procedit de jure Civili; sed de jure Canonico & ejus æquitate benè poterit petere, & tenetur hæres exonerare conscientiam ipsius defuncti, ut infrà proximè dicam: & in terminis in nostro casu & quæstione reperio quòd ita tenet solus Collectarius in cap. 1. de Adulteriis, 2. column. num. 2.

85 Item adde, quòd mortuo accusatore, &

Tom. III,

sic offenso, qui passus est delictum, actio vel accusatio civilis pecuniaria sibi competens transit ad ejus hæredes indistinctè, modò decedat post litem contestatam, modò ante: Quod intellige, quando competit propter rem familiarem; damnum, vel interesse quod præterit & sibi deficit ut in delicto furti, vi bonor. raptor. legis Aquiliæ, & similib. secùs tamen est si competat ad meram vindictam, ut in delicto injuriæ, & alio simili; quia accusatore defuncto, qui injuriam passus est, non transit ad hæredes, nisi ante mortem ejus lis fuerit contestata; text. est in leg. 1. §. Hæredem, ff. de Privat. delict. & ibi Bart. & communiter DD. textus in leg. Quod diximus, §. Hæc actio, ff. quod metus causa, text. in leg. Si verò, §. Hæc autem, ff. de His qui dejec. vel effuder. text. in leg. Inde Neratius, §. Si infans, ff. ad leg. Aquil. text. in leg. Hæc actio, ff. de Calumnia, textus in leg. Injuriarum actio, la 1. ff. de Injur. textus in leg. 1. Cod. Ex delict. defunctor. textus in §. Non autem omnes, Instit. de Perpet. & temp. act. & idem disponit leg. 25. tit. 1. part. 7. & leg. fin. tit. 9. part. 7. & leg. 2. tit. 13. part. 7. Et quæ dicatur propriè actio pœnalis civilis propter rem familiarem, vel propter vindictam? ponit gloss. singularis & unica in leg. 2. §. Emancipatus filius, ff. de Collat. bonor. quam ibi notant & commendant Bart. & alii DD. & reputat singularem & unicum Imol. in leg. Interdum, infrà isto tit. 1. col. idem Imol. in leg. Rei judicatae, §. 1. & ibi Alex. & Moderni, similis tamen Glos. est in leg. Pro hærede, §. final. ff. de Acquir. hæred.

Ex quibus inferitur, quòd actio de dolo, vel actio quòd metus causa, vel alia actio pœnalis pro ipsa re, vel pro interesse, vel damno non competit contra hæredes delinquentis, nisi post litem contestatam, vel nisi aliquid ad hæredes perveniat, vel saltem sunt ex eo facti locupletiores: text. est in leg. Quod diximus, §. final. ff. Quod metus causa: textus in leg. Hæredem, ff. de Calumn. text. in in leg. Hæredem, ff. de Dolo, text. in leg. fin. Cod. Rerum amotarum: textus in leg. Sicuti pœna, ff. de Regul. jur. text. in leg. unica, in fin. Cod. Ex delictis defunct. text. in leg. 1. §. fin. ff. de Vi, & vi armat. text. in leg. 1. §. final. ff. Ne vis fiat ei, textus in leg. Inde Neratius, §. Si infans, ff. ad leg. Aquil. text. in l. 1. §. final. ff. de eo per quem fac. est, textus in leg. 3. §. fin. ff. Si mensor fals. mod. dixer. text. in leg. 3. tit. 15. part. 7. & in leg. 3. tit. 16. partit. 7. Quod limita & intellige, præterquam in furto, propter ejus frequentiam; quia conditio furtiva transit contra hæredes pro æstimatione rei, licèt nihil ad eos perveniat: text. est in leg. Si pro fure, §. fin. ff. de Condit. fur. & ibi communiter DD. Advertendum tamen, quòd

prædicta debent intelligi de jure Civili, & ejus rigore: secus tamen est de jure Canonico, & ejus æquitate; quia tenentur hæredes quatenus patiuntur vires hæreditariæ, & possunt compelli per judicem Ecclesiasticum solvere, etiamsi sint laici, & in terris imperii, pro exoneranda conscientia defuncti: ita probat text. in cap. fin. de Sepulturis, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. text. in cap. In litteris, de raptor. text. in cap. Tua nos, de usuris, & utrobique DD. tenet etiam Bart. in l. 1. ff. de Privat. delict. Bald. in leg. unic. Cod. Ex delict. defunct. fin. colum. & ibi alii DD. & istam dicit communem opinionem, Abbas in dict. cap. fin. de Sepulturis.

86 Item adde, quod defuncto accusatore, poterit quilibet alius accusare, & repetere accusationem & eam assumere in eodem statu infra triginta dies; postea verò non poterit repetere, sed accusare de novo: text. est notabilis in leg. Libellorum, §. fin. ff. de Accusat. & ibi Bart. & communiter DD. Quod intellige tam in delicto publico, quam privato. Et deficiente accusatore, poterit judex ex officio repetere vel accusare de novo; ita tenent ibi Bart. & communiter DD. Salycet. in leg. Qui de crimine, Cod. de Accusat. Imol. in leg. penult. ff. de Public. jud. & sic remanet resolutus prædictus articulus.

87 Item quæro, an, & quando in delictis habeat locum remissio? In quo breviter dico, quod in contractibus & causis civilibus sortitur quis forum ratione originis propriæ, vel paternæ; text. est in leg. Assumptis, §. Filius ff. Ad municip. & ibi Glossa ordinaria: text. in leg. 3. & per tot. Cod. de municip. & orig. lib. 10. Item etiam ratione domicilii, & longæ habitationis: text. in leg. Incola, ff. Ad municip. Item ratione contractus celebrati, si ibi invenietur: text. in leg. Heres, §. 1. ff. de jud. textus in cap. Romana, §. Contrahentes, de foro comp. lib. 6. quos modos ponit Glossa ordinaria in dict. leg. Heres, §. Proinde, & ponit lex 32. tit. 2. partit. 3. In delictis verò licet quis sortiatur forum in loco originis, & domicilii; tamen præcipuè sortitur in loco commissi delicti: text. est in leg. Si cui, §. penult. & fin. ff. de Accuss. textus est in leg. 3. ff. de Offic. præsid. text. in cap. 1. de raptor. & in capit. 2. de constit. lib. 6. Quo præsupposito, dubium nostrum est: si reus delinquens reperiatur in loco originis, vel domicilii, & ibi capiatur, an teneatur judex illius loci remittere ipsum delinquentem, & causam & processum ad judicem loci commissi delicti per litteras requisitorias? Glossa ordinaria in leg. Si cui, §. fin. ff. de Accusat. tenet quod judex potest remittere ex urbanitate, non tamen tenetur de necessitate, remittere: cujus ratio potest esse, licet Glossa non dicat: quia

par impari non habet imperium, ut in leg. Nam magistratus, ff. de Arbit. Secunda principalis opinio est, quod si judex domicilii, vel originis cœpit jam cognoscere de delicto, & præoccupavit causam, non tenetur remittere; aliàs sic: ita tenet Ancharan. in repet. textus in cap. Postulasti, de foro compet. supra col. 2. oppo. numer. 4. Quod dictum reputat singulare Alexand. in leg. Divo Pio, §. Sententiam, cap. Romæ, 1. colum. ff. de Re judic. Sed breviter in hoc articulo resolutivè dico, quod indistinctè judex requisitus teneatur remittere; ita probat textus in Authent. ut nulli judicium, §. Si verò quis comprehensorum collat. 9. textus in leg. Si cui, §. final. ff. de accusat. & ibi Rayn. Bart. Alber. & DD. dicentes, quod urbanitate potest remittere, si vult, antequàm ab eo petatur; sed postquam ab eo petatur, tenetur remittere ex necessitate: & tenet Glos. ordin. in clem. pastoralis, de re jud. & illam Glossam reputat singularem Imol. in leg. pen. ff. de Public. jud. 2. colum. probat etiam Gloss. in cap. fin. de foro competent. & ita tenet Abbas 3. colum. num. 15. Bald. in dict. leg. pen. Cod. de execut. rei judic. colum. 9. num. 29. Hyppol. in sua pract. §. Opportune, num. 32. & probat aperte leg. 2. & 3. tit. 17. lib. 8. ordin. Et istam conclusionem extende, ut judex teneatur remittere ad judicem loci delicti, sine eo quod constet delictum esse commissum in jurisdictione petentis remissionem; & etiam nulla præcedente causæ cognitione: & in terminis ita tenet Bart. in dict. §. Si quis comprehensorum, 2. colum. 2. quest. Alberic. & Angel. in dict. leg. Si cui, §. fin. ff. de Accusat. Salyc. in dict. Authent. Si verò criminis, Codic. de Adulter. 2. colum. num. 5. penult. colum.

88 Item principaliter quæro, an eo casu quo plures committunt delictum, omnes teneantur? & an sententia absolutoria, vel condemnatoria, lata in persona unius prosit, vel noceat aliis? In quo articulo facio sequentes notabiles conclusiones. Prima conclusio: In delictis non connexis à pluribus commissis, unusquisque principaliter & de per se tenetur; & tali casu sententia absolutoria, vel condemnatoria lata in persona unius, nec prodest, nec nocet aliis, nec poena ab uno soluta corporalis, vel pecuniaria liberat alios: text. in leg. Si quis ad quod, §. fin. cum leg. seq. ff. de Jur. omn. jud. textus in leg. fin. eod. tit. text. in leg. item Mela, §. 1. ff. ad leg. Aquil. text. in leg. 1. in princ. Cod. de con. fur. Cujus ratio est, quia in qualibet persona censetur proprium delictum principaliter & de per se. Nec obstat si dicas, quod quando plures tenentur in solidum ex uno eodemque facto, vel obligatione, solutio unius liberat alios, ut in l. 2. ff. de

de Duobus reis & in leg. 1. Cod. eodem tit. & tradit plenè Bart. & DD. in *Authen. hoc ita, eodem titul.* Quia respondeo, quòd illud procedit in contractibus, in quibus omnes tenentur respectu unius interesse rei, vel summæ deductæ in obligatione; undè, solutione facta ab uno, meritò liberantur alii: secus tamen est quando tenentur ex delicto principaliter ad pœnam; quia tunc solutio facta ab uno non liberat alios, quia videtur solvere pro suo proprio & distincto delicto: & iste est sensus prædictorum jurium. Ex quo infertur, quòd si plures teneantur etiam ex delicto, vel dolo ad rem vel interesse, & non ad pœnam, solutio unius benè liberat alios; textus in leg. 1. in 2. part. Cod. de con. fur. text. in leg. 1. §. Si plures, ff. de Eo per quem factum erit. Unum tamen est, quòd omnes prædicti delinquentes possunt accusari simul in uno eodemque libello; text. in leg. 1. Cod. Si reus vel accusator mort. fuer. text. in leg. Qui pupillam, §. fin. ff. de Adult. text. in leg. Vim passam, in fin. eod. tit. quo casu benè poterit iudex ferre sententiam contra unam, si liquet de causa, & contra eum exequi sententiam, licèt processus instantiâ adhuc duret contra alios: ita probat text. notabilis in leg. de Unoquoque, ff. de re jud. Item etiam, si contra plures feratur sententia, & unus appellavit, alter non, potest iudex statim sententiam mandare executioni contra non appellantem; contra alium verò non, sed durabit instantia appellationis, text. in leg. minoribus, Cod. de His quibus ut indig.

89 Secunda conclusio: In delictis connexis sententia absolutoria lata in favorem unius prodest alteri: textus in leg. Denunciasset, §. final. ff. de Adulter. Sed adde, quòd ille textus debet specialiter intelligi in adulterio, propter favorem, & decus matrimonii: unde secus est in aliis delictis etiam connexis, ut in crimine incestus, stupri, sodomix, & similibus: ita tenet Bart. in dict. leg. Denunciasset, §. fin. & idem disponit hodie lex 19. tit. 17. part. 7. quæ sic debet intelligi. Item adde, quòd fortè ex ista ratione in delicto adulterii non poterat quis accusare simul adulterum, & adulteram, sed successivè & de per se, ut in leg. Reos, Cod. de Adult. & in leg. Si maritus, la 2. §. fin. ff. de Eo. Sed hodiè attendita leg. Ordin. 2. tit. 15. lib. 8. benè potest eos simul accusare: non tamen credo, quòd necessitetur eos simul accusare; licèt quando eos repetit in crimine fragranti, non possit unum occidere sine alio: unde etiam stante dict. leg. Ord. potest praticari & habere locum ista conclusio in adulterio, quòd sententia absolutoria lata in favorem adulteri prodest mulieri; de quo articulo latiùs dicam infrà ista repetitione in crimine adulterii. Sententia tamen condemnatoria la-

ta contra unum non præjudicat alteri, etiam in delictis connexis; imò etiam in adulterio: ut est casus formalis in dict. leg. Denunciasset, §. fin. & in dict. leg. part. per rationem notabilem quam ibi ponuntur illa jura.

90 Tertia conclusio notabilis est: quando delictum est commissum ab uno principaliter, & pœna bonorum pervenit ad alium in consequentiam sententiæ, & condemnatio principalis nocet alteri, qui tenetur in consequentia: ita probat textus in leg. 1. Cod. Ubi causæ fiscales textus in leg. Quisquis, §. Filii verò, Cod. ad leg. Jul. majestat. per quæ jura istam theoreticam & doctrinam ponit Bart. in leg. Cum filiusfamil. ff. de Verbor. obligat. 2. column. & ibi Angelus de Perus, Imol. Alexand. Socin. Jas. & communiter DD.

Ex qua conclusione & doctrina. Primò infertur, quòd sententia lata contra occisores alicujus defuncti, nocet & præjudicat hæredibus, qui mortem non vindicaverunt: ita Bart. in dict. lege 1. Cod. Ubi causæ fiscales, per textum ibi: Idem Bart. in leg. 1. Cod. de His, quib. ut indiget. Sed contrarium tenet Paul. in dict. leg. 1. Cod. Ubi causæ fiscales, quin imò processus debet de novo agitari cum hæredibus; quia fortè ignoraverunt quòd defunctus fuit interfectus; vel aliam justam causam defensionis habuerunt. Sed Corneus notabiliter concordat in dict. leg. 1. Cod. de His quib. ut in dict. 2. col. dicendo, quòd sententia contra occisores lata nocet hæredibus quantum ad hoc, ut constet defunctum esset occisum, & ampliùs non requiratur probare; non tamen præjudicat quoad hoc ut statim bona auferantur hæredibus, sed tunc requiritur processus, citatio, & sententia cum eis.

Secundò infertur, quòd si delictum est tale, ex quo prohibetur alienatio bonorum à die commissi criminis; sententia lata contra principalem delinquentem præjudicat possessoribus, in quibus bona reperiuntur alienata; ita probat textus in leg. Quisquis, §. Filii verò, Cod. ad leg. Jul. majest. text. in cap. Cum secundum leges, de hæred. lib. 6. & in terminis ita tenet Bartol. in dict. leg. Cum filiusfamil. ff. de Verbor. obligat. 2. col. & ibi communiter DD. quod est notabile pro extensione & declaratione textus cum materia in leg. Post contractum, ff. de Donat.

Tertiò infertur, quod sententia lata contra servum, qui commisit aliquod delictum capitale, nocet & præjudicat domino non citato, nec vocato, & potest mandari executioni contra servum: ut dixi suo loco. Quartò infertur, quòd si ex forma legis vel statuti pater tenetur solvere pœnam pecuniariam filii, quatenus tangit legitimam suam, sententia lata contra filium nocet & præjudicat patri non vocato, nec citato: ita Bartol.

in

in dict. l. Cum filiusfam. de Verbor. oblig. 2. column. & communiter DD. idem Bartol. in questionibus suis, quæst. 3. secus tamen est: si processus principaliter ordinetur contra jus tertii, & in ejus præjudicium, ut quando fit discussio in bonis debitoris ad effectum ut perveniatur in tertium possessorem pignorum, vel fidejussorem; quia tunc requiritur eorum citatio: ita notat Angelus in dict. leg. Cum filius, ff. de Verbor. oblig. in fin. & ibi Moderni.

91 Quarta conclusio quæ à fortiori ex superioribus inferitur. Quod si innocens, qui non commisit delictum, ex ignorantia vel malitia judicis, vel testium condemnatus & occisus est, & postea reperiatur & verè constet de illo qui maleficium commisit; quod pœna innocentis non liberat eum, sed tenetur pœna delicti, & ei debet imponi pœna mortis.

A D D I T I O N E S.

S U M M A R I U M.

- 1 Materiam explicantes referuntur.
- 2 Delictum publicum dicitur, quod principaliter respicit offensam Dei, inter alia.
- 3 De blasphemia, & ejus pœna.
- 4 Pœna carceris pro uno mense imposita blasphemis, & an hic mensis debeat esse continuus?
- 5 Publica delicta quæ alia dicantur.
- 6 Accusatio quanto tempore duret in quolibet delicto, & de ejus præscriptione?
- 7 Quid in officio Judicis?
- 8 Restitutio non conceditur minori adversus lapsum temporis ad accusandum.
- 9 Diuturnitas temporis post delictum commissum an sit causa minuendi pœnam?
- 10 Quæ delicta dicantur privata?
- 11 An Judex ex officio possit procedere in privatis delictis, & an sint punienda quæ proponuntur via exceptionis?
- 12 Quare in delictis privatis actio civilis præjudicet criminali?
- 13 Procurator an admittatur in causis criminalibus?
An admittatur defensor, seu excusator pro absente?
- 14 Procurator an admittatur in causis dignis relegatione, vel pœna pecuniaria?
- 15 An procurator pro reo incarcerato admitti debeat?
- 16 An ad appellandum, vel pro persona illustri Dominus pro servo, pater pro filio, maritus pro uxore, possunt comparere ad eorum

- defensionem pro suo interesse?
- 17 An processus sit nullus quando intervenit procurator in causis criminalibus?
 - 18 Semper pars offensa debet requiri per Judicem an velit accusare?
 - 19 De remedio l. Diffamari, an sit generale in quolibet casu vel delicto.
 - 20 Reus cui competit aliqua exceptio, an possit petere, ut testes examinentur ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam in civilibus?
 - 21 An reus possit provocare adversarium ad iudicium, si sibi competit aliqua exceptio?
 - 22 Reus in criminalibus potest petere testes examinari ad perpetuam rei memoriam.
 - 23 An & quando possit Judex præfigere terminum ad accusandum?
 - 24 An in omni causa possit assignari terminus ad petendum jus quod alicui competit?
 - 25 Unicam monitionem sufficere, ut excludatur accusator, & quando hoc contingat?
 - 26 Reus absolutus an possit iterum accusari?
 - 27 Reus condemnatus de aliquo delicto, an possit iterum accusari?
 - 28 An forensis, vel advena admittatur ad accusationem delicti publici?
Alia de forensibus, & advenis, & an ligentur statutis locorum?
 - 29 An peccet, qui accusat in crimine publico, vel privato?
 - 30 Accusatio de delicto publico, an sit actio, vel officium Judicis?
 - 31 Qui possint accusare?
Quid si pars non opponat, an Judex possit repellere accusatorem inhabilem?
 - 32 An inhabilis admittatur prosequendo suam, vel suorum injuriam?
De excommunicato.
 - 33 Clericus an possit accusare laicum coram Judice sæculari?
Quid de Monacho accusatore, vel accusato?
 - 34 Qui dicantur prosequi suorum injuriam?
Qui præferantur in accusatione, & pace facienda?
 - 35 Si plures accusent quis præferatur?
 - 36 De accusatore mortuo, vel impedito pendente accusatione.
Quid in accusante ob propriam injuriam?
 - 37 Testes recepti in prima instantia perempta, an fidem faciant in alia?
 - 38 Si delictum habet diversas pœnas, quæ sit imponenda?
 - 39 Si delictum diversis pœnis puniatur, an sufficiat unam imponere?
An possit tunc Judex variare?
 - 40 In crimine mixti fori, si reus est punitus per unum Judicem, an possit etiam puniri per alium,

- alium, & quid de pœnitentia imposita in foro conscientie, & de captura in hoc casu, & pœventione?
- Opinio Mexicæ improbatur.
- 41 & 42 In notoriis an sit necessaria accusatio, vel forma judicialis, & quando dicatur notorium!
- In notoriis non requiritur accusatio, nec probatio?
- 43 An citatio requiratur in delicto notorio?
- 44 An aliqua probatio requiratur in delicto notorio?
- 45 Sententia an requiratur in notoriis?
- 46 Judex an possit recusari in crimine notorio?
- 47 Appellatio an habeat locum in delicto notorio? Post inhibitionem Judex à quo non potest exequi sententia?
- 48 De delicto commisso in pœsentia Judicis.
- 49 Judex an possit procedere in delictis ex officio? Requisitum pœcipuum est ad inquisitionem; quod ante omnia constet de corpore delicti, Generalis Inquisitio quando fieri possit?
- 50 De modo procedendi per Inquisitionem.
- 51 Judex procedens ex officio, an debeat imponere pœnam ordinariam delicto? An possit eam moderare ex causa, vel minuire, seu augere?
- 52 An universitas seu civitas possit delinquere, & puniri?
- 53 Qualiter civitas, vel universitas puniatur. Universitas an possit excommunicari?
- 54 An etiam cives puniantur, quando civitas delinquit?
- 55 De minore delinquente, & ejus pœna.
- 56 De ætate requisita ad quodlibet officium jurisdictionis, vel non, & de Rege minore.
- 57 Minor an possit existere in judicio?
- 58 Pubes, vel proximus pubertati, an teneatur ex delicto?
- 59 Quid si delictum consistit in omittendo?
- 60 An impubes teneatur ex delicto carnis?
- 61 Quid si delictum est punibile statuto, seu consuetudine, & non jure communi? De minore extrahente res vetitas.
- 62 Minor viginti quinque annorum an sit puniendus pœna ordinaria in casibus quibus puniri debet?
- 63 An Judex pœcisè teneatur minorare pœnam minori, vel hoc sit in ejus potestate?
- 64 Minori dandus est curator in causa criminali.
- 65 Minor reus an teneatur jurare de veritate? Confiteri veritatem quando reus debeat?
- 66 An minor restituatur adversus confessionem?
- 67 Minor quando possit torqueri?
- 68 Senex quando teneatur ex delicto? De senectute plura.
- 69 De muto, & surdo delinquente.
- 70 Furiosus an teneatur ex delicto?
- 71 An delictum pœsumatur commissum tempore furoris.
- 72 An furiosus puniri possit durante furore ob delictum ante commissum?
- 73 Ebrius qui in ebrietate deliquit, an possit puniri?
- 74 Dormiens qui deliquit an puniatur? An irregularitatem incurrat?
- 75 An prodigus possit delinquere, & puniri?
- 76 De servo delinquente.
- 77 An absens possit accusari, & condemnari?
- 78 An delinquens post mortem possit accusari, & puniri, & cadaver suspendi, & an & quando hæres teneatur ex delicto defuncti?
- 79 In atrocissimis sententia exequitur in cadavere.
- 80 Casus in quibus morte delinquentis delictum non extinguitur.
- 81 Reus quando potest accusari post mortem intelligitur infra quinquennium.
- 82 Pœna confiscationis bonorum an transeat ad hæres mortuo reo post sententiam intra tempus ad appellandum?
- 83 Hæres delinquentis an possit petere, ut declaretur, defunctum non deliquisse?
- 84 In delictis privatis an pœna, & accusatio extinguantur per mortem rei? Quid de jure canonico?
- 85 An morte accusatoris extinguatur delictum vel transeat ad hæres?
- 86 An accusatore defuncto possit alius prosequi accusationem in publicis delictis?
- 87 De remissione delinquentis ad locum delicti.
- 88 Si plures deliquerunt, an sententia unius prosit vel noceat alteri?
- 89 An adulteri simul sint accusandi, & non unus sine alio.
- 90 Sententia lata contra principalem an noceat & ad quem pœna pertinet solutio in consequentiam? Sententia contra unum lata an alii pœjudicet?
- 91 Quid faciendum si post condemnationem appareat de innocentia rei, remissivè?
- 92 De sciente delictum esse committendum, & non revelante, vel impediente.
- 93 Delinquens an possit post sententiam innocentiam suam probare?
- 94 An judex possit agere, tollere, vel minuere pœnam à lege impositam?
- 95 Plures delinquentes an in solidum teneantur? Et quid in salariis debitis ab ipsis delinquentibus?

1 **D**Octores materiam delictorum prosequentes ferè infiniti sunt, & eam maxime pertractant in sua generalitate Bossius in Practica Crimin. tit. 1. & 2. ubi de delicto, & delinquente: Tiberius Decianus in suis tract. Criminal. part.

part. 1. lib. 1. cap. 1. & sequentibus Jul. Clar. lib. 5. *Receptar.* §. 1. Card. Tusch. littera D. Conc. 157. & sequentibus, usque ad 190. Vela in suo tract. de Delictis, ex cap. 1. Molin. de Justitia, tom. 4. Pichard. in rub. *Instit. de Obligationib. quæ ex delictis nascuntur*: Petr. Greg. in *Syn-tagm.* lib. 30. cap. 1. & sequentibus Aceved. in lib. 8. *Recop. per totam*: Farinac. in *Praxi*, q. 18. per totam, ubi agit, quid & quotuplex sit delictum, & in quo differat à crimine, & maleficio? & alia generalia de delictis, Carleval. de *Judiciis*, tom. 2. disp. 1. num. 20. ubi declarat quomodo contrahatur obligatio ex delicto? & alia per totam *disputationem*.

Ad num. 1. ibi: *Prima regula sit quod omne delictum, &c.*

2 Publicum esse omne delictum, quod principaliter respicit offensam Dei, resolvit hoc numer. 1. noster Gomez & comprobant latè Clarus, lib. 5. *Receptarum.* §. 1. vers. *Item omne delictum*, ubi ponit exemplum in blasphemia, deturbatione Ecclesiarum, vel imaginum, & aliis similibus, Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. num. 33. & latè Farinacius in *Praxi*, quæst. 18. num. 10. & quæst. 185. §. 3. ubi de hæreticis num. 24. Aceved. in leg. 1. titul. 1. lib. 8. *Recopilationis*, num. 27. Pichard. in §. *Publica Authent. Instit. de Public. judic.* ubi de crimine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ. An autem apostasia sit publicum delictum agit ipse Farinacius quæst. 183. num. 6. ubi publicum esse docet, & latè materiam explicat.

Item an inimicus admittatur ad accusandum in crimine hæresis? diversæ sunt opiniones, ut videri potest per Farin. *dist.* q. 185. ex num. 25. ubi num. 9. affirmativam tenet.

Ad num. 2. ibi: *Ex quo infero, &c.*

3 Blasphemiam, publicum delictum esse, & ejus accusationem cuilibet de populo competere, & blasphemum puniendum esse juxta dispositionem textus in leg. 5. titul. 4. lib. 8. *Recopilat.* & de gravitate hujus criminis agit in præsentem Gomez. & docent latè ferè omnes citati num. præcedenti, & Clarus in §. *Blasphemia*, Covar. in cap. *Quamvis pact.* 1. part. §. 7. num. 8. Bernardus Diaz in *Pract.* cap. 110. Per totum. Avila in cap. 23. *Prætor.* num. 2. Avendañ. de *Exequend. mand.* 1. part. cap. 20. num. 8. & 2. part. cap. 5. Salaz. de *Usu & consuetud.* cap. 5. numer. 3. & cap. 6. num. 13. Acevedus in leg. 5. & 6. tit. 4. lib. 8. *Recopilationis*, & per totum titul. & latissimè Farinacius in *Praxi*, quæst. 20. ex num. 2. ubi de gravitate hujus delicti, & ejus pœnis. Bobad. in *Politica*, lib. 2. cap. 17. num. 77. Villad. etiam in *Politica*. cap. 5. §. 47. Gutierrez lib. 4. quæst. 22. Azor. *Institut. Moral.* tom. 1. lib. 9. cap. 28. quæst. 3. & lib. 11. cap. 3. q. 2.

Castr. de *Justitia hæretic. punit.* lib. 1. cap. 12. Zerol. in *Praxi Episc.* verb. *Blasphemia*, & ibi Silvester, & omnes Summistæ, & doctissimus Pater Thomas Sanchez in *Summa*, lib. 2. cap. 32. Per totum, ubi declarat omnes modos blasphemie & num. 36. explicat, quæ sunt hæreticales, & quæ non: & num. 37. addit adversus Castr. & Cordub. quòd de hæreticalibus cognoscunt Inquisitores privativè, aliæ verò non hæreticales sunt mixti fori, & datur locus præventioni inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, Pradil. de leg. *Pœnali*, cap. 2. ubi refert pœnas adversus blasphemos de jure Divino, Canonico, Civili, nec non de jure Regio; & Pichardus ferè infinitos referens in *manuduct.* 3. part. §. 4. numer. 14. ubi cum aliis ait, quòd etiam in blasphemia hæreticalibus potest procedere, & punire Judex Ecclesiasticus vel Secularis, id probans, ex leg. 1. 5. & 6. tit. 4. lib. 8. *Recopilat.* ubi plures blasphemie hæreticales referuntur, & tamen earum punitio Judici sæculari demandatur, (quod an verum sit alterius judicio remitto) tandem asserit arbitrio Judicis pœnam imponendam in hoc crimine: vide Gratian. *regul.* 55. num. 41. & latissimè plurimos referentem, & pœnas utroque jure impositas commemorantem. D. Joseph. Vela de *Potestate Episcop.* ex num. 80. usque ad 88. & Parej. de *Editione instrumentorum*, tom. 2. tit. 6. *resolution.* 8. num. 37. & 38. ubi de pœna, & tortura.

Ad num. 3. ibi: *Circa quam se offert notabile dubium, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, &c.*

4 Pœnam carceris unius mensis impositam blasphemis, de mense continuo, & non interpolato esse intelligendam: ut hinc resolvitur, docent plures ex *suprà* relatis, & Cancer. in *Quæst. Crimin.* tit. de *Blasphemis*, col. penult. Gutierrez *Canonicar.* cap. 12. num. 25. Avendanus cap. 5. *Prætor.* in 2. part. n. 21. Pradil. in cap. 2. n. 6. & latè Aceved. in l. 5. tit. 4. lib. 8. *Recopil.* ex n. 15. ubi optimè advertit Avendanus, quòd non dicitur stare vinculis per spacium triginta dierum, qui discontinuè stat & quòd ista carceraatio debet esse vera, & non ficta, nec numerantur in triginta diebus illi, quibus blasphemus captus stetit ante condemnationem; nisi per reum ipsum fuerit facta protestatio super hoc, & per Judicem ita fuerit jussum, vide eum omninò.

Ad num. 4. ibi: *Secunda regula sit, &c.*

5 Omne delictum in offensam Principis, publicum esse, & etiam ubi hoc lege cavetur, ut hinc resolvitur, docent relati *suprà*, in addit. ad num. 1. maximè Clarus lib. 5. *Receptar.* §. 1. in princ. Farinacius tom. 1. quæst. 12. ex num. 8. & quæst. 18. num. 11. & 12. & seq. ubi enumerat crimi-

cris-

crimen læsæ Majestatis, adulterii, homicidii, parricidii, peculatus, falsi testamenti, vis publica, vel privata, ambitus, reperundarum, & annonæ; quæ latissimè prosequitur Pichardus in tit. *Instit. de Public. judiciis*, & in *manuductionibus*, 3. part. §. 1. num. 5. Carlevalius de *Judiciis*, tom. 1. *disputat.* 2. num. 810. & Suarez de Paz in *sua Practica*, 1. tom. 5. part. cap. 3. ex num. 23. Advertit tamen Pichardus ipse *dict. titul. de Publicis judiciis*, num. 8. & *sequentibus in principio tituli*, quod tribus modis crimina dici possunt publica, & quod aliquando licèt crimen sit publicum, non tamen omnibus permittitur accusatio: ut contingit in adulterio, & partu supposito; Acevedus in *leg. 1. titul. 1. lib. 8. Recopilationis*, ex num. 26. ubi num. 36. addit quod hodie ex usu & practica communi, & ex eo quod expedit Reipublicæ ne delicta remaneant impunita, in omnibus delictis admittitur accusatio per quemlibet de populo proposita, vel proceditur ex officio Judicis per inquisitionem, præterquam in verbis injuriosis alicui privato homini dictis; quod etiam sequitur Paz *ubi supra*, num. 51. vide etiam Thomam Sanchez in *consiliis Moralibus*, tom. 2. lib. 6. cap. 3. *dub. 2.*

An autem delictum quodlibet, in quo venit pœna applicanda fisco, dicatur publicum etiam si in se sit privatum? duas communes contrarias sententias adducit Cevallos *quæst.* 216. & vide omninò Farinacium in *Praxi*, *quæstione* 12. numer. 9.

6 Ad numerum 5. ibi: *Et resolutivè dico quòd durat, &c.*

Accusatio cujuslibet delicti quòd duret per viginti annos sive sit publicum, sive privatum, nisi lege contrarium sit stabilitum, docet Gomez in *presenti*, & comprobant Bernardus Diaz in *regul.* 19. Carrerius in *Pract. crimin. in tract. de Homicid.* §. 28. num. 1. Baldus de *Præscriptionib.* 4. part. 4. *partis principalis*, *quæst.* 2. in *principio*, Bossius in *Practica criminali*, in *tit. quomodo procedatur per actionem in delictis*, numer. 17. Bobadilla *lib. 5. cap. 3. num.* 136. & cum aliis Barbosa in *collect. cap. Licet causam, de probationib.* num. 22. vide *conclus.* 110. post opera Suarez, Gratianus *reg.* 364. & 450. numer. 10. Gomez. Bayo in *Praxi*, *lib. 1. cap. 24. num.* 193. Cevallos *quæst.* 679. num. 7. ubi numer. 8. cum Gregorio Lopez advertit, quòd in crimine adulterii transacto quinquennio actio præscribitur, quod ait currere à die scientiæ, ut tradit Quæsada in *quæstionib. cap.* 18. vers. *Secundus, quando maritus, &c.* etiam probat cum aliis ipse Cevallos, quòd actio injuriarum, & ejus præscriptio annalis (de qua latè Farinacius *infra*, ex num. 21.) non currit contra ignoran-

Tom. III.

tem, latissimè Farinac. in *Praxi*, *quæst.* 10. ex num. 2. ubi ponit pro regula resolutionem nostri Gomez. & eam ampliat, ut etiam procedat in inquisitione, quando Judex procedit ex officio: & *numeris sequentibus*, aliàs sex ampliaciones adducit, & totidem limitationes, & *cons.* 80. num. 18. Noguero. *allegat.* 12. ex num. 255. Paz. in *Praxi* 5. part. tom. 1. cap. 3. num. 83. Villadiego in *Politica* cap. 3. ex num. 172. & an actio tollatur ipso jure? Gratianus *suprà*.

7 Ad numerum 6. ibi: *quod extende ut procedat, &c.*

Etiam officium Judicis præscribi eodem temporis spatio quo accusatio in quolibet delicto docet cum multis (ut jam diximus) Farinacius cum aliàs per indirectum videretur concedi directo prohibitum, ut per eum videri potest numer. 3. *dict. quæstion.* 10. imò & si præscriptio non opponatur, reus debet absolvi, Noguero. *allegat.* 12. num. 145.

8 Ad numerum 7. ibi: *Rursus etiam extende, &c.*

Restitutionem non concedi adversus lapsum temporis ad accusandum, ut hic resolvitur, docent Afflictis *decis.* 390. num. 3. & 6. Gregorius in *lib. 4. tit. 19. part. 6. glos. 2.* Covarr. in *Pract. cap. 26. num. 4.* & Morla in *Emporio*, *titul. 5. quæst. 7.* Fachinæus *lib. 9. Controvers. cap. 38.* Farinacius *consil.* 40. ex num. 59. Caldas in *§. Læsis* ex num. 17. usque ad 27. ubi an concedatur restitutio ad accusationem facti, injuriarum, &c. & in *§. Vel adversarii dolo*, ex num. 37. & aliè relati *suprà*, in *cap. 14. tom. 2. num. 6.* & quos refert Gutierrez in *Authent. Sacramenta puberum*, num. 138. iterùm Farinacius *quæst.* 10. num. 84. de quo etiam vide Parlad. *lib. 2. Quotidianarum*, *cap. 11. ex num. 5.* ubi improbat opinionem nostri Gomez. in *presenti*, in vers. *Et idem est in lapsu termini, &c.* asserens restitutionem in integrum concedendam minori adversus omissam probationem, etiam in criminalibus; quamvis aliud dicendum sit, si restitutio ad accusandum ab eo petatur; vide Gratianum *regul.* 112. & Aviles in *cap. 1. Prætor.* verb. *Fiel*, num. 34. & vide *conclus.* 100. post opera Suarez.

9 Ad num. 8. ibi: *Tamen ex diuturnitate temporis, &c.*

Temporis diuturnitatem post delictum commissum, esse causam minuendi pœnam, præterquam si delictum sit reiterabile, vel si delinquens fuit accusatus post delictum commissum, ut hic resolvitur, docent Covar. *Variarum resolutionum*, *l. 2. cap. 9. num. 2.* Clarus *Receptarum*, §. *final. quæst.* 60. Caldas in *leg. Si curatorem*, §. *Læsis*, num. 27. Afflictis *decis.* 287. ex num. 1. ubi ait, Judicem in hoc casu posse homicidam ad pecuniariam compositionem admittere, Tiraquellus

H

de

de *Pænis tempor. caus.* 19. & eos & alios referens Farinacius in *Praxi*, *quest.* 10. *num.* 84. & *sequentibus*, ubi *num.* 85. cum Claro, Carrerio & aliis diuturnitatem temporis appellat decem, vel octo annorum, & *num.* 86. explicat primam limitationem nostri Gomez. nempe ut procedat quando reus continuavit delictum in eo perseverans, secus verò si emendatus fuit, ex tunc enim consideratur diuturnitas temporis: & *numer.* 87. contra secundam limitationem tenet, imò quòd si delinquens fuit accusatus, & protestatus, absens, vel coniectus in vinculis, locum debeat habere dicta resolutio potiori jure, præterquam si jam fuit condemnatus; & *num.* 9. limitat in crimine assassinii, vel hæresis, læsæ Majestatis, apostasiæ, simoniæ, & aliis in quibus diuturnitas præscriptionem non inducit: & tandem advertit dictam conclusionem procedere posse, dummodò delinquenti à tempore delicti perpetrati fuerit bonæ & laudatæ vitæ; præter quem, scilicet Farinacium, vide Parlador. *diff.* 51. *num.* 2. ubi textum in *leg. Si diutino*, ff. de *Pæn.* in quo præsens quæstio fundatur, aliter explicat; prout etiam fecit Suarez hîc, in *suis Annotationib. litter. C.* vide etiam Fachinæum *controv. lib.* 9. *cap.* 38. ubi eleganter dictam legem, & quæstionem declarat, & *Corr. lib.* 2. *Miscell. cap.* 20. & Eduardum Caldeiram *Variarum lectionum, lib.* 3. *cap.* 2. de *Erroribus*.

10 Ad numerum 9. ibi: *Delicta privata sunt illa, &c.*

Delicta privata esse illa, in quibus tantum accusare potest qui injuriam passus est, ut hîc resolvitur, docent Clarus *receptorum sententiarum, lib.* 5. §. 1. versic. *Privata autem delicta*, Scacia de *Sent. & re judicat. glos.* 14. *quest.* 19. *ex num.* 58. Paz. in *Praxi, tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 38. & 39. Acevedus in *leg.* 1. *titul.* 1. *lib.* 8. *Recopilationis, num.* 27. Pichardus in *principio, Institut. de Public. judic. num.* 14. Farinacius in *Praxi crimin. quest.* 18. *num.* 15. ubi enumerat crimen injuriarum, furti, damni, arborum furtim cæsarum, bonorum raptorum, & similia; & *num.* 16. addit quòd de jure Canonico omnia crimina sunt publica, de quo etiam agit *in q.* 1. ubi *num.* 10. ait, quòd hodie in omnibus delictis inquisitio formari potest, & dicitur remedium ordinarium ex generali consuetudine, quòd etiam diximus *suprà num.* 5.

Ad numerum 10. ibi: *Adverte tamen, &c.*

11 Diximus jam numero præcedenti, & *numer.* 5. quòd hodie ex generali consuetudine Judex potest procedere ex officio in omnibus delictis, quòd etiam optimè exornat Matienzo in *leg.* 1. *titul.* 14. *lib.* 5. *Recopilationis, num.* 1. *gloss.* 9. cum Padilla in *leg. Transigere, Cod. de Transact. num.* 50. & aliis pluribus, Farinacius

in *fragmentis, verb. Judex, num.* 972. & *cons.* 55. *num.* 57. Barbos. in *leg. Viro atque uxore, ff. Solutio matrimonio, num.* 11. & *seqq.* ubi an puniantur delicta opposita via exceptionis? & vide *infra, num.* 49. & Gregorius de Valentia 2. 2. *disputation. 5. quest.* 11. *punct.* 3.

Ibi: *Et cogitavi quòd ratio potest esse, &c.*

12 In delictis privatis quòd civilis actio criminali præjudicet, cum utraque tendat ad vindictam, docent Cujacius *lib.* 20. *observ. cap.* 25. & 26. Lancel. de *Attentat. 2. part. cap.* 4. *limit.* 23. *num.* 4. Thesaurus *decis. Pedemontana* 18. Clarus *lib.* 5. *Receptorum, §. final. quest.* 2. & *quest.* 9. ubi Baiardus, Gregorius Lopez in *leg.* 12. *titul.* 9. *part.* 7. *gloss.* 7. benè explicans Fachinæus *lib.* 9. *Controversiarum, cap.* 8. Paz in *Praxi 1. tom.* 5. *part. cap.* 3. *num.* 31. & 32. qui latè agunt de cumulatione actionis civilis & criminalis, de quo etiam Pichardus in §. *In summa, Institut. de Injur. num.* 13. Caldas in *leg. Si curatorem, §. Læsis, ex num.* 23. Barbosa in *leg.* 2. ff. *Solutio matrimonio, 1. part. ex num.* 138. & in *leg. Si ab hostibus, §. fin. num.* 47. & *seqq.* Thomas Sanchez de *Matrimonio, lib.* 10. *disp.* 8. *num.* 18. & *seqq.* Escobar. de *Ratiocin. cap.* 20. *num.* 6. Farinacius in *Praxi, quest.* 4. *num.* 40. & 9. 100. *ex num.* 117. & *consil.* 21. *lib.* 1. & *decis.* 201. ex quibus, & maxime ex doctrina Pichardi *suprà*, & in §. *His autem, Institut. de leg. Aquilia:* colliges per text. in *leg. unic. Cod. Quando civilis actio criminali præjudicet:* quòd quando civilis actio, & criminalis utraque tendit ad vindictam, ut actio injuriarum, tunc una alteram tollit, secus quando judicium civile est de re familiari, criminale autem de vindicta, & publica ultione, tunc enim una alteri non præjudicat: & latissimè de causa præjudiciali Carlev. *tom.* 2. *disp.* 6. *per tot. tit.* 2. & D. Larrea *decis. Granatens.* 98. *ex num.* 70. omninò videndus, & Scaccia de *Sententia, & re judicata, glossa* 14. *q.* 19. *ex num.* 51.

Ad numerum 12. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

13 Quòd in causis criminalibus non admittatur procurator, ut hîc resolvitur, docent Socynus in *regul.* 322. Clarus §. *final. quest.* 32. Vivius *Communium, opinione* 649. Menochius de *Arbitrariis, lib.* 1. *quest.* 80. *num.* 1. Scaccia de *Judiciis civil. & criminal. cap.* 101. *num.* 44. vers. *Si de accusation.* Chassan. in *Consuet. Burg. rub.* 4. §. 5. vers. *Et drodi, num.* 27. Paz in *Praxi, 1. tom.* 5. *part. cap.* 3. §. 6. *ex num.* 8. & plures referens Cevallos *quest.* 237. ubi etiam duas contrarias communes sententias adducit circa illam quæstionem, an valeant gesta per procuratorem non opposita hac exceptione? de qua *infra, num.* 16. & an debeat opponi ante litis contestationem, & *quest.* 289. ubi an quando proceditur contra ab-

sentem admitti debeat procurator? Pichardus in §. In summa, Institut. de Injuriis, num. 27. & latissimè Farinacius quæst. 99. num. 1. ubi discutit rationes dictæ resolutionis, & probat secundam à nostro Gomezio consideratam: & num. 6. ait quod in practica accusator admittitur per procuratorem, & per discursum totius quæstionis plures ampliaciones, & limitationes congerit usque ad num. 274. & inter eas quod admittitur procurator pro carcerato, vel pro infirmo, & aliis, eum omninò videas ante omnes, & conc. 55. in additione, littera A. & Pareja de Instrum. edit. tom. 2. titul. 6. resolut. 7. & Fachinæum Controversiarum, lib. 1. cap. 24. & pluribus sequentibus, & Barbosam in Collectan. cap. Veritatis, de dolo & contum. num. 8.

An autem pro absente contra quem proceditur secundum leges hujus Regni, possit admitti defensor, seu excusator? videri poterunt Gregorius in leg. 12. tit. 5. part. 3. noster Gomezius in leg. 76. Tauri, Parlador. Quotidianarum, parte 1. cap. 20. Paz in Praxi. 1. tom. 5. part. cap. 14. num. 16. & seqq. ubi etiam ait, quod coram Judicibus fraternitatis, vulgò, De la hermandad, talis defensor non admittitur; Farinacius latissimè in quæst. 99. ex num. 230. ubi quod admittitur ad probandam innocentiam rei: & num. 59. Cevallos quæst. 237. & 289. apud quos crebrius receptum est, defensorem & excusatorem admitti debere pro absente, quod nunquam practitari vidi, præterquam ad allegandas causas absentia, vel infirmitatis, & sic obtinui: sic ait ipse Cevallos in dict. quæst. 237. in fine, quod latissimè prosequitur, distinguit, & declarat Farinacius in dict. quæst. 99. ex numer. 275. omninò videndus, & Barbosa in Collectan. cap. 15. de Accusation. numer. 8. & 9. & novissimè Pareja de Instrument. edition. tom. 2. titul. 6. resolut. 7. maximè ex num. 24.

14 Ad numerum 13. ibi: Quod tamen intellige, &c.

Quod in causis relegationis temporalis, vel poena pecuniaria dignis, admittatur procurator, ut hic resolvit Gomezius, tenent Bossius in Practic. crimin. titul. an in criminali judicio, &c. numer. 5. Antonius Gabriel lib. 7. conclus. 9. numer. 9. Menochius de Arbitrariis, lib. 1. quæstione 80. ex num. 66. Clarus in §. fin. quæst. 32. numer. 5. Cevallos quæst. 289. num. 1. latissimè Farinacius dict. quæst. 99. ex num. 66. ubi ferè infinitos refert pro hac opinione, & eam communissimam appellat, nunquam tamen videmus aliquem audiri in prædictis causis, vel aliis per procuratorem, nisi sit incarceratus, vel se præsentaverit reus; postquam autem in vinculis coniectus fuit, etiam in causis gravioribus, in quibus venit imponenda poena mortis, vel alia,

Tom. III.

reum per procuratorem audiri cernimus quotidie, ut dictum manet num. præcedenti, & statim dicitur; vide Carlevalium de Judiciis, tomo 1. disputat. 2. num. 751. ubi quod poena exilii temporalis non est corporalis.

Ad numerum 14. ibi: Præterquam si reus delinquens, &c.

15 Reum carceratum, & positum in vinculis audiendum esse per procuratorem, licet dubius, resolvit Gomezius hic; & ita tenent Socyn. in Regul. 322. limitat. 11. Bossius in Practic. titul. An in criminali judicio, &c. num. 9. Clarus in Practic. §. final. quæst. 32. numer. 15. versic. Item quero, Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 80. numer. 46. Antonius Gabriel lib. 7. conclus. 9. ex numer. 16. & alii plures relati, & secuti à Farinacio, dict. quæst. 99. ex num. 134. ubi limitat præterquam in actibus, in quibus Judex indiget persona rei, veluti ad declarationem, seu confessionem, torturam, & alia, de quo etiam agit numer. 246. vide etiam Osualdum ad Donellium lib. 18. cap. 10.

Ad numerum 19. ibi: Item etiam limita, & intellige, &c.

16 Procuratorem admitti ad appellandum in causis criminalibus, & etiam pro persona illustri in ipsa prima instantia in crimine injuriarum, ut hic resolvitur docent Socyn. in Regula 322. limitat. ultima, Antonius Gabriel lib. 7. conclus. 9. numer. 78. Menochius de Arbitrariis, lib. 1. quæst. 80. n. 80. qui & alii relati à Farinacio in dict. quæst. 99. ex num. 175. tenent procuratorem admitti ad appellandum, quod benè explicat ipse Farinacius omninò videndus, ubi num. 180. agit quid de procuratore ad allegandam nullitatem.

Item de procuratore pro persona illustri, idem tenent Socynus in dict. regul. 322. limitation. 7. Antonius Gabriel dict. conclus. 9. numer. 52. Andreas Gail. de Pace publica, lib. 1. cap. 10. numer. 12. quod latè explicat, & declarant Farinacius dict. quæst. 99. numer. 115. & seqq. & Pichardus in §. in Summa. Institut. de Injuriis, ex num. 27. quos omninò videas.

Item quod dicta resolutio generalis non procedat in iis, qui pro suo particulari interesse comparent pro defensione absentis, ut dominus pro servo, pater pro filio, maritus pro uxore, Abbas, pro Monacho, Episcopus pro Clerico, Universitas pro suo Cive, Dominus pro vassallo, & alii similes quorum interest reum non condemnari; ii enim possunt absentem defendere, etiam in causis capitalibus: docent plures relati ab Antonio Gabriel lib. 7. conclusionem 9. numer. 47. & seqq. Menochius de Arbitrariis, dict. quæst. 80. ex numer. 60. & latè, & optimè declarans & alios referens Farinacius dict. quæstione

tione 99. ex num. 154. omninò videndus, Barbosa in *Collect. leg. final. Cod. de Noxalibus actionibus*, numer. 3. Gregorius Lopez in *leg. 10. titul. 1. part. 7.* & in *leg. 15. titul. 34. eadem partita*, Dinus in *regula, Raptum quis habere non potest: de Regulis juris*, in *additione littera G.* Aviles in *cap. 1. Prætor*, verb. *Ni hijos*, numer. 1. 3. 7. & 9. Villadiego ad *leges Fori*, *lege 9. tit. 5. num. 34.*

Ad numerum 16. ibi: *Sed contrarium est tenendum, &c.*

17 Processum esse nullum, etiam non opposita exceptione, si intervenit procurator in causis criminalibus, resolvit Gomez. & docent Menchaca *Usufrequent. cap. 2. num. 5. lib. 2.* Clarus *Receptarum. §. final. quæst. 32. num. 24.* & alii relati à Cevallos *quæst. 237. num. 3. ubi num. 4.* contrarium probat cum multis; imò quòd valeat processus, nisi prædicta exceptio oponatur ante litem contestatam tanquam dilatoria; & num. 5. addit cum Parladorio *lib. 1. cap. 20.* & aliis quod cum hodiè *ex leg. 3. tit. 10. lib. 4. Recopilationis*, possit Judex procedere contra absentem in causa criminali, licèt non admittatur procurator, debet tamen admitti defensor, quia expedit Reipublicæ absentes à quibuscumque defendi, de quo jam diximus *suprà numer. 13. & 14.* ubi de procuratore admittendo, vel non: Morla in *Emporio, titul. 2. numer. 55.* ubi etiam ex pluribus docet iudicium valere, ut dictum est, nisi à parte fuerit opposita exceptio: vide *suprà, dist. numer. 13. & 14.* & Farinacium *dist. quæst. 99. n. 243.*

18 Ad numerum 17. ibi: *Oportet quòd Judex requirat in actis offensum, &c.*

Semper offensus debet requiri per Judicem, an velit accusare, ut hìc resolvitur; docent communiter DD. ut constat ex Covarrubia, *cap. 1. Variarum, cap. 11. Ad finem*, Claro *lib. 5. Receptarum. §. final. quæst. 15. numer. 5.* Farinaciq; in *Fragment. verb. Inquisitio*, numer. 343. Saurez de Paz in *Practica. 1. tom. 5. part. cap. 3. §. 5.* ubi cum Julio Claro *suprà*, advertit, quòd non potest compelli hæres offensi ad accusandum, ipse tamen offensus benè potest compelli sub juramento declarare, & narrare seriè facti, licèt non compellatur ad querelandum, ut hìc probatur docet Barbosa in *Collect. cap. Licet, de accusationibus*, numer. 3. & omnes: vide etiam eundem Barbosam in *leg. unic. Cod. Ut nemo invitus agere, &c.* D. Larream, *decis. Granatensi 26. numer. 6.*

19 Ad numerum 18. ibi: *Et attendendam circa illam legem, &c.*

Remedium legis *diffamari. Cod. de Ingenuis manumissis*, locum habere in qualibet causa ci-

vili, ut hìc resolvitur, docent Covarrub. *lib. 1. Variarum c. 18.* Sarm. *lib. 1. Selectiarum, cap. 2.* Per tot. ubi plures refert, licèt ipse solùm in causa status locum habere dicat, Menochius de *Arbitrariis, casu 98. num. 7.* & de *adipiscenda poss. remedio 4. num. 357.* Philippus Portius in *Regul. 19. Afflictis decis. 268.* Gregorius in *leg. 46. titul. 2. part. 3.* Gratianus *Discep. tomo 1. cap. 85. & tom. 4. cap. 686.* Molina de *Primogeniis, lib. 3. cap. final. ex num. 22.* Gutierrez *consil. 51.* latè Pichardus in *Manuductionibus. 3. part. §. 4. num. 47.* Osualdus ad *Donnellum lib. 17. c. 4. Notatis littera G. & lib. 20. cap. 4. Notatis littera A.* ubi an excommunicatus possit hoc remedium intentare? & Tuschus *littera D.* verb. *Diffamatus*, quos vide, & Suarez de Paz in *sua Praxi, tom. 3. cap. 9. §. 1.* ubi docet in omnibus causis, etiam criminalibus, locum habere prædictum remedium; & num. 3. enumerat requisita necessaria ad illud: & latè, & optimè D. Larrea *decis. Granatensi 38. per totam*, post *Cancerium Variarum. 3. part. cap. 1. ex num. 54.*

20 Ad numerum 19. ibi: *Sed etiam poterit petere examinari, &c.*

Reum petere posse examinari testes pro sui defensione ad perpetuam rei memoriam, si actor differt agere, quamvis de eorum morte vel absentia non dubitetur, actorem verò hoc non posse petere, nisi verisimiliter constet de eorum morte, vel absentia, ut resolvit Gomez. docent in civilibus loquentes Misingerius *observat. 72. Centuria 4. vers. Secundus articulus*, Andr. Gail. *observat. 92. n. 8. & 9. lib. 2. Viv. opin. 922. num. 6.* Maschardus *conclus. 683. num. 1.* Menochius *lib. 2. præsumpt. 64.* & Garcia de *Novilit. glos. 48 num. 21.* & alii plures relati à Barbosa in *Collect. cap. Quoniam frequenter, ut lite non contestata, &c.* ubi ponuntur requisita ad hoc examen testium ad perpetuam rei memoriam, & in *cap. Signicavit, de Testibus, num. 2.* & latissimè Farinac. omninò videndus in *Praxi, q. 76. Per totum*, ubi fusissimè materiam explicat ex parte actoris, & ex parte rei plures ampliaciones, & limitationes congerens, Tuschus *litter. T. concl. 157.* Matienzo in *Dialogo 3. part. cap. 50.* & novissimè rectèque materiam explicans in causis notabilitatis, & aliis, Escobar in *tractatu de Puritate sanguinis, quæst. 14. Per totam*, quem, & Farinacium *suprà*, omninò videas; & vide *infra, n. 22.* & Scacciam de *Judiciis, lib. 2. c. 8. ex num. 119.* latissimè.

21 Ad numerum 20. ibi: *Imò etiam quòd magis est, &c.*

Quòd reus, cui aliqua exceptio competit; possit actorem ad iudicium provocare petens, ut declaretur, exceptionem sibi competere, imponatur

tur silentium actori, ut docet Gomez. *ex l. Si contendat. ff. de Fidejussoribus*, comprobant Rodericus Suarez *allegatione 4. ex num. 5.* Covar. *lib. 1. Variarum, cap. 18. num. 3.* Molina *de Primogeniis, lib. 3. cap. final. num. 22.* Gutierr. *consil. 51. latè & optimè declarans, Paz in Praxi, tom. 3. cap. 9. §. 2. Per totum: & vide etiam Sarmient. lib. 7. Select. cap. 6. num. 4.* Avendan. *in tit. de Except. num. 50.* Acevedum *in leg. 1. tit. 21. lib. 4. Recopil. num. 143.* & Cancerium *Variarum, 3. part. cap. 1. ex num. 54.* ubi benè declarat differentiam hujus remedii, & *l. Diffamari. Cod. de Ingenuis manumissis.*

22 Ad numerum 21. ibi: *Secùs verò in criminali ex parte accusatoris, &c.*

Resolutionem *suprà* traditam n. 20. de testibus recipiendis ad perpetuam rei memoriam declarat Gomez. *in præsentì*, ut non procedat in criminalibus, ex parte accusatoris, licèt procedat in reo, & ita etiam docent Speculator *in titulo de Teste. §. Nunc tractemus, num. 6. vers. Quid si criminaliter;* Andreas Gail. *observatione 92. num. 13. & sequentibus lib. 1. noster Gomezius in leg. 76. Tauri, num. 4.* Clarus *Receptarum. §. final. quæstione 44. in princip. versic. Et hoc adeò verum est: Tuschus littera T. conclusion. 158. num. 7. & seqq. & plurimos referens Farinacius in Praxi, quæst. 76; ex numer. 113. ubi num. 114. ampliat, etiam si testes sint valetudinarii, vel diù abfuturi, quia non recipiuntur, nec examinantur ex parte accusatoris; & num. 115. limitat quando de crimine agitur civiliter tunc enim poterunt ante litem contestatam examinari, senes, valetudinarii, abfuturi, ac si civiliter ageretur, & *numeris sequentibus*, aliàs plures limitationes congerit, quas per eum videre poteris; & num. 123. comprobat secundam partem prædictæ resolutionis, nempe quòd ex parte rei poterunt examinari testes ad perpetuam memoriam, etiam in criminalibus, eum videas, & *conc. 99. post Opera Roderici Suarez & latissimè Scacciam de Judiciis lib. 2. cap. 8. ex num. 119.**

23 Ad numerum 22. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Cum antea num. 18. dixerit noster Gomez. *remedium l. Diffamari*, posse intentari in quolibet Judicio, ut *ibi* videre poteris, nunc prosequendo materiam asserit, quòd semper Judex debet requirere offensum, vel eos qui suam, vel suorum injuriam prosequuntur, & eis præfigere terminum, ut declarent an velint accusare, vel non; nam aliàs si veniant ante probationem factam, & publicationem ejus, admittendi sunt (de quo etiam *infra in additione ad num. 26.*) & ita tenent Cœpola *in Cautela 27.* Hyppolitus, *in sua Practica. §. Constante, numer. 39.* Paris de

Puteo de Scindicatu, in part. dicit constitutio Regni, numer. 10. & eos, & alios referens Aviles in capitul. 1. Prætorum, verb. Fiel. num. 34. Barb. *in leg. 2. ff. Solutio matrimonio, in principio, numer. 110.* Clarus *Receptarum. §. final. quæst. 3. numer. 8. & D. Larrea decis. Granatensi 98. maximè numer. 13.* Aliquando autem quis compellitur accusare, ut filius de nece patris, Nabornia *de etate, anno 25. quæst. 41. numer. 13.*

24 Ad numerum 23. ibi: *Quod indistinctè in qualibet causa, &c.*

In qualibet causa prætendenti aliquod jus potest assignari terminus, ut illud deducat in judicio, ita Gomezius *in præsentì*, & comprobari potest ex iis quæ diximus *suprà* num. 19. & ex doctrina Avilesii, *dict. cap. 1. Prætorum, verb. Fiel. num. 34. & 35. & Tuschus littera D. conclusion. 411.*

25 Ad numerum 24. & 25. ibi: *Sed his non obstantibus.*

26 Et ibi: *In quo resolutivè dico, &c.*

Unicam monitionem sufficere ad hoc ut excludatur accusator, juxta *suprà* dicta, dummodo post lapsum termini Judex proferat sententiam interlocutoriam, in qua pronuntiet eum amplius non audiendum, vel quando tempore assignationis primi termini ipse Judex addat, & dicat, quòd termino elapso actor vel accusator amplius non audiat, resolvit *hic* noster Gomez. & docent plures relati, & secuti, ab Avilesio, *in dicto cap. 1. Prætorum, verb. Fiel. dict. num. 34.* ubi addit quòd sententia lata, non requisita parte offensa, ipsi non præjudicat, & Judex tenetur in syndicatu, si absolvit delinquentem. Et in *vers. Adeò quod transacto, &c.* advertit quod post terminum imposito silentio, minor non restituitur ad accusandum, ex decisione Text. *in leg. Auxilium. ff. de Minoribus, & Paz in Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 5. num. 8.* Tusch. *littera D. concl. 411. num. 16.*

Ad numerum 26. ibi: *In quo articulo breviter dico, &c.*

27 Nec accusatorem extraneum, nec Judicem ex officio posse procedere contra reum absolutum, nisi doceatur de prævaricatione primi accusatoris, vel Judicis, vel testium, vel Tabellionis, accusatorem verò, qui prosequitur suam, vel suorum injuriam, benè admittendum, licèt non doceat de prævaricatione, si habuit ignorantiam, vel fuit impeditus, docet Gomez. & tenent Bossius *in Practica Criminali, titul. de Sententiis, num. 60. & 64.* Clarus. *§. final. quæst. 57.* Scaccia *de Judiciis, lib. 1. cap. 12. num. 81.* ubi de absoluto ab uno Judice, an ab alio possit puniri? *Et in tractatu de re judicata glossa 14. quæstiane 7. ex num. 150.* ubi de absoluto simpliciter

ter

ter vel ab observatione iudicii, Gailus *de Pace public. lib. 2. cap. 11. num. 24.* Feder. inter opera Farinacii *resoluitio* 17. Tusch. *litter. A. conclus. 53.* latissimè materiam prosequens & amplians, & limitans, & latius Farinac. *in Praxi, 9. 4. Per totam*, ubi quatuor ampliationes, & undecim limitationes congerit, omninò videndus, & *num. 20. & sequentib.* declarat, quomodo probetur prædicta ignorantia; & *consil. 46. num. 14.* & iterum *quest. 187. ex n. 297.* ubi de hæresi Gregorius *in l. 20. tit. 22. partit. 3. glossa 27.* Gratianus *regul. 125.* Barbos. *in leg. 2. ff. Solut. matrimonio in princip. num. 109. & 110.* & alter Barbos. *in Collectanea cap. 6. de Accusat.* ubi de absoluto ob non probatum crimen.

28 Ad num. 27. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Reum condemnatum pro aliquo crimine non posse iterum accusari, etiam ratione alicujus qualitatis adjectæ; secunda verò accusatio cum illa qualitate quòd debeat admitti ante sententiam probat Gomez. *in præsentì*, & docent latè explicantes, Clarus *Receptorum. §. fin. quest. 57.* Bossius *in Præflic. titul. de Sententia, num. 64.* Boërius *in decis. 289. num. 1. & seq.* & plures referens Barbos. *in Collectanea cap. 6. de Accusationibus, Scaccia de Judiciis lib. 1. cap. 12. numer. 81. & 82.* & alii plures in unum congesti à Farinacio *in dist. quest. 4. num. 4.* ubi latè resolutionem Gomez. exornat, cum aliis declarat, quòd si illa nova qualitas diversificat delictum, aut condemnationem, & pœnam, verbi gratia, si absque qualitate accusatur de homicidio, cum qualitate autem de parricidio, tunc semel absolutus seu condemnatus de homicidio non prohibetur iterum accusari de illa qualitate diversificante delictum, si verò qualitas de novo proposita non diversificat delictum, licèt illius pœnam, & condemnationem augeat, tunc semel absolutus seu condemnatus de aliquo delicto non potest iterum accusari super illa qualitate, unde absolutus seu condemnatus de vulnere, non potest iterum molestari ex debilitatione membri secuta ex ipso vulnere; vide eum *per totam question. & quest. 7. num. 26.* & omnes relatos *num. precedent.* qui easdem ampliationes, & limitationes ferè applicat ad præsentem resolutionem: vide etiam Tuschus *littera C. conclusio. 571. Per totam*, & Larream *decis. Granatensi 50. ex num. 5.*

29 Ad numerum 28. ibi: *An debeat esse civis illius populi, &c.*

Etiam forensem, & advenam esse admitendum ad accusationem in publicis judiciis, ut *hic* resolvitur, docent latè Angelus, Gigas, & alii relati, secuti à Farinacio *in Praxi, questione 12. num. 11.* ubi laudat nostrum Gomez, & ejus solutionem ad *Textum in l. in Provinciali.*

§. final. ff. de Novi operis nuntiatione, Tuschus *littera A. conclusio. 160.* ubi quòd in crimine publico accusat omnis qui non reperitur prohibet, Paz *in Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. numer. 8.*

Et generaliter circa contractus, & alia forensium seu peregrinorum, & an possint uti privilegiis, & legibus locorum ubi reperiuntur, vel subijci eorum statutis, & ordinationibus? videbis Thomam Sanchez *de Matrimonio, lib. 3. disputation. 18. & disputat. 23.* Gregor. *in leg. 21. titul. 4. partit. 1.* Gratiarum *Disceptationum cap. 164. num. 9. & cap. 42. n. 34.* ubi an juvetur consuetudine loci? & *cap. 41. num. 41. & cap. 253. num. 2. 13. & 14. cap. 530. num. 39.* Avendanum *de Exequendis mandatis, l. 1. cap. 13. num. 10.* Molinam *de Justitia, num. 2. disputation. 337.* & latè Fagundes *in quinque præceptis Ecclesie, lib. 1. præcepto 1. cap. 7. & 8.* Acevedum, *in leg. 1. tit. 18. lib. 6. Recopil. Gutierrez lib. 4. quest. 42.*

30 Ad num. 29. ibi: *Sed salva ejus pace, &c.*

Sive in crimine publico, sive privato licèt proponi posse accusationem, & cum bona conscientia si fiat zelo justitiæ, & absque odio, & rancore, ut *hic* resolvitur, docent communiter DD. pœna enim & præmio universi cives in officio continentur, ut optimè exornat Pichardus *in Rubrica, Institut. de Publicis judiciis*, & in specie ita probant latissimè Didac. Perez *lege 1. glossa 3. titul. 3. lib. 5. Ordinament. Tiberius Decianus in suis tractatibus criminalibus. 1. part. lib. 3. cap. 4. & 5.* Paz *in Praxi. 1. tom. part. 5. cap. 3. num. 3. & seqq.* ubi probat, quòd aliquando accusatio cadit sub præcepto; nempe quando crimen publicum tendit in perniciem Republicæ, & per aliam viam communi bono consuli non potest, Barbosa *in Collectanea leg. unica. Cod. Ut nemo invitus agere vel accusare compel. num. 4.* Thomas Sanchez *in Consiliis Moralibus, lib. 6. cap. 1. dubio 26. & 28.* ubi quid si delictum probare non potest? & *dub. 29.* ubi an pactum vel juramentum de non accusando valeat? & latè & optimè materiam explicans omninò videndus Sayrus *in Clavi Regia, seu The-sauro casuum conscientie, lib. 12. cap. 14.* ubi distinguit inter crimen contra Rempubicam, & contra privatam personam, & variis propositionibus quæstionem resolvit, quam etiam doctissimè prosequitur Vicentius Filiucius *tractat. 40. in Octavum præcept. cap. 7. Per totum.* Ex quo sequitur, quòd si post institutam injuriarum actionem, injuriatus cum injuriante comederit, vel aliud simile fecerit, non actionem, sed animi rencorem remisisse videatur, nulla enim culpa est, jus suum prosequi, ut explicat Pichard. *in §. Hæc actio 12. Institut. de Injuriis, numer. 12.*

vide etiam Petrum Gregorium *Syntagm. lib. 32. cap. 7. num. 12.* & Gregor. de Valent. 2. 2. *disputation. 5. quæst. 12. punct. 1.*

31 Ad numerum 30. ibi: *Sed ego teneo contrarium, &c.*

Accusationem de delicto publico esse jus quoddam differens ab actione & officio Judicis, ut hic resolvitur, docent Parlador. *tom. 3. differens. 34.* ubi explicat quomodo differat actio ab officio Judicis nobili seu mercenario, Bossius in *Practica, titul. de Inquisitione, Cantera in quæst. crim. præludio 1.* & comprobatur ex ipsismet definitionibus actionis accusationis, & officii Judicis, de quibus (superiùs relati agunt, & Farinac. *quæst. 12. num. 2.* ubi quid sit accusatio; & Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. num. 2.* & optimè Pichardus in *principio Instit. de Publicis judicis, ex num. 21.* ubi *num. 25.* ait quòd criminales causæ, non exercentur per actiones, & an criminale, & civile judicium concurrere possint? & alia optimè Alciatus in *leg. Pecunie, §. Actio, ff. de Verbor. signific. &* quòd accusatio non sit officium Judicis residens in parte, ut dixit Bartol. probari potest ex iis quæ cumulat Pichardus ipse in *principio Institut. de Obligationibus quæ ex delicto nascuntur; eos vide, Petrum Gregor. in Syntagm. lib. 32. cap. 2. per totum, ubi num. 2.* quòd aliquando accusationis & actionis verbo æquivocè utimur, & in *cap. 24.* ubi de differentiis inter judicia criminalia, & civilia.

32 Ad numerum 31. ibi: *In quo articulo breviter dico, &c.*

Quemlibet ad accusandum admittendum in crimine publico, nisi expressè reperiatur prohibitus, ut sunt mulier, minor infamis, miles, & alii ut probat Gomez. in *præsenti, docent latè Clarus in Practica, §. final. quæst. 14.* ubi ejus Additionator Plaza in *epitome delictorum, cap. 45. num. 8.* & alii in unum congestum per Tiberium Decianum in *Tractatu Criminali, lib. 1. cap. 6. num. 1. & sequentibus part. 1.* Tuschus *littera A. conclusione 160. & duabus sequentibus,* ubi latè ampliat, limitat, & declarat, & Pichard. in *Manuductionib. 3. part. §. 1. num. 5.* ubi alios plures refert, Barbos. in *Collectanea ad titulum de accusationibus, & in cap. 3.* ubi quòd Monachus potest accusare suum Abbatem vel alium tertium, de licentia ipsius Abbatis, si accusatio tendat in utilitatem Monasterii (de quo etiam latius agit ipse Barbosa in *cap. 11.) & cap. 5.* ubi quòd familiaris criminis Episcopi potest illum accusare, & *cap. 7.* ubi quòd inimicus repellitur ab accusando, nisi sit reconciliatus, & amicitia longo tempore confirmata, & latissimè Farinacius in *Praxi quæst. 12. ex num. 8. usque ad 60.* ubi omnia de hac quæstione reperies &

Thom. Sanchez in *Consil. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dubio 30.* & novissimè Narbona, de *Ætate, anno 25. quæst. 41.*

An autem Judex ex officio possit accusatorem inhabilem repellere, parte non opponente, vide eundem Farinacium *ibidem num. 56.* ubi distinguit, quòd si accusator est inhabilis, & repellitur à Jure odio ipsius, ut Judæus, hæreticus, infamis, & similes, potest repelli à Judice, etiam parte non opponente; secùs aliàs, ubi etiam *num. 55.* quòd quando inhabilitas provenit à jure civili debet opponi à parte ante litem contestatam; si verò provenit à jure gentium, vel naturali, etiam post litem contestatam: vide etiam Barbosam in *Collectanea, cap. 1. dict. titul. de accusation.* ubi de accusatore repellendo per Judicem, eandem distinctionem laudat, & vide Carlevalium *de judiciis, tom. 2. tit. 2. disputatione 4. ex num. 23.*

33 Ad numerum 32. ibi: *Adde tamen quòd omnes istæ personæ, &c.*

Accusationem inhabilem esse admittendum, si suam vel suorum injuriam prosequantur, ut hic resolvitur docent omnes *suprà relati numer. præcedenti; maximè Tiberius Decianus dict. part. 1. lib. 3. cap. 5. ex num. 2.* omninò videntur à Plaza *num. 14.* & Farinacius *dict. q. 12. num. 56.* ubi declarat, dummodò talis inhabilis sit capax ad accusandum; aliàs enim non admittitur, etiam si suam vel suorum injuriam prosequatur, prout etiam non admittitur excommunicatus excommunicatione majori, ut probat ipse Farinac. *ibid. num. 31. & 32.* & latissimè Sayrus in *tractatu de Censuris, lib. 2. cap. 7.* ubi quòd excommunicatus denunciatus non potest accusare, & hæc exceptio in quacumque parte judicii objici potest, etiamsi suam vel suorum injuriam prosequatur & etiamsi alterum excommunicatum accusare velit præterquam in crimine hæresis, & *num. 8.* quòd prædicta exceptio non solum à reo, sed etiam à quocumque sive masculino sive foemina opponi potest: eum omninò videas, & Farinacium, etiam *quæst. 13. num. 14.*

34 Ad num. 33. ibi: *In quo articulo breviter dico, &c.*

Quòd Clericus si prosequatur suam injuriam propriam, vel offensam Ecclesiæ suæ licitè possit laicum accusare, etiam si veniat imponenda pœna sanguinis, protestatione præmissa; & tunc non incurret irregularitatem, ut hic resolvitur, docet Covarrub. dicens communem in *Clementina, Si furiosus, Clar. in Praxi. §. fin. quæst. 14. num. 3.* ubi ejus Additionator, & plurimos pro hac parte referens Sayr. *de Censuris lib. 6. c. 18. num. 2.* ubi *num. 3.* Quòd etiamsi omittat protestationem, non peccabit mortaliter; & *n. 4.*

§ 5. disputat quid dicendum, si dicta protestatio facta animo fiat, verè intra se intendens mortem, in quo duas communes contrarias opiniones adducit; & tandem probat irregularitatem non incurri (de quo etiam videas Cenedum in *Collectan. cap. 2. de Homicidio, in 6.*) & num. 6. docet quòd si Clericus civiliter accuset, prævidens probabiliter delinquentem incurere periculum poenæ sanguinis, tunc necessariò requiritur protestatio, ut irregularitas evitetur: Suarez de *Censuris, disputation. 47. section. 2.* Farinac. in *Fragmentis, verb. Clericus, num. 408.* & Barbosa alios referens, in *Collectanea cap. 9. Ne Clerici, vel Monachi, &c.* Sed prædictam communissimam sententiam novissimè impugnat Brito Lusitanus in *cap. Potuit de locato, & conducto, §. 2. ex num. 37.* quem videas, & Farinacium iterum *quest. 12. num. 12.*

Item de Monacho accusatore, vide quæ diximus *suprà num. 31.* & Thomam Sanchez in *Summa lib. 6. cap. 12. per totum*, ubi etiam agit quid si ipse Monachus accusetur.

35 Ad num. 34. ibi: *In quo breviter dico, &c.*

Et ibi: *Ex qua lege junctis superioribus, &c.*

Suorum injuriam prosequi, dici illum, qui accusat pro consanguineo usque ad quartum gradum, ut *hic* resolvitur docet Acevedus in *leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. num. 65.* id comprobans jure Regio, *ubi num. 66.* agit, in hoc casu an taliter accusatus possit recusare accusatorem suum de crimine non tangente suam vel suorum injuriam, & alia; & vide Gratianum *Regul. 63. & 75.* nec dissentiunt Clarus in *Praxi, §. fin. quest. 14. num. 2.* & vide Farinacius *quest. 12. num. 58.* ubi ait non esse recedendum ab opinione nostri Gomez. in *præsenti*, qui in effectu tenet quòd de jure communi, usque ad sextum gradum & de jure regio, usque ad quartum gradum, dicta resolutio procedere debet, & addit cum Claro ipse Farinacius *ibid.* etiam intelligi prosequi suorum injuriam parentes, & descendentes: omnes item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, soror, uxor, socer, sorcrus, gener, nurus, vitricus, noverca, & privignus, de quibus omnibus, & aliis, qui ad accusandum admittuntur prosequentes suorum injuriam, videndus est omninò ipse Farinacius *quest. 13. per totam*, ubi latissimè explicat qui admittantur, & præferantur in accusando, & pacem seu transactionem faciendo, & quid in uxore, seu sponsa de præsentis, in amico compatre, vel commatre, filio spurio, vel adoptivo, & reliquis omnibus, & num. 19. & *seqq.* explicat quid in Monacho pro injuria sibi illata, de quo etiam latè Pater Thom. Sanchez in *Summa lib. 6. cap. 12.* & nos etiam de prædictis, maximè de pace, seu transactione facienda, ite-

rum agemus *infra, in cap. 3. de Homicidio.*

36 Ad numerum 35. ibi: *Et magistraliter, & resolutivè dico, &c.*

Quòd si plures extranei concurrant ad accusandum super eodem delicto, Judex eligit magis idoneum; secùs si concurrat aliquis quæ suam vel suorum injuriam prosequatur, is enim præferendus est, & inter plures hujus qualitatis, qui proximior est, & si omnes sint in eodem gradu, omnes sunt admittendi; præterquam si unus litem contestatus est: ita resolvit Gomez, *hoc num. & tenent communiter DD.* ut constat ex adductis per Plaza in *Epitom. delicti lib. 1. cap. 39. num. 17.* & in *cap. 36. num. 15.* ubi de pluribus concurrentibus in eodem gradu: Clarus *Receptar. §. final. quest. 13.* ubi ejus Additionator, Tusch. *lit. A. conclus. 162.* Paz in *Praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. ex num. 16.* & latè Farinac. in *sua Praxi, quest. 13. ex num. 1. ubi num. 36.* declarat quòd illi qui debent admitti tanquam prosequentes suorum injuriam debent intelligi juxta dicta *suprà num. præcedenti*, nempè in consanguineis usque ad quartum gradum; & num. 6. ampliat dictam resolutionem de proximiorè præferendo, ut procedat etiam si remotior prævenit in accusando, quia proximior adhuc illi est præferendus, etiam non resectis expensis, vide eum *per totam questionem*, ubi benè explicat per ampliaciones, & limitationes.

Item circa concordiam, & pacem faciendam super delictis, vide *infra in cap. 3. de Homicidia.*

37 Ad num. 36. ibi: *Et breviter dico, &c.*

Quòd accusatore mortuo, vel impedito, alius possit *infra 30.* dies accusationem prosequi, aliàs si velit de novo accusare, possit illud facere intrà tempus præfixum accusationibus, ut *hic* resolvitur, docent Clarus *Recept. §. final. quest. 51. ex num. 9.* ubi Additionatur Pichardus in *Manuduction. 4. part. præcept. 4. num. 2.* ubi quòd morte accusatoris accusatio extinguitur, non crimen: Sebastianus Med. in *tractat. Mors omnia solvit. 2. part. conclus. 2. num. 5.* ubi, quòd hæres accusatoris non potest prosequi accusationem ut talis, sed benè ab altero poterit accusari reus, Villadiego in *Politica, cap. 3. num. 179.* Barb. in *leg. 2. ff. Solutio Matrimonio, 1. part. num. 111. & 116.* vide *ad hunc numerum.* Farinacium *4. quest. num. 33.*

In accusante autem ob propriam injuriam, an instantia videatur perempta morte ipsius accusatoris, veluti si mulier stuprum passa, moriatur, an vir stupri reus adhuc teneatur honorem amissum resarcire, in quo Bajardus ad Clarum, §. *Stuprum num. 24.* Carcerius *Variarum 3. part. cap. 11. ex num. 132.* Fontanel, de *Pactis nupt. claus. 5. glos. 5. part. 1. num. 86.* & *seq.* & eos referens D. Franciscus de Amaya in *leg. 9. Cod.*

de

de Jure fisci, lib. 10. ex num. 64. tenent stupratorem teneri ad dotis constitutionem, etiamsi mulier decesserit pendente lite, cum hoc jus ad hæredes transmittat, eum vide.

38. Ad numerum 37. ibi: *Ex quo etiam noviter, & singulariter infero, &c.*

Circa prosecutionem accusationis super qua fuit facta satisfactio, vide omninò Barbosam in leg. 2. ff. Solutio matrimonii, 1. partit. ex numer. 110.

Ibi: *Sed circa prædicta subtiliter, & necessariò quæro, &c.*

Vide omninò Padillam, in leg. Si ex falsis, Cod. de Transactionibus, Gratian. regula 6. & Cevall. quæst. 487.

39. Ad num. 38. ibi: *In quo ista est vera, & notabilis resolutio, &c.*

Si diversæ pœnæ imponuntur cumulativè diversis legibus, omnes debent imponi pro eodem delicto, si autem non constat tacitè nec expressè, an posterior lex pœnam corrigat priorem, per legem novam in dubio intelligitur corrigi prior; ita in effectu resolvit noster Gomez, & docent Clar. Receptar. §. fin. quæst. 85. numer. 5. Menoch. de Recuper. remed. 9. ex numer. 338. usque ad 397. (vide conclus. 101. post opera Roderic. Suarez.) & plures referens Andr. Fachin. lib. 9. Controvers. capit. 1. ubi laudat noster Gomez. Tuschus lit. P. conclus. 234. qui omnes docent pœnam statuti posterioris imponendam, & non legis prioris, vide etiam Matienz. in leg. 5. tit. 1. gloss. 4. num. 3. & leg. 7. glos. ultima, eod. tit. lib. 5. & in Dial. 3. part. cap. 34. ubi in aliquibus à nostro Gomez. dissentit, regulariter enim lex nova non præsumitur corrigere antiquam, de quo latè Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 38. nihilominus autem ex conjecturis correctà videtur ut ibi probat ipse Menoch. quòd etiam in hoc casu dicendum videtur ex resolutione Gomez. & ex adductis supra maximè per Fachinæum quem omninò videas, & Gratian. in Regula 291. num. 3. & ante omnes Thomam Sanchez de Matrimon. lib. 3. disput. 48. num. 3. & seqq. & num. 8. ubi limitat in pœnis ipso jure impositis, & Cened. quæst. 9. num. 32. ubi quid si post delictum nova pœna imponatur, de quo etiam D. Larrea Allegatione fiscali 37. num. 32.

40. Ad num. 39. ibi: *Unum tamen est, &c.*

Quòd pœnà aliqua ex diversis imposita non possit amplius reus alia puniri, possit tamen Judex ab initio eligere quam velit, attenda qualitate negotii, comprobatur ex adductis, supra n. præc. maximè per Clarum quæst. 85. num. 6. Menoc. de Arbitrar. quæst. 94. latè & per Farinac. in Praxi, quæst. 4. num. 11. ad finem. Navarr. in cap. Consideret, §. Ponat. de Pœnitent. Tom. III.

distinct. 5. num. 12. Sayrum in Clavi Regia, lib. 3. cap. 8. num. 14. Barbosam in Collectanea capit. A crapula, de vita & honestate Clericor. num. 6. & in cap. Quoniam frequenter, num. 30. ut lite non contestata, Cancr. Variar. 3. partit. cap. 19. ex num. 61.

Et non poterit Judex variare si semel imposuit pœnam delinquenti, ex Bald. in leg. Data opera, Cod. de Accusationib. Bertach. in suo Repertorio, verb. Pœna alteratur; & hoc comprobatur extat per leg. 21. tit. 9. part. 7. & optimè Gratian. in Regul. 486. per totam, ubi limitat tripliciter cum Felino in cap. Quod olim, de Judæis, num. 4. & in cap. Ad deliberandum, eod. tit. & maximè nisi punitus in pœcunia eam non haberet, quia debet ei tunc imponi pœna corporalis, ut alibi dictum manet.

Ibi: *Ex quibus infero, & declaro, &c.*

Vide supra relatos n. 38. maximè Matienz. in Dialog. 3. part. cap. 34. omninò.

41. Ad num. 40. ibi: *Sit prima conclusio. Et ibi: Secunda conclusio. Et ibi: Tertia conclusio, &c.*

Pœnam seu pœnitentiam impositam pro foro pœnitentialem, etiam si sit publica; & pœnam medicinalem, ut excommunicatio; vel præparatoriam ad pœnitentiam, ut est degradatio, non impedire aliquo modo pœnam imponendam in foro judiciali, ut hic resolvitur, docent, & comprobatur Covarrub. Variar. resolut. lib. 2. cap. 10. num. 3. Clarus in §. final. quæst. 57. num. 10. Gail. de Pace public. lib. 2. cap. 11. num. 26. & seq. Tom. Sanchez de Matrim. lib. 3. disput. 48. num. 8. ubi agens de pœna excommunicationis imposita Sacerdoti regulari solemnizanti matrimonium absque proptii Parochi licentia, per Clementina 1. de Privilegiis, ait hanc pœnam non corrigi per aliam suspensionis ad nutum Ordinarii, impositam per Tridentin. session. 24. de Matrim. cap. 1. & Farinac. in Praxi, quæst. 4. n. 5. 8. & 9. plures DD. referens, addensque rationem esse; quia per pœnitentiam Deo & Ecclesiæ fit satisfactio, per pœnam autem legalem satisfit Reipublicæ, & amplius dictam resolutionem procedere, etiam si pœnitentia vel absolutio fuerit imposita per Papam, vel alium Prælatum habentem jurisdictionem in temporalibus contentiosam, quia præsumitur processisse in foro poli tantummodò; & n. 6. ampliat etiam si pœnitentia fuerit publica, eum vide, & Avilès cap. 25. Prætorum, verb. La Pragmatica; latè, ubi etiam de Infideli baptizato, liberetur à pœna delicti.

An autem Judex Ecclesiasticus possit in delictis mixti fori capere delinquentem propria auctoritate, vide Paz in Praxi, tom. 2. prælud. 2. ex n. 54. plures relatos à Canc. 3. part. cap. 19. num. 57. & sequentib. ubi latè de pœnitentia in-

delictis mixti fori, & D. Joseph. Vela de *Potestate Episcopi*, ex num. 100, latissimè ubi plurimos refert; & num. 84. ubi quòd per pœnitentiam in foro sacramentali impositam blasphemus non liberatur à pœna in foro judiciali, & in hoc alios plures commemorat, & ibi delicta quæ sunt mixti fori refert.

Item in his delictis mixti fori, & aliis casibus quomodo inducatur præventio? vide Farinacium *consil.* 134. lib. 2. num. 3. Mastril. *decision.* 210. ex num. 8. post Bos. in tit. de Foro *compet.* num. 97. & seq. qui resolvunt quòd præventio per citationem verbalem non impeditur per præsentationem sponte factam à reo, sed per capturam de mandato Judicis Giurb. *consil.* 48. Tusc. *litt. P. conc.* 646. & 647. Canc. 2. part. cap. 2. num. 209. Carleval. de *Judiciis*, lib. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 3. ex num. 888. & per tot. ubi numer. 867. alios plurimos refert materiam præventionis explicantes, inter quos maximè commendo Farinac. quæst. 7. ex numer. 52. Guaz. de *Defensionib. reor. defens.* 1. cap. 9. & 10. Aceved. *leg.* 10. titul. 13. lib. 8. ex num. 1. Decian. lib. 4. cap. 20. 21. & 22. & præter eos Bobadillam, lib. 2. cap. 13. num. 74. Barbos. de *Jure Eccles.* cap. 39. §. 4. num. 57. Amayan. *leg.* 2. Cod. de *Exactoribus tributorum*, num. 60. ubi quòd præventio non inducitur ex actu nullo.

Ibi: *Quarta conclusio, &c.*

Et ibi: *Et certè in hoc dubio.*

Quod in delicto mixti fori si per Judicem Ecclesiasticum non fuerit imposita competens pœna, possit reus capi, & puniri per Judicem sæcularem, si verò fuerit captus, & punitus per Judicem sæcularem, quod postea non possit puniri per Ecclesiasticum; quia semper pœna imposita à sæculari præsumitur competens, resolvit Gomez. in præsentem, & docent Covarrub. lib. 2. *Variarum* cap. 10. num. 6. Clarus *Receptorum*, §. final. quæst. 57. num. 11. & sequent. ubi Bajard. Avendanus 2. part. cap. 5. *Prætorum*, num. 18. & cap. 16. num. 16. & cap. 26. num. 5. Villalob. in *suis communibus*, vers. *Condemnatus*, num. 123. Bossius in *Practica*, tit. de *Foro competenti*, num. 147. Scaecia in *tractatu de Judiciis causarum civilium, & criminal.* cap. 12. num. 91. Bobad. in *Politica*, lib. 2. cap. 17. numer. 98. & cap. 18. num. 234. Barbos. in *leg.* 2. ff. *Solut. matrimon.* 1. partit. num. 140. & in *leg. Titia*, num. 55. ibid. Bolañ. in *Cur.* 3. part. §. *Foro Ecclesiastico*, n. 33. Menoch. *casu* 539. ex numer. 34. Paz in *Praxi*, tom. 2. *præluo* 2. num. 49. & sequentibus & plurimos referens qui hanc quæstionem explicarunt, Barbosa in *Collectanea*, ad cap. cum sit generale, de *Foro competenti*, num. finali: ubi num. 3. & 4. docet

cum multis, quod pro crimine sacrilegii; quòd est mixti fori, potest quis coram Judice sæculari, vel Ecclesiastico conveniri; optimè Farinac. in *Praxi*, quæst. 4. ex num. 7. usque ad 13. ubi num. 10. declarat, quod quando alter Judex procedit in causa; quia per primum competens pœna non fuit imposita, tunc prima pœna computata in secunda suppletur per primam, ne reus plus justo puniatur, & explicat quomodo hoc fiat: & num. 11. addit, quod si contingat, quòd per Judicem Ecclesiasticum fuerit imposita pœna condigna, non poterit Judex sæcularis contra reum procedere, de quo iterum ipse Farinac. in *tract. de Immunit. Eccles.* ex num. 236. & num. 363. & seqq. vide etiam Thom. Sanchez de *Matrim.* lib. 3. disp. 54. ubi quòd delictum clandestini matrimonii est mixti fori, unde Judex qui prævenit, sive Ecclesiasticus sive sæcularis, puniet illud, & num. 7. & 8. optimè explicat supradictam resolutionem; & num. 6. addit, quòd Judex Ecclesiasticus inhibere poterit sæcularem quando agitur de valore dicti matrimonii clandestini, non verò quando agitur de ejus punitione, optimè etiam Cenedus in q. 36. ex num. 25. ubi rectè explicat dictam resolutionem; iterum Barb. in *Collectan. ad leg.* 2. Cod. de *Sportul. & sumpt.* numer. 6. & 8. ubi notat quod quando ex defectu jurisdictionis non imponitur pœna competens delicto, tunc post impositam pœnam minorem recurritur ad alium judicem qui potest competentem imponere, & novissimè D. Joseph. Vela *dissertation.* 10. ex numer. 51. quem etiam videas in *tractatu de Potestate Episcopi*, ex num. 117. qui etiam plures refert, & delicta mixti fori commemorat D. Larrea *decis. Granat.* 50. num. 25. post Cancr. *Variar.* 3. part. cap. 19. num. 61.

Et ex prædicta regula nempè quòd quando delictum non est sufficienter punitum per Ecclesiasticum, potest se intromittere sæcularis, infer Mexia de *Panæ*, *conclus.* 5. num. 71. quòd si Judex Ecclesiasticus requisitus condignam pœnam non imponeret Clerico transgressori illius pragmaticæ & in hoc esset negligens, tunc Judex sæcularis poterit se intromittere, & usque ad debitam pragmaticæ pœnam supplere, quod tamen rectè improbat Gutierr. lib. 4. *Practiarum*, quæst. 38. num. 22.

42 Ad num. 41. ibi: *Pro cujus perfecta declaratione dico, &c.*

43 Ad num. 42. ibi: *Et resolutivè dico quòd primus effectus est, &c.*

Quòd Judicis arbitrio relinquatur quando delictum dicatur notorium attenda qualitate facti, loci, temporis, & quantitate personarum intervenientium, numero, & qualitate earum docent Menoc. de *Arbitrariis*, *casu* 166. n. 7. Mascard.

con-

conclus. 1101. *num.* 18. & alii plures in unum congesti à Farin. in *Praxi question.* 18. *ex numer.* 104. & *cons.* 30. *n.* 90. & *quest.* 21. *n.* 47. ubi per totam quæstionem explicat omnes modos quibus aliquid dicitur notorium, de quo etiam videndi sunt ferè infiniti DD. ab eo relati per discursum quæst. & Barbos. in *tract. de Nominibus appellativis, sub dictione, Notorium*, & Tuschus. *litter. N. verb. Notorium* idem Barbos. in *Collect. lib. 2. tit. 20. cap. 35. num. 7. & cap. 3. tit. 21. lib. 2. in Decretal. & lib. 3. tit. 2. c. 8. n. 3. & lib. 5. tit. 40. cap. 24. num. 2. & 3. & Sylv. & omnes Sumistæ verb. Notorium*, Sayr. de *Censur. lib. 2. cap. 12. num. 19.* Suarez *eodem tract. disp. 9. num. 11.* Regin. in *Praxi Fori penitentialis, lib. 1. cap. 10. num. 121. & 122.* Moln. de *Justitia, tom. 5. disp. 31.* Per totam, Carlev. de *Judiciis, tom. 2. disp. 1. ex num. 46.* Sanchez in *Consiliis Moralibus, tom. 2. lib. 6. cap. 3. dubio 3.*

Et quòd in notoriis delictis non requiratur accusator, nec libellus, nec litis contestatio, nec alia solemnitas, imò nec probatio delicti, ut hic resolvitur, docent Paul. Parisius, *cons.* 147. *tom. 4.* Maschard. de *Probation. conclusio.* 1103. *Surd. decis.* 259. *numer.* 14. & *decis.* 326. *numer.* 82. Menoch. de *Recuperand. poss. remed.* 15. *num.* 264. Barbos. in *Collectanea cap. 21. de Jurejur. num. 4.* ubi quòd debet proponi, licèt non probetur, & in *cap. 8. de Cohabitatione Clericorum, & mulierum, num. 6.* & melius in *cap. 9. de Accusat. & inquisition. num. 5.* ubi quòd notorium non indiget probatione, nec protestatione, & Farinacius optimè in *Praxi, quæst.* 21. *ex num. 80. usque ad num. 111. ubi num. 88.* declarat dictam resolutionem nempè probationem non requiri in notoriis, ut procedat in notorio facti continui, & permanentis, quòd scilicet quotidie cernitur, & quod scelerari minimè potest, in eo enim probatio non requiritur; secùs in notorio facti transeuntis, & momentanei, ut homicidium; de eo enim si per partem negetur, debet prius Judici ut Judici constare, & super eo debet Judex informationes assumere, & non potest super eo procedere, juris ordinè non servato, nisi prius notorietate probata delicti, ut præfati DD. asserunt; vide etiam Salgadum de *Protectione 3. part. cap. 14. ex num. 47.* latissimè, ubi etiam de appellatione non admittenda, Scaccia, de *Judiciis, lib. 2. cap. 9. ex numer. 221.* latissimè.

44 Ad num. 43. ibi: *Citatio tamen, &c.*

Citationem requiri etiam in causa delicti notorii resolvit Gomez, præterquam si scandalum, & præjudicium fieret Reipublicæ ratione moræ, & ita tenent plures relati à Farinacio *dicta quæstion.* 21. *num.* 67. asserentes citationem requiri, *Tom. III.*

sive sit notorium facti, sive juris, & quod aliàs processus sit nullus, ubi etiam refert alios plures contrarium tenentes, imò citationem non requiri, & tandem cum aliquibus limitationibus contrarias in hoc opiniones ad concordiam reducit, nempè quòd quando proceditur contra absentem citatio requiratur; secùs quando ex actis constat nullam reo competere exceptionem seu defensionem, vel quando ex mora executionis sententiæ fiat præjudicium Reipublicæ propter futurum scandalum in populo, quia tunc potest omitti citatio: vide eum *usque ad num. 76.* ubi benè explicat, & Matienz. & Rebuff. relatos à Barbos. in *Collect. cap. 21. de Jurejur. numer. 6.* cum quibus ipse regulam negativam constituit, scilicèt in notoriis non requiri citationem, & Tusch. *littera C. conclus.* 272. *ex num. 6.* vide etiam Salgadum *suprà*, & Scacc. de *Judiciis, lib. 2. cap. 9. ex num. 241.*

45 Ad numerum 44. ibi: *Requiritur etiam probatio delicti notorii, &c.*

Aliqualem probationem requiri in delicto notorio, saltem per duos testes affirmantes de veritate delicti & ejus notorietate, licèt non formaliter, & solemniter, nec ordine judiciario servato, nec termino probatorio assignato, sed simpliciter, & sine juris solemnitate, docet Gomez. & probant Vivius in *Communib. verb. Notorium; in versic. Imò Judex, Clarus Receptarum. §. fin. quæst. 9. num. 5. & 6.* Maschard. *conclusion.* 1103. *num.* 17. & 31. Bossius in *tit. Quomodo procedendum in crimine notorio, num. 3. & 8.* Gratianus *Discepcionum cap. 312. num. 18. & cap. 596. ex n. 2. & cap. 525. n. 9. cap. 527. n. 22.* & alii plures in unum congesti à Farinacio in *Praxi, quæst.* 21. *n.* 84. 85. & 86. sed ut jam dictum manet *suprà, num. 42.* distinguendum est inter delictum facti continui, & permanentis; & delictum facti transeuntis & momentanei; vide ibi, & Salgadum de *Protectione. 3. part. cap. 14. ex num. 48.* & Scacciam *suprà*.

46 Ad numerum 45. ibi: *Similiter etiam requiritur sententia, &c.*

Sententiam licèt non in scriptis, nec cum alia juris solemnitate requiri in delicto notorio, ut resolvit Gomez docent Clar. *Receptarum. §. fin. quæst. 9. n. 8.* Scacc. *lib. 1. de Judiciis, cap. 98. num. 10.* Molina de *Justitia, tom. 1. disp. 95. numer. 32.* Barbos. in *Collectan. cap. Evidentia, de Accusation. num. 7.* & alii plures relati à Farinacio in *dict. quæst.* 21. *num.* 114. & 115. ubi distinctionem nostri Gomez, comprobatur, & benè pater Thomas Sanchez in *Summa, lib. 2. cap. 22. numer. 15.* ubi agens de delicto notorio hæresis ait, adhuc in eo requiri sententiam non soium declaratoriam, sed etiam per quam applicetur pœna fisco, indeque infert contra alios, quòd si fis-

cus ante sententiam occupet bona hæretici notorii illa teneatur restituere: & vide omnino Scacciam *suprà*, ex numer. 241. Carlevalium de *Judiciis*, lib. 1. tom. 2. disput. 1. ex num. 46. & Salgad. *suprà*, num. 50.

47 Ad numerum 46. ibi: *Item adde quòd in crimine notorio*, &c.

Judicem non posse recusari in crimine notorio, quando certa pœna est à jure determinata: secùs quando est arbitraria, ut *hic* resolvitur, docent plures relati, & secuti à Farinacio, in *Praxi*, quest. 21. n. 129. & 130. ubi amplius declarat, nempe tunc recusatorem non habere locum quando notorium est facti permanentis, secùs si transeuntis; & in *fragmentis*, verb. *Judex* num. 701. idem tenet alios referens Barbos. in *Collectan.* cap. 61. de *Appellation.* num. 13. ubi etiam ait num. 11. quòd quando Judex recusat ex causa notoriè frivola potest contemnere recusatorem, & ad ulteriora procedere.

48 Ad n. 47. ibi: *Postremo etiam dico*, &c. Appellationem non habere locum in delicto notorio, quando Judex reum condemnavit ut de crimine notorio, secùs si simpliciter condemnavit, ut *hic* resolvitur, docent Duenas in *Regula* 42. numer. 12. Clarus *Receptorum*, §. *final.* quest. 94. num. 2. Lancell. de *Attentatis*. 2. p. cap. 12. limitation. 9. ex num. 1. Gratian. *Discept.* cap. 383. numer. 7. & 444. num. 2. & 9. & cap. 752. ex numer. 44. Scaccia de *Appellatione* quest. 17. limitation. 4. ex num. 13. & de *Judiciis causar.* lib. 1. cap. 97. num. 119. Barbos. in *Collectanea* cap. 5. num. 19. & cap. 14. de *Appellation.* num. 2. ubi sex limitationes adducit; *Primam* scilicet, ut appellatio locum habeat quoad effectum devolutivum: *Secundam*, in declaratione notorii: *Tertiam*, si in appellatione exprimat causa rationabilis, offuscans notorium: *Quartam*, quoad excessum pœnæ: *Quintam*, in notorio probationis: *Sextam*, in manifestis non notoriis, in his enim casibus appellatio admitti debet, de quibus, & aliis, videndus omnino est Farinacius in *Praxi*, quest. 21. n. 117. & pluribus sequentibus. & in quest. 101. ex n. 64. & 110. & 124. & 131. & vide omnino Salgad. de *Protectione*. 3. part. cap. 14. ex numer. 54. latissimè.

Ibi: *Unum tamen est*, &c.

Post inhibitionem non posse Judicem à quo, exequi suam sententiam in casu superiori, ut resolvit Gomez. docent Carrer. in *Pract. crimin.* in *tract. de Appellationib.* §. *Secundus casus*, n. 4. Lancellotus de *Attentatis*, cap. 12. limitat. 9. num. 9. Gratianus *Disceptionum*, cap. 383. numer. 2. generale enim est in quolibet casu ubi appellatio non est prohibita, Judicem à quo non posse ad excusationem sententiæ devenire post

inhibitionem Judicis ad quem, ut ex eodem Lancellot. & aliis, probat Farinac. *dist. quest.* 21. numer. 122. & 123. & vide Salgad. *suprà*, & 1. part. cap. 2. §. 1. ex num. 29. ubi limitat, & declarat, & 2. part. cap. 47. n. 28. & 3. part. cap. 15. num. 17. ubi quid si appellatum fuit ab uno tantum articulo.

49 Ad numerum 48. ibi: *Item adde quòd idem est in delicto notorio*, & *facto commisso in præsentia Judicis*, &c.

Quòd in delicto commisso in præsentia Judicis, possit ipse Judex procedere tanquam in delicto notorio, & quòd hoc casu non requiratur probatio, nec processus, nec alia solemnitas, sed statim possit delinquens puniri, licet sit tutius, recipi probationes brevi tempore ne quid imputetur Judici, ut *hic* resolvitur, docent Carrerius, in *Pract. crim. tractat. de Appellation.* §. *Secundus erit casus*, ex numer. 22. Boss. etiam in *Practica*, titul. de *Denuntiation.* numer. 4. & seqq. & in *titul. Quomodo procedatur in crimine notorio*, numer. 7. Maschard. de *Probationib.* conclus. 1103. num. 16. 18. & 19. Paris de Puteo, in *tractat. de Scindicat.* relatus & secutus per Carrer. *suprà*, & alii plures apud Farinac. in *Praxi dist. quest.* 21. num. 158. & sequentibus usque ad 166. ubi optimè declarat, & laudat nostrum Gomez. ubi etiam ut tutius consultit, quòd fiat probatio delicti, continens quomodo testes viderunt reum deliquisse, coram Judice pro tribunali sedente, vel actum justitiæ exercere, multis astantibus (prout hæc omnia debere concurrere asserit) cum non sufficiat ut Judex sit solus, vel non exercens actum justitiæ, ut ipse ait ex Carrerio, & aliis *suprà*; & tandem cum eodem Carrerio, & Follerio agit, quid si delictum fuerit commissum coram Judice, & Notario, & Notarius de mandato Judicis illum deliquisse scripserit, de eo fidem faciens.

50 Ad numerum 49. ibi: *In quo articulo resolutivè dico*, &c.

Regulariter Judicem ex officio procedere non posse per Inquisitionem super aliquo delicto præter novem casus *hic* enumeratos resolvit Gomez. & est communissima resolutio, ut constat ex Bernardo Diaz in *Regula* 336. Claro *Receptorum*, *final.* quest. 3. 5. & 6. & aliis, pluribus relatis, & secutis à Farinacio in *Praxi*, quest. 1. ex numer. 7. usque ad 11. ubi docet quòd hodiè de consuetudine in omnibus delictis indistinctè ex officio procedi potest, & per *totam questionem* adducit, & explicat requisita necessaria quæ debent præcedere Inquisitionem, quorum præcipuum est, ut ante omnia constet de corpore delicti, quòd etiam latiùs prosequitur, & explicat quest. 2. *Per tot.* & cons. 23. & 25. num. 68. lib. 1. omnino videntur,

duſ, de quo etiam vide *infra cap. 9. n. 2.* Scaccia de *Judiciis*, lib. 1. cap. 83. & *ſeqq.* ubi late de Inquisitione; Gratian. *regul.* 129. Menoch. *conſil.* 100. num. 58. & *ſeqq.* Paz in *Praxi.* 1. *tomo 5. part. in princip.* Cantera *Questionum Criminalium.* 1. *præluſ.* num. 1. Barbos. in *Collectanea*, cap. *Qualiter*, & *quando de Accuſationibus & inquisitionibus*, ubi optimè probat, famam ſeu infamiam præcedere debere Inquisitionem; & quòd hæc fama debet ortum habere à fide dignis, & non malevolis personis: & quòd ſuper hoc non creditur Judici, niſi probetur; & *numer.* 12. & *ſequentib.* quatuor limitationes congerit, & addit quòd de jure Regio abſque infamia proceditur ad inquisitionem, eum videas: & Pichardum omninò in *Manuſcription.* 3. *part.* §. 2. ubi *numer.* 4. ait quòd hodiè *ex leg.* 3. & 4. *titul.* 1. lib. 8. *Recopilationis*: generalis Inquiſitio fieri non poteſt abſque Regis mandato, præterquam ſi de certo genere delicti fiat contra incertas personas dummodò infamia præcedat; & denique in *num.* 6. modum procedendi per inquisitionem explicat, quomodò debeat creari procurator ſcſalis, vide etiam Gratianum *regul.* 241. D. Joſeph. Vela de *Potestat. Episcop.* *ex num.* 144. late.

51 Ad numerum 50. ibi: *Et breviter dico quòd ſic*, &c.

Modum procedendi per inquisitionem præſcribit noster Gomez. in *præſenti*, & de eo videri poterunt DD. *ſuprà* relati *numer. præcedenti*, maximè Pichardus *num.* 6. & Bobadilla & Segur. de Avalos ab eo relati, & Scaccia de *Judiciis*, lib. 1. cap. 83. & *ſeqq.* & Farinac. *diſt. quæſt.* 1. *ex numer.* 11. & *per tot.* Pax in *Praxi.* 1. *tomo part. 5. cap. 1. ubi n.* 4. quando permittatur inquiſitio generalis de jure Civili, Canonico, & Regio, & *n.* 13. modum procedendi contra personam particularem infamatam ex generali inquisitione explicat, & *n.* 14. advertit quòd in generali inquisitione omnes teſtes etiam minus idonei admittuntur, quia in ea Judex tantummodo intendit ſe instruere ad proceſſum particularem formandum ad punitionem, Gutier. *Allegat.* 13. Sayrus in *Clavi Regia*, lib. 12. cap. 10. num. 8. *uſque ad finem*, & *cap.* 11. *per totum*, Tuſchus *littera I. conclus.* 177. & *ſeqq.*

52 Ad num. 51. ibi: *Et breviter teneo*, &c.

De jure Civili Judicem ex officio procedentem debere imponere pœnam ordinariam delicto, de jure verò Canonico reum mitiùs puniendum, niſi delictum fuerit notorium, vel probatum per confessionem partis, reſolvit Gomez. in *præſenti*, & comprobant Menoch. de *Arbitrariis*, lib. 1. *quæſt.* 96. *ex numer.* 10. Sarmient. *Selectarum*, lib. 1. cap. 1. *numer.* 3. Gratian. in *Regul.* 344. *numer.* 13. ubi laudat noſtrum Gomez. Barbosà

in *Collectan. cap. 21. de Accuſation.* num. 4. ubi quòd ex illo text. & ſic ex diſpoſitione juris Canonici minor pœna imponenda eſt, Aceved. in *leg.* 1. *tit.* 1. lib. 8. *Recopilat.* num. 30. & latiùs in *leg.* 14. *titul.* 26. *eodem lib.* ubi eſt textus expreſſè prohibens moderationem pœnarum, vide Gratianum, *ſuprà* & *reſolution.* 20. Federic. inter opera Farinacii, ubi probat Judicem teneri ex officio condemnare furem ad reſtitutionem rei.

Nihilominus tamen ex juxta causa poſſe Judicem moderare, ſeu minuere pœnam à lege impositam, ſive procedat ex officio, ſive ad instantiam partis docent latiſſimè Clarus *Receptorum.* §. *final. quæſt.* 85. *numer.* 10. Villalobos in *Ærario*, verb. *Pœna num.* 39. Avendan. *cap.* 16. *Prætor.* lib. 2. *num.* 3. Aviles in *cap.* 1. *Prætor.* verb. *Derechamente*, *ex num.* 6. Didacus Perez in *leg.* 9. *tit.* 16. lib. 8. *Ordinamenti*, *gloſſa* 1. Farinacius latiſſimè in *Praxi*, *quæſt.* 17. *ex n.* 10. ubi ferè infinitos DD. refert, & ampliat, ut procedat, non ſolùm in pœnis legalibus, ſed etiam in ſtatutariis, & conſuetudinariis, & etiamſi Judex jurasset ſervare ſtatuta, & etiam in pœnis impositis ipſo jure, & aliis pluribus modis ampliat, & poſtea limitat, itidemque ex juxta causa pœnam legis augeri poſſe oſtendit Joannes Gratianus, plurimos etiam referens, ampliandique & limitans in *Reg.* 344. *per tot.* Acevedus in *diſt.* *leg.* 14. *titul.* 26. lib. 8. *Recopil.* ubi probat ita explicandam, & declarandam dictam legem, nempe quòd etiam ejus deciſſione extante, pœna legalis moderari poteſt ex juſta causa, optimè Gutierrez *Pract.* lib. 4. *quæſt.* 46. *per tot.* ubi rectè declarat *dictam leg.* 14. *tit.* 26. lib. 8. & *numer.* 19. probat ex multis causam augendi, vel minuendi pœnam exprimendam eſſe in ipſa ſententia, & hoc poſſe non ſolùm Judices ſuperiores, ſed etiam Judices vulgò dictos, *Pesquisadores*, y *de comiſion*: & etiam Judices oppidorum electos ab eorum conciliis; eum omninò vide, & *infra hoc cap.* num. 94. & Carlevalium de *Judiciis*, *tom.* 1. *diſp.* 15. & 16. ubi quid de ſententia jam lata.

53 Ad numerum 52. ibi: *Sed in hoc articulo dico*, &c.

Civitatem, vel Universitatem poſſe delinquere, & puniri, quando deliberato proposito, & communicato conſilio aliquid fecit, vel fieri juſſit, ſecùs ſi ejus particulares ex improviſo, & non deliberato proposito aliquid commiſſerunt: reſolvit *hoc numero* Gomez. & probant latiſſimè Carrerius in *Practica*, in *tract. de Homicid.* §. 14. *Excusat.* num. 4. & 5. Avendan. 2. *part. cap.* 27. num. 12. & Menochius de *Recuperand. remed.* 9. num. 123. Baeza de *Debitore*, *cap.* 13. & vide *concl.* 103. poſt opera Roderici Suarez, Misin-
ge-

gerus observat. 78. centur. 4. vers. *Et in hac sententia*, Clarus *Receptorum*. §. *final. question.* 16. Gail. *de Pace publica*, lib. 1. cap. 9. num. 1. & 2. Molina *de Justitia*, tom. 4. disp. 35. Tusch. *littera V. conclus.* 273. Gratianus *Regula* 155. numer. 8. Cancerius 3. part. cap. 4. ex n. 115. & latissimè quamplurimos refertens Farinac. q. 24. ex num. 108. ubi dictam resolutionem declarat omninò videndus; & num. 129. & seqq. & *question.* 112 num. 221. Vide etiam D. Larream *Allegat. fiscali* 13. num. 16.

54 Ad numerum 53. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Pœnam pecuniariam locum habere in civitate, seu universitate, & solvendam esse de bonis ejus, si habet, aliàs cogatur imponere collectam; & similiter in delictis gravissimis, in quibus unus potest poni pro alio, etiam puniri posse, civitatem ipsam diruendo, & subvertendo, minimè verò posse puniri singulares personas innocentes; in delictis autem communibus, & simplicibus, ut homicidium, & alia similia, quòd pœna mortis alteretur, & commutetur in aliam arbitriam, resolvit Gomez. *hoc numero*, & comprobant Carrerius *in Practic. in tractat. de Homicidio*. §. *Circa Tertium*, omninò videndus, quia latè, & benè materiam explicat, Bossius etiam *in Practic. in titul. Banniri qui possint*, num. 1. Clarus *Receptorum*. §. *final. quest.* 16. Gail. *de Pace publica*, lib. 2. cap. 9. num. 17. & seqq. Parlador. *Quotidianorum*, lib. 1. cap. 21. ubi de subversione civitatis aratro erudiè; & *dis.* 88. de quo etiam Osuald. ad Donell. *lib.* 10. cap. 17. *notat.* Gratian. *Disceptat.* tom. 1. cap. 179. & *tom.* 2. cap. 217. alter Gratianus *in Regul.* 489. num. 2. ubi quòd si unus de civitate reperitur culpabilis, tunc in solidum contra eum faciendæ est executio; & *in Regul.* 120. num. 6. ubi an universitas teneatur ex delicto civium quos prohibere potuit Tuschus *littera V. conclus.* 273. & 274. quem videas, ubi num. 7. ait quòd quando collecta imponenda est, debet restringi ad solos delinquentes: Molina *de Justitia*, tom. 4. *disputat.* 35. *per totam*, Barbos. *in Collectanea cap. Clericos, de Cohabitatione Clericorum, & mulierum.* Menoch. *casu* 598. & latissimè plures referens & ampliatis, & limitatis Farinac. *quest.* 24. ex num. 115. usque ad 126. ubi num. 127. addit quòd punita civitate, vel universitate delinquente, sive delictum sit gravissimum, sive simplex, & commune, non per hoc impeditur, quin etiam debeant puniri singulares cives, qui verè, & realiter delictum commiserunt, vide eum *per totam questionem*, ubi omnes difficultates in materia occurrentes pertractat fusissimè, & Cenedum *quest.* 9. numer. 30. ubi de pœna remittenda multitudini, Petrum Gregor. *in Syntagm. lib.* 31.

capit. 1. numer. 18. & 19. & *lib.* 23. *capit.* 6. numer. 7.

Et an universitas possit excommunicari, vel interdici? vide Sayrum *de Censuris*, lib. 1. *capit.* 8. ex num. 15. latè, ubi plures refert.

55 Ad numerum 54. ibi: *Sed teneo contrarium, &c.*

Etiam particulares personas, nec non Rectores & Governatores civitatis esse puniendos quando civitas ipsa deliquit, & punita fuit ut *hic* resolvitur, docent Bossius *in Practica*, tit. *Banniri qui possint*, num. 2. Carrerius *in Practica*, *tract. de Homicidio*. §. *Circa quartum*, num. 1. & seqq. & *in §. Circa tertiam*, num. 2. ubi probat quòd auctor criminis punitur corporaliter, ceteri verò pœna pecuniaria; si verò non appareat de auctore, tunc delinquentes mitiùs puniuntur, Clarus *in §. final. quest.* 16. ubi laudat nostrum Gomez. *in presenti*, & optimè Gail. *in tract. de Pace publica*, lib. 2. cap. 9. num. 33. & 34. in quolibet enim delicto vel injuria, non solùm qui eam fecit, sed etiam qui mandatum vel consilium dedit, vel fecit quo magis quis injuriam pateretur, vel eam procuravit, tenetur, ut optimè ex multis probat Pichardus *in §. Non solùm.* 12. *Institut. de Injuriis*, vide etiam Tuschum *littera V. conclus.* 273. Molinam *de Justitia*, *tom.* 4. *disputat.* 35. num. 6. & *per totam*, & ante omnes benè explicantem Farinacium *dicta question.* 24. ex num. 127.

56 Ad numerum 55. & sequent. ibi: *Pro cuius perfecta declaratione, &c.*

57 Et n. 56. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

58 Et numerum 57. ibi: *Magistraliter, & resolutivè dico, &c.*

Agit *his num.* noster Gomez. primum de ætate requisita ad quodlibet officium, seu ministerium jurisdictionis, vel non, & an possit compelli recipere curatorem minor, si sit Rex, vel Primogenitus, & alia de quibus (quia non sunt hujus instituti) videndi sunt Gregorius Lopez *in leg.* 5. *tit.* 4. *part.* 3. *glossa* 1. Burgos de Paz *lex* 2. *Tauri*, num. 57. Acevedus *in leg.* 2. *titul.* 9. *lib.* 3. *Recopil.* num. 1. & 9. Bobadilla *in Politic. lib.* 1. *cap.* 12. n. 16. & *in cap.* 6. & 7. *lib.* 3. *cap.* 8. num. 11. Pichardus *in principio*, *Instit. de Obligationib. quæ quasi ex maleficio nascuntur*, n. 11. Bolanus *in Curia Philipica.* 1. *part.* §. *Eleccion de Oficios*, n. 12. ubi de ætate in Judice, Rectore, Tabellione, Procuratore, & Arbitro requisita; Paz *in Praxi*, *tom.* 1. *temp.* 1. n. 51. Vela *Disert.* 5. ex n. 20. ubi quòd minor eget curatore ad judicia, & quando, & quomodo, & num. 28. quòd in spiritualibus & beneficialibus minor existere potest in judicio, sicut etiam generaliter existere potest qui veniam ætatis impetravit, de quo *ibid.* n. 33. & 34. (latiùs Narbo-

bona de *Ætate* anno 25. *quæst.* 34. & 35. ubi quando minor possit existere in iudicio) & in *dissertation.* 2. *ex num.* 19. & de tutela, & cura Regis post Molinam, Pelaez, & alios plurimos, quos refert Gutierrez in *tractat. de Tutel. cap.* 18. 1. *part.* vide omninò ipsum D. Joseph. Vela *dissertation.* 3. & 4. qui etiam alios plures refert, & materiam latissimè prosequitur & latius Narbona de *Ætate ad omnes actus requisita*, ubi fusissimè materiam prosequitur? & de ætate ad officium Iudicis agit, *anno 25. quæst.* 31. & 32. omninò videndus.

An autem minor possit delinquere, & puniri dubitari solet? in quo noster Gomez. sic ait, quòd minor infans usque ad septimum scilicèt annum non potest delinquere, nec puniri, utpote carens intellectu & dolo: & idem in minore proximo infantia, hoc est, fœmina usque ad novem annos & dimidium, & in masculo, usque ad decem & dimidium; & idem tenet Clarus in *Pract. crimin.* §. *fin. quæst.* 60. in *princ.* Carrer. in *Pract. tractat. de Homicidio*, §. *Circa quartum*, num. 2. Dueñas *Regula* 259. *ampliat.* 2. Covarrub. in *Clementina furiosus*, de *Homicidio*, 3. *part. in initio*, num. 5. Acevedus in *leg.* 2. *titul.* 10. *libr.* 8. *Recopilat. numer.* 7. Osuald. ad Donell. *lib.* 12. *cap.* 22. *notatis lit.* R. Plaza in *Epitome delictorum*, *capit.* 32. *numer.* 1. & 2. Caldas in *leg. Si curatorem*, verb. *Vel adversarii dolo*, num. 53. Menochius de *Recuperanda*, *remed.* 9. num. 36. & seq. & alii relati & secuti à Barbos. in *Collectanea cap.* 1. de *Delictis puerorum*, num. 2. Morla in *Emporio*, *titul.* 5. *quæst.* 7. num. 8. Gutierrez de *Tutelis*, *part.* 1. *cap.* 18. num. 1. & 9. iterum Morla *titul.* 12. *quæst.* 4. num. 3. ubi quòd minor proximus infantia nec irregularitatem incurrit ex homicidio, utpote non voluntario; benè Pichar. in §. in *Summa Instit. de Obligat. quæ ex delicto nascuntur*, num. 2. ubi num. 5. docet, Iudicis arbitrio relinqui quando dicatur puer proximus pubertati, Tuschus *lit. C. conclusion.* 815. num. 21. ubi de pueris lapidantibus: & latissimè prædictam resolutionem explicans Farinac. *cons.* 1. *lib.* 1. in *addition. litt. D. & seq. & in Praxi*, *quæst.* 92. de *Pœnis temperandis per totam*, ubi explicat quis dicatur proximus infantia, vel pubertati? & generaliter distinguit omnes ætates (de quo etiam Thom. Sanchez *lib.* 6. de *Matrimon. disput.* 38.) & ex *suprà* allegatis, & aliis concludit ipse Farinac. infantem, & infantia proximum ipso jure excusari absque restitutionis ope, & plures ampliationes, & limitationes ad dictam resolutionem congerit; eum omninò videas, quia fusissimè materiam prosequitur, & Molinam de *Justitia*, *tom.* 4. *disp.* 36. Carleval. de *Judiciis*, *tom.* 2. *disput.* 6. *titul.* 3.

num. 34. ubi Iudicis arbitrio relinquit & novissimè Narbonam in *tract. de Ætate*, infra relatum.

Ad numerum 58. ibi: *Minor verò qui jam est pubes, vel proximus pubertati, &c.*

Puberem, vel proximum pubertati delinquere, & puniri posse, ut *hic* resolvitur, docent omnes DD. *suprà* allegati num. *præcedent.* maxime Barbos. Pichard. Morl. & Farinac. *ex num.* 59. omninò videndus; & *concl.* 64. post *Opera Roderic. Suarez*, ubi de restitutione, de qua *Avend. cap.* 17. *Prætorum*, num. 3. Caldas in *leg. Si Curatorem*, §. *Minorib.* *ex numer.* 7. ex quibus colliges quando quis dicatur proximus pubertati, de quo etiam Cevallos *quæst.* 291. ubi de jure communi probabilius esse ait hoc Iudicis arbitrio relinqui: sed de jure Regio *ex lib.* 9. *titul.* 5. *part.* 6. proximum pubertati dici post decimum annum cum dimidio, si est masculus, & si fœmina post novem cum dimidio, eum vide, & Pichardum in §. *Actionum autem*, *Institut. de Actionib.* *quæst.* 20. *numer.* 14. & Molin. *tom.* 4. de *Justit. disput.* 36. Narbon. in *tract. de Ætat. in titul. de anno decimo cum dimidio*, *quæst.* 3. & *sequent.* ubi in *quæst.* 10. *ex num.* 17. contendit minorem decem annis cum dimidio non puniri etiam in atrocissimis, contra Commune, & *tit. de anno 14. quæst.* 41.

60 Ad num. 59. ibi: *Secus tamen est si consistat in omittendo, &c.*

Minorem non teneri nec puniri, ex delicto quod consistit in omittendo, ut *hic* resolvitur, docent Carrer. in *Pract. tract. de Homic.* §. *Circa quartum*, num. 6. Clarus in §. *fin. quæst.* 60. Caldas in *leg. Si curatorem*, §. *Vel adversarii dolo*, *ex num.* 55. Oddus de *Restitutione in integrum* 2. *part. quæst.* 80. num. 25. & seqq. ubi declarat dictam resolutionem procedere in delictis, quæ solùm in omittendo consistunt, secus in iis quæ partim in omittendo, partim in committendo: & latè Farinac. in *Praxi, dist. quæst.* 92. *ex num.* 69. ubi quòd ipso jure absque restitutione excusantur minores in delictis in omittendo intra vigesimum quintum ætatis annum; quod benè explicat usque ad num. 76. Molin. de *Justitia*, *tom.* 4. *disput.* 36. num. 5. Barbos. in *leg. Si mora*, ff. *Soluto matrim.* num. 29. Sarmiento *Selectar. lib.* 3. *cap.* 12. num. 9. Barbos. in *Collectan. leg. Licet, Cod. Si adversus delictum*, ubi etiam de muliere minore quæ non petiit tutorem filio; vide etiam Parej. de *Instrumentorum edition.* *tom.* 2. *tit.* 9. *resolut.* 5. *ex num.* 3. & novissimè Narbonam de *Ætate* anno 25. *quæst.* 45. *per totam* ubi etiam de non implente exilium, & *quæst.* 70. omninò.

61 Ad numer. 60. ibi: *Si minor impubes, &c.*

Impuberem etiam proximum pubertati non teneri ex delicto carnis puta adulterio, stupro, & simili, licet sit viripotens, & malitia suppleat aetatem, hic resolvitur, docent Carrer. in *Pract. tract. de Homicidio*, §. *Circa quartum*. num. 4. Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 32. numer. 8. Caldas in *leg. Si curatorem*, verb. *Vel adversarii dolo*; numer. 55. & plurimos referens Farinac. *dist. quest. 92. ex num. 79.* ubi probat quod excusantur non ope restitutionis, sed ipso jure; & num. 93. docet quod constitit impuberem esse viripotentem, non in toto excusatur, sed mitius punitur: reprobandus in hac parte nostrum Gomez. (prout eum probat Caldas *supra*) & numer. 83. & *seqq.* probat *supradictam* resolutionem principalem etiam procedere in crimine sodomiae raptus, coitus cum Judæa, vel incestus, quando prohibitio incestus tantum est de jure civili, secus de jure naturali, vel gentium; eum vide, & Molinam de *Justitia*, tom. 4. *disputat. 36. numer. 5.* & Narbonam de *Ætate*, anno decimo cum dimidio, num. 26. ubi quod minor 14. annis impunitus relinquitur in crimine sodomiae.

62 Ad numerum 61. ibi: *Similiter & tertio minor, &c.*

Minorem etiam proximum pubertati non teneri ex delicto, quod tantum est punibile per statutum, vel consuetudinem, & non per jus commune seu legem Regiam (quod apud nos est Jus commune) licet sit doli capax, & quod etiamsi sit pubes possit restitui hoc casu, resolvit Gomez. in *presenti*, & tenetur, plures relati à Farinacio *dist. quest. 92. num. 143. & seqq.* (ubi etiam de minore extrahente frumentum, vel non solvente vectigal, & an incidat in commissum, & alia: & in *quest. 24. ex numer. 168.* Cancer. *Variar. 2. part. cap. 1. num. 250. & capit. 12. numer. 76.* ubi quod minor restituitur, quando delictum non est prohibitum jure divino, vel gentium, sed tantum jure civili: vel consistit in omittendo: & vide *supra numer. 58.* quia statutum non ligat nec comprehendit pupilum: ut notat cum aliis Barbosa in *Collectan. cap. 2. de Delictis puerorum*, num. 6. Castillo in *leg. 1. Tauri*, verb. *En los dichos lugares*, Didacus Perez in *leg. 26. gloss. de Sacar. tit. 9. lib. 6. Ordinamenti*, Aceved. in *leg. 1. num. 3. tit. 18. lib. 6. Recopil.* Bobad. in *Politica*, libr. 4. *cap. 5. num. 4.* ipse tamen Farinacius ubi *supra* alios pro contraria sententia adducit, & tandem utramque opinionem foedere distinctionis conciliat, num. 151. & *seq.* nempe quod si statutum vel consuetudo puniat aliquod delictum, quod etiam jure communi punibile est, tunc minores comprehenduntur, sed mitius puniri debent; si verò tale delictum jure communi puni-

bile non erat, tunc minor in totum erit excusandus, nisi scienter ex proposito, & dolo deliquerit; eum vide ompinò, & Gutierrez *lib. 4. practicar. quest. 42. ex num. 17.* ubi loquens de statutis prohibentibus extractionem frumenti, & aliarum rerum vetitarum, ita concludit, probans minorem viginti quinque annorum excusari, nisi scienter, & dolose fecisset, & allegans ad hoc *leg. 6. tit. 7. part. 5.* ex cujus decisione taxat doctrinam Gomez. *hoc loco*, ut videri potest num. *finali illius questionis*, vide Narbonam in *tract. de Ætate*, anno 25. *quest. 70. post Bobadillam supra num. 40.*

63 Ad numerum 62. ibi: *Tamen non debet puniri pœna ordinaria, &c.*

Mitius esse puniendum, & non pœna ordinaria minorem viginti quinque annorum delinquentem, ut hic resolvitur, comprobant Dueñas in *reg. 259.* Covar. in *Clementina furiosus*, part. 3. in *initio*, num. 5. Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 32. num. 11. Clar. in §. *fin. quest. 60.* Cald. in *leg. Si curatorem*, §. *Vel adversarii dolo*, num. 55. & 67. Morla in *Emporio*, tit. 5. *quest. 7. num. 7.* Molin. de *Justitia*, tom. 4. *disputat. 36. num. 6.* Barb. in *Collectanea*, capit. 1. de *Delictis puerorum*, num. 3. & 4. & in *cap. 2. num. 5.* ubi remissivè, & in *Collectanea leg. 1. Cod. Si adversus delictum*, num. 3. Molina tom. 4. *disputat. 36. n. 6.* Petrus Cevallus *Resolution. Criminal. centuria 2. casu 134.* & latissimè Farinacius *dist. quest. 92. ex num. 4.* & quasi per totam, ubi omnes casus, in quibus minori minuenda seu temperanda est pœna congerit, & explicat, cum ampliacionibus, & limitationibus, quem videre sufficet ibi; & *consil. 101. num. 49.* & Fachinæum *lib. 1. Controver. cap. 71.* & Menoch. *casu 57. & 245. & 316. & 329.* & Narbonam de *Ætate*. anno 25 *quest. 43. & anno decimo cum dimidio, quest. 9 num. 5.*

64 Ad numerum 63. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Judicem præcissè teneri minorare pœnam minori, eum mitius puniendo, ut hic resolvitur, probant Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 32. num. 10. ubi declarat dictam resolutionem procedere dummodo à minore petatur, Caldas in *leg. Si curatorem*, verb. *Vel adversarii dolo*, numer. 50. ubi optimè explicat, & hos, & alios referens Farinacius in *dist. quest. 92. ex n. 163.* ubi tandem ait, quod si delictum fuerit atrocissimum, consulatur Princeps; & *consil. 33.* omninò, & iterum *quest. 17. num. 28. & seq.* ex causa enim legitima, pœna semper minui debet, ex pluribus relatis per Gratianum in *regul. 344.* & Acevedum in *leg. 14. tit. 26. lib. 8. Recopil.* & Cevallus, *quest. 540. num. 19. & seqq.* ubi ad propositum docet, quod licet lex disponat, quòd

quòd Judex non possit pœnam minuere, tamen inspecta facti qualitate, & circumstantiis loci, & personæ, pœna minoranda est; ubi licèt videatur loqui per verbum, *potest*: in fine tamen concludit à ratione, & æquitate alienum esse non minorare pœnam, ubi justa causa adest: quod necessitatem inducit: vide etiam Molinam de *Justitia*, tom. 4. disp. 36. n. 6. & novissimè Narbonam de *Ætate*, anno 25. quæst. 43. Per totam, latè & vide *suprà*; num. præcedenti.

65 Ad numerum 64. ibi: *Debet sibi per Judicem dari curator, &c.*

Minori debet Judex dare curatorem in causa criminali, etiam habeat patrem, qui tamen poterit esse curator ut quilibet alius, resolvit Gomez. & notum est, ut nuncupatim docet Villadiego in *Politica*, cap. 3. num. 251. Paz in *Praxi* tom. 1. part. 5. cap. 3. num. 5. & seq. in §. 4. Pichard. in *Manuductionib.* 3. part. §. 3. numer. 14. & 15. Farinac. quæst. 81. num. 354. quem vide Caldas in *leg. Si curatorem, in principio numer. 10.* sicuti in qualibet causa talis curator ad litem minori dari debet, ut latè explicat Gutierrez in *tractatu de Tutelis & curis.* 1. part. cap. 19. ex numer. 17. & per totum, & eruditus D. Joseph. Vela *Dissertation.* 2. quasi per totum, Gratianus *Disceptationum* tomo 2. cap. 225. Valas. de *Partitionibus*, cap. 7. ex numer. 43. Tuschus *littera C. conclus.* 118. & alii passim.

66 Ad num. 65. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Jurare, & respondere super facto, & veritate delicti, debet quilibet minor, contra quem proceditur præsentem curatorem ad juramentum licèt non ad depositionem, dum tamen legitimè interrogetur, resolvit Gomez. *hoc num.* & docent Afflictis *decis.* 208. & ibi Ursil. in *addit. num.* 2. Suárez in *leg.* 4. tit. de *Arris*, num. 14. Gutier. de *Tutelis.* 2. part. cap. 4. num. 9. & alii plures in unum congesti à Cevallos *quæst.* 301. & 603. ubi quòd præcedente infamia veritatem fateri tenentur Pichardus in *Manuductionib.* 3. part. §. 3. n. 15. Paz in *Praxi*, tom. 3. part. 5. cap. 3. §. 4. n. 8. Farinacius *quæst.* 12. num. 16. & *quæst.* 81. num. 365. ubi quòd non est necessaria curatoris auctoritas in examine, & interrogationibus minori faciendis, sed sufficit quòd interveniat in juramento; & *numeris præcedentibus, & sequentibus*, latè agit de hac confessione minoris, & de auctoritate curatoris ad eam, & *quæst.* 160. numer. 297. & novissimè Narb. in *tract. de Ætate*, anno 25. quæst. 37.

An autem, & quando reus teneatur fateri veritatem, sub juramento, videndi sunt *suprà* proximè citati, & Acevedus in *leg.* 2. tit. 7. lib. 4. *Recopilationis.* Farinacius *quæst.* 81. num. 15. &

Tom. III.

quæst. 83. cap. 1. & optimè Thomas Sanchez in *Summa* lib. 3. cap. 7. per tot. Bernardus Diaz in *Practic.* cap. 118. & idem Sanchez in *Consiliis*, lib. 6. cap. 3. dub. 31. qui docent, quòd quando reus dubitat, an judex rectè interroget, non tenetur fateri; eos vide, Paz in *Praxi*, omninò videndus, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 4. ex n. 13. Ægidius Trullenc. in *Decalogum*, lib. 8. cap. 4. dub. 3. & 4. ubi alios refert, & latè explicat, & vide *infra*, cap. 12. num. 6.

67 Ad numerum 66. ibi: *Sed his non obstantibus ego teneo contrarium, &c.*

Adversùs confessionem minoris legitimè factam in judicio negandam esse restitutionem, læsione non stante, Ursil ad Afflictum *decis.* 208. num. 1. Plaza in *Epitome delictor.* lib. 1. cap. 32. numer. 13. Sarmiento, *Selectar.* lib. 3. cap. 13. Clarus in §. fin. *quæst.* 60. in fine, Pichardus in *Manuductionibus.* 3. part. §. 3. num. 16. ubi air, quod quando confessio indiciis, & præsumptionibus comprobatur; restitutio negari debet, Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 4. num. 22. Villadiego in *Politica*, cap. 3. num. 251. Morla in *Emporio*, tit. 5. quæst. 7. num. 12. Farinacius in *Praxi.* quæst. 11. n. 32. & quæst. 81. n. 378. ubi quòd hæc opinio apud eum servatur in *praxi & numeris antecedentibus & sequentibus*, latè quæstionem explicat, ampliat, & limitat, Molina de *Justitia*, tom. 4. disput. 36. num. 4. Fachinæus lib. 1. *Controversiarum*, cap. 72. Menoch. de *Arbitrariis*, casu 258. Tusch. *littera R. conclus.* 283. & Thomas Sanchez benè explicans *lege 7. de Matrim. disput.* 112. n. 17. Gutier. in *Authent. Sacramenta puberum*, num. 131. Barb. in *leg.* 1. C. Si *adversus delictum*, n. 7. ex quibus omnibus eam conclusionem elicies, quòd si minor confessus fuerit delictum non probatum verè vel præsumptivè, vel intempestivè tempore incongruo, & quando non tenebatur fateri, restitutio ei debet concedi, & sic declarabis resolutionem Gomez. in *præsentem*, vide Osuald. ad Donnellum lib. 21. cap. 10. *notatis lit. Nu.* & novissimè Latream *decis.* 70. n. 20. & vide in *cap.* 14. *suprà* tom. 2. num. 16. & post eos Narbonam in *tractatu de Ætate*, anno 25. quæst. 37. & Scacciam de *Judiciis*, lib. 2. cap. 7. in numer. 713. & Paz in *Praxi.* 1. tom. 5. part. cap. 3. §. 4. ex numer. 5.

68 Ad numerum 67. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Minorem ante decimumquartum annum torqueri non posse, qui verò eam ætatem excessit, secundùm qualitatem personæ, & ætatis torquendum; etiam ejus curatore non interveniente in tortura ipsa, licèt in actis & processu debeat intervenire, resolvit Gomez. & quòd minor 14. annorum possit terreri, vel ferula seu

K

habe-

habena cædi; & ita tenent Carrerius in *Pract.* 2. tractatu de *Judiciis*, & *tortura*; §. *Circa tertium*. num. 37. Duenas *Regula* 259. *ampliat.* 7. Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 3. cap. 32. num. 12. Clarus in *Practica*. §. *fin. quæst.* 64. vers. *Quæro nunquid minor*: ubi ejus Additionator Baiardus explicat, quòd impubes ita demum dicto leviori modo potest torqueri, si est proximus pubertati, Bolañ. in *Curia Philippica*, part. 3. §. *Tormento*, num. 5. & latè Farinacius in *Praxi* q. 41. num. 16. & *sequentib.* ubi num. 20. ait, quòd infans nec torqueri, nec terreri debet, vide omninò Narbonam in *tract. de Ætate*, tit. de *anno decimoquarto*, quæst. 42.

69 Ad num. 68. ibi: *Et breviter & re olutivè dico*, &c.

Senem posse delinquere, & teneri ex delicto, pœnam tamen in eo esse minuendam; dummodò non sit pœna mortis, vel pecuniaria, hæc enim minuendæ minimè sunt, resolvit Gomez. & docent Carrer. *tract.* 2. de *Homicidio*. §. *Circa quartum*, numer. 13. Tiraquel. eruditè de *Pœnis temperandis*, causa 8. ex numer. 1. Menoch. de *Arbitrar. leg.* 2. casu 329. num. 20. Andræas Gail. *observation.* 110. numer. 34. leg. 2. Caldas in *leg. Si curatorem*, verb. *Vel adversarii dolo*, numer. 54. Duenas in *regul.* 259. & benè explicans Molina de *Justitia*, tom. 4. *disput.* 36. ex numer. 1. & latissimè Farinacius in *Praxi*, quæstion. 92. ex numer. 20. ubi explicat, quis dicatur senex, cum Menoch. de *Arbitrar. casu* 59. num. 3. & *seqq.* ubi docet, quòd in casibus à jure non determinatis, Judicis arbitrio relinquitur, quis dicatur senex; & postea *numeris sequentib.* comprobatur resolutionem Gomez. ipse Farinacius & num. 35. limitat, declarans, quòd cum in senibus propter senectutem, & sanguinis diminutionem, sensus, & intellectus diminuatur, ita quod repuerascere incipiant, pœnæ etiam delictorum minui debent: itaque resolutionem Gomez. ita explicare debes, quòd si talis sit senectus, quæ intellectum minuat, quælibet pœna, etiam mortis, vel pecuniaria minuenda est: si verò senectus non sit ita longæva quòd intellectum minuat; sed tantum vires corporales; tunc dicta resolutio Gomez. adaptari debet, nempe quòd pœna mortis, vel pecuniaria minuenda non sit; reliquæ verò secùs: vide Narbonam de *Ætate*, anno 70. quæst. 10. num. 9. & quæst. 11. *per totam*.

Si plura de senectute videre cupis consulto, Burgos de Paz in *leg.* 2. *Taur.* ex num. 59. Abbat. & reliquos in *cap. Magnæ de voto*, Gregorium in *leg.* 35. *titul.* 16. part. 3. Damhouderium in *Enchiridio similium*, verb. *Senectus*, Castillo in *leg.* 1. *Taur.* Bæzam de *Debitore*, c. 7. Aviles in *Proamio capitum Pratorum*, verb.

Acordado, Matienz. in *Dialog.* 3. part. cap. 58. & plura non contemnenda cogentem Domin. Franciscus de Amaya, in *leg.* 2. *Cod. de Decurionib.* lib. 10. ex num. 15. & latissimè Narbon. de *Ætate*, ab anno 50.

70 Ad num. 69. ibi: *Unde pro concordia*, & *vera resolut.* &c.

Mutus non debere puniri ex delicto quando nullum habet intellectum: secùs verò si illum habet, & illum signis exprimere potest, ut *hic* resolvitur, ut docent Plaza in *Epitome omnium delictor.* lib. 1. cap. 32. n. 17. & 18. & alii apud Farinac. quæst. 41. n. 89. & quæst. 98. n. 159. ubi laudat nostrum Gomez. & ejus resolutionem comprobatur, asserens quòd licèt mutus possit signis se explicare, & confiteatur delictum, nihilominus condemnari non poterit, nisi testibus ejus delictum probetur, præterquam si sciat scribere, & scriptura fateatur delictum, tunc enim condemnandus venit, Molina de *Justitia* tom. 4. *disp.* 37. numer. 3. ubi etiam laudat Gomez. & cum eo infert, quòd mutus torqueri non potest, eo quòd non potest certam promere confessionem, licèt nutibus ac signis interrogari possit ad veritatem indagandam, in quo consuluit Farinac. *sup.* quòd Notarius seu Tabellio scribat illius nutus, actus, & signa, quæ per se debent interpretari, vel per alios qui cum mutuo conversationem habebant; & quibus ea nota erant.

71 Ad num. 70. *Et breviter dico*, &c.

Furiosum non teneri de delicto nisi tempore sanæ mentis deliquerit cum habeat dilucida intervalla, resolvit per Gomez. *hic* & docent Tiraquell. de *Pœnis temperandis*, causa 2. ex n. 1. Duenas in *regula* 257. *ampliatione* 3. Carrerius in *Pract.* 3. *tractat.* de *Homicidio*. §. 2. *Excusatus*. num. 1. & *seqq.* Plaza in *Epitom. delictorum*, l. 1. cap. 29. num. 1. Clarus in *Practica*. §. *fin.* q. 60. Menoch. de *Arbitrar. casu* 325. ex num. 1. & de *recuperand. remed.* 9. ex num. 91. Parlador. *Differentia* 86. Caldas in *leg. Si curatorem*. §. *Cum non absimilis*, num. 43. Gutierrez *Canonicarum*, lib. 2. cap. 4. num. 95. Vantius de *Nullitatibus*, tit. de *Nullitate ex defectu mandati*, ex num. 15. Tiber. Decian. lib. 9. *Criminal. cap.* 15. Covar. in *Clement. si furiosus*. 1. parte, & *per totam*, Molina. de *Justitia*, tom. 4. *disp.* 38. ex n. 1. ubi quòd nulla omninò pœna nec ordinaria nec extraordinaria puniri potest; & n. 2. quòd si non constat fuisse amentem tempore commissi delicti, præsumitur sanæ mentis; quando verò constat antea amentem fuisse, talis præsumitur fuisse tempore delicti, & alia, Pichardus in *Manuductione* 3. p. §. 4. n. 58. Pet. Greg. in *Syntagm. lib.* 38. cap. 3. n. 4. & latissimè Farinac. quæst. 94. ex num. 1. ubi de phrenetico, insano, demente, seu mentecapto, ubi etiam num. 4. quòd etiam si redie-

dierit ad sanam mentem, non debet puniri pro delicto commisso tempore furoris, & num. 8. & sequentibus. dictam resolutionem ampliat hoc modo, quod si dubitetur quo tempore deliquerit, præsumendum est quòd tempore furoris; de quo vide infra, num. proxim. sequent. & eundem Farinac. in *Fragm.* verb. *Furiosus*, vide etiam Tuschum littera *F. conclusion.* 548. & multis antecedentibus; & subsequentibus, ubi materiam fisisimè explicat, & alios plures in unum congestos per Cenedum. in *Collectanea ad text. in Clementina*, si furiosus, ubi etiam Barbos.

72 Ad num. 71. ibi: *Et dicendum est quòd si probatur, &c.*

Si delinquens probaverit furorem ante commissum delictum, præsumitur eodem furore commissum; si verò id non probetur, præsumptio est tempore sanæ mentis commissum fuisse, nisi contrarium expressè probetur, ita resolvit Gomez. in *præsenti*, & comprobant latissimè Carrerius in *Pract. tractat. 3. de Homicidio. §. 2. Excusat.* num. 11. Plaza in *Epitome delictorum leg. 1. cap. 26. num. 4.* Suarez in *suis Communibus*, littera *F. num. 413.* Mascard. de *Probationib. conclus.* 824. ex num. 10. Menochius, *lib. 6. præsumption.* 45. ex num. 63. Covarrub. de *Sponsalib. 2. part. cap. 2. num. 6.* Molin. de *Justitia*, tom. 4. *disput. 38. num. 2.* Thomas Sanchez de *Matrimon. leg. 1. disput. 8. numer. 17.* ubi benè explicat, Morla in *Emporeo, titul. 9. num. 7* & latè, & optimè Farinacius in *Praxi, quest. 94. ex num. 8.* & 11. optimè declarat supradictam resolutionem hoc modò; quòd si quis occiderit eum cum quo nullam habet inimicitiam, & palàm commisso delicto non se abscondat, nec fugiat, aut quid simile fecerit, quod furorem seu amentiam præferat, tunc absque difficultate procedit dicta conclusio; si verò occiderit, vel vulneraverit inimicum, vel eum cum quo rixam habuerat, & se abscondit seu latitavit, tunc præsumitur deliquisse extra furorem; eum omninò videas, & Tuschum littera *F. conclusion.* 544. per tot. Supradictæ verò conjecturæ semper cessare debent probata veritate, & si pensatis omnibus circumstantiis simus in dubio, an quis deliquerit tempore furoris, vel sanæ mentis, præsumendum est tempore furoris delictum commissum, ut favorabilius, ita Farinac. *suprà num. 12.* Tusch. Menoh. & cæteri relati vide etiam Barbosa in *cap. final. de Successione ab intestat. numer. 13.*

Ad numerum 72. ibi: *Sed ego minimus inter alios, &c.*

73 Furiosum durante furore non posse condemnari nec puniri ob delictum commissum ante furorem, ut hic resolvitur, docent Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 29. num. 1.* Clarus Tom. III.

rus in *Practica. §. final. quest. 60.* Covarrub. in *Clementina, Si furiosus. 3. part. in initio, num. 1.* Suarez in *Suis Communibus*, littera *F. num. 181.* Menoch. de *Arbitrariis, casu 325. numer. 12.* Cevallos *question. 33.* Fachinæus *lib. 9. cap. 3.* Gratianus in *regul. 214. numer. 11.* Caldas in *leg. Si curatorem, verb. Sine curatore, num. 99.* Molina de *Justitia, tom. 4. disput. 38. num. 4.* Pichardus in *Manuductionibus. 3. part. §. 4. numer. 59.* ubi alios refert; D. Joannem de Solorzano de *Parricidiis, cap. 18. propè fin.* aientem totam hanc rem Judicis arbitrio relinquendam maximè in parricidii crimine, Farinac. latissimè omninò videndus in *Praxi, quest. 94. ex numer. 13. usque ad 26. ubi num. 22.* conciliat duas contrarias invicem opiniones circa impositionem pœnæ pecuniariæ, hoc modo, nempe quod si furor supervenerit ante processum informativum factum, seu factam defensionem rei; tunc nec pœna pecuniaria imponi potest; si verò post defensionem factam, & informativum processum, furor contingat, pœna pecuniaria locum habere poterit; & num. 25. addit quòd si esset aliqua spes ut amens redeat ad sanam mentem, tunc non est dimittendus, & absolvendus, sed retinendus, & custodiendus donèc ad sanam mentem reversus fuerit, & puniatur; vide etiam omninò Cened. *quest. 9. num. 6.* & Narbon. de *Ætate, anno 10. cum dimidio, quest. 10. num. 11.* & 14. ubi quòd si delictum fuerit atrox, furor superveniens nihil proderit.

74 Ad num. 73. ibi: *Et breviter dico quòd debet puniri, &c.*

Qui in ebrietate commissit delictum, non pœna ordinaria, sed minori esse puniendum, ut hic resolvitur, docent Covarrub. in *Clementina. si furiosus. 3. part. init. post. num. 3.* Carrerius in *Practica. 3. tractat. de Homicid. §. 3. Excusat.* numer. 2. Dueñas in *regul. 259. ampliat. 4.* Plaza in *Epitom. delictorum cap. 30. numer. 1.* Clarus in *Praxi. §. final. quest. 60. num. 12.* Menochius de *Arbitrariis, casu 326. ex num. 1.* Decianus 1. *part. lib. 5. cap. 37. rub. de Defension. reor. numer. 53.* & 60. & *part. 2. lib. 6. cap. 11. rubr. de Excusat. perjurii*, Gutierrez *lib. 2. Canonie. cap. 4. num. 91.* & per tot. latè, & optimè materiam explicans, Mascard. de *Probat. conclus.* 580. ubi quòd debet probari ebrietas tempore commissi delicti Molina de *Justitia, tom. 4. disput. 38. ex numer. 5.* (ubi quòd si quis sine culpa se inebriavit, vel cum ea, non tamen expertus se in ebrietate periculosum aliquid solere facere ad homicidium, si aliquem occidat, nulla pœna sit puniendus, contra nostrum Gomez. & communem) de quo etiam Cenedus *quest. 9. numer. 8.* Bernad. Diaz in *Praxi Canonie. cap. 77.* & quam plurimos referens Cenedus in *Collectan.*

ad Decretum 33. Pichardus in §. 1. *Instit. de Success. sublatis*, n. 19. & §. 1. *Instit. de Injuriis*, numer. 30. ubi resolutionem Gomez. comprobatur; & addit, quòd ebrietas in leviori injuria verbali omninò excusat, si discussa vinolentia sobrium pœniteat; & latiùs idem Pichard. in *Manuduct. 3. part. §. 4. numer. 50.* & omnium latissimè Farinacius in *Praxi*, quæst. 20. ex n. 47. & q. 93. ex numer. 1. ubi pro regula constituit resolutionem nostri Gomez. & plures ampliationes & limitationes ad eam congerit, quem allegare sufficiebat; & num. 9. ebrium, occidendo, irregularitatem non incurrere probat, dummodò non se inebriaverit debita opera ut occideret, vide etiam Less. de *Justit. & jur. lib. 4. c. 3. dub. 3. per totam*, ubi optimè & Sanchez in *Consiliis Moralibus lib. 1. cap. 4. dub. 8.*

75 Ad num. 74. ibi: *Sed pro concordia, & veritate dico, &c.*

Qui dormiens deliquit, quòd tunc pœna extraordinaria teneatur, si sciebat quod hoc illi contingere solebat, & non præcavit, nec diligentiam adhibuit, ne contingeret, resolvit Gomez. & docent latè Covarrub. in *Clementina, si furiosus. 3. part. in initio numer. 6.* Carrerius in *Practica. 3. tract. de Homicidio. §. 4.* Tiraquell. de *Pœnis temperand. causa 5. numer. 10.* Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 31. numer. 3. & 5.* Clarus. §. *final. quest. 60. numer. 20.* Menoch. de *Arbitrar. casu 327. numer. 3. & 4.* Cened. in *Colleçtanea 48. ad Decretales, numer. 2. & in Colleçtanea 17. ad Clementinas, numer. 4.* ubi quid de irregularitate in hoc casu, & quid de semidormiente, Pichardus in *Manuduction. 3. part. §. 4. numer. 48.* & latè Molina de *Justitia, tom. 4. disputat. 38. num. 10.* & latiùs Farinacius in *Praxi, quæst. 98. ex numer. 62.* ubi benè explicat, ampliat, & limitat Tuschus *littera E. conclus. 1.*

76 Ad numerum 75. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Prodigum posse delinquere, & puniri pœna ordinaria delicti, ut hìc resolvitur, docent Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 29. post n. 1. vers. Quibus sic perpensis: Rodericus Suarez in tit. de Debitis, num. 16.* Fachin. *leg. 2. cap. 69.* Gutierrez de *Tutelis 1. part. cap. 16. n. 108.* Clarus in §. *fn. quæst. 60. num. 11.* Molina de *Justitia, tom. 4. disput. 38. num. fin.* ubi alios refert, Vantias de *Nullitate ex defectu mandati, ex num. 15.* Menochius de *Recuperanda, remed. 9. num. 96.* Aceved. *leg. 2. tit. 3. num. 89. lib. 5. Recopil.*

77 Ad n. 76. ibi: *Et breviter dico, &c.*

Quòd contra servum delinquentem possit procedi eodem modo ac si esset liber, & puniri licèt non pœna pecuniaria, quæ in servum non

cadit, ut hìc resolvit, docent Clarus in *Practica §. final. quæst. 80. num. 6.* Molina de *Justitia tom. 3. tract. 2. disputat. 711. num. 1.* & per tot. ubi materiam benè declarat Diana *Resolutionum Moralium, tom. 7. tractatu 6. resolution. 73.* ubi etiam quando dominus teneatur pro servo, Donnell. in *Rubr. Cod. An servus ex suo factio, &c. num. 3.* & in *leg. Licèt, ibid. num. 4.* Cujacius in *Recitationib. ad titul. ff. de Actionib. & obligationib. in leg. Servi; Gregorius per textum; ibi: in leg. 9. tit. 2. part. 3. & leg. 10. tit. 1. part. 7.* Villadiego in *Polit. cap. 3. num. 168.* Pichardus in §. *Omnia autem, Institut. de Noxalib. ex n. 3.* Barbos. in *Colleçtan. ad l. 1. 2. 3. 4. & 5. Cod. de Noxalib. actionibus* ubi benè declarat, Petrus Gregorius in *Syntagm. lib. 38. cap. 11. num. 4.* Gratianus *regul. 30.* & alli relati à D. Francisco de Amay. in *leg. 1. Cod. de Decurion. lib. 10. numer. final.* qui omnes totam resolutionem nostri Gomez. explicant Bórbos. in *leg. Si mora. ff. Solutio matrimonio post præludia in lectura*, ubi de domino sciente, & non prohibente delictum servi.

Ibi: *Adde tamen circa prædicta, &c.*

Adde Cevallos *quæst. 126. num. 17.*

Ad numerum 77. ibi: *De quo articulo, &c.*

78 De processu, & modo procedendi contra absentem in causis criminalibus, latè omnino videndi sunt Didacus Perez in *leg. 1. tit. 2. lib. 3. Ordinam. glossa 1. versic. Quæro decimo tertio.* Averdanus *respons. 15.* Monterrosus in *Praxi, tractat. 4. titul. del Processo en rebeldia, Paz in Praxi. 1. tom. 5. part. tom. 4. per tot.* Tauristæ in *leg. 76. Taur. & omnes Regnicol. in lege 3. tit. 10. lib. 4. Recop.* Villadiego in *Polit. cap. 3. ex num. 375.*

79 Ad numerum 78. ibi; *In quo dubio, & notabili articulo, &c.*

Morte extingui delictum quoad pœnam corporalem, & quoad pœnam confiscationis bonorum, præterquam si delictum sit gravissimum, & enormissimè, quia tunc pœna in cadavere est exequenda, resolvit Gomez. & docent Dueñas *regul. 13. & 137.* Menchaca *Illustrium, cap. 6. n. 7. & sequentibus, & cap. 96.* ubi id generaliter probat tam in pœna corporali, quàm in privata status, & pecuniaria, Bossius latè in *sua Praxi, tit. de Accusationib. ex num. 34. & tit. de sententiis, n. 105.* Clarus *quæst. 51. vers. Ulterius quæro.* Plaza in *Epitome delict. lib. 1. c. 38. num. 2.* Menochius *Consil. 99. ex n. 150. lib. 1. & de Arbitr. casu 258.* Maschard. de *Probationib. conclus. 348.* Medicis in *tractat. Mors omnia solvit. 2. part. conclus. 2. & 32.* Menochius de *Recuperanda posses. remed. 1. ex num. 157.* Caldas in *leg. Si curatorem. §. Læsis, num. 24.* Villadiego in *Polit. cap. 3. ex n. 178. & 180.* ubi benè Car-

Cardos, repons. 5. post tract. de Jure accrescendi, Barbosa in leg. 2. ff. Solut. matrim. ex num. 124. latissimè Gutierrez lib. 2. Canoniarum, cap. 18 ex num. 47. & cap. 3. num. 22. Suarez in The- sauro receptor. verb. Hæres, Fachin. l. 9. Con- troversiarum, cap. 5. Cevallos quæst. 464. Barb. in Collectanea cap. fin. de Sepulturis, Hermosilla. in leg. 5. tit. 3. part. 5. glos. 1. & leg. 10. tit. 4. glossa 8. num. 13. & in leg. 56. tit. 5. glossa 1. num. 39. & sequent. & num. 49. Barbosa in ca- pit. 6. de Statu Monachorum, num. 5. & 15. Pi- chardus in Relektione ad titul. ff. de Acquirenda hæredit. cap. 5. numer. 21. Scaccia de Judiciis, lib. 2. cap. 9. num. 277. 281. & seq. D. Joseph. Vela Dissertation. 14. ex num. 21. Amaya in le- ge 10. Cod. de Jure fisc. lib. 10. latè, qui omnes fusissimè explicant, quomodò, & quando hæres teneatur ex delicto defuncti, eo decedente ante vel post litem contestatam, de quo etiam infrà n. 89. nec non Pichardus in §. Pæna Institut. de Obligation. quæ ex delicto nascuntur, num. 25. & §. His autem, Institut. ad leg. Aquil. ex num. 42. & §. Non autem, de perpetuis, & temporalib. ac- tion. lib. 4. & omnium latissimè resolutionem nostri Gomez. pro regula constituens, Farinacius in Praxi quæst. 10. ex num. 36. usque ad num. 83. ubi plures ampliaciones, limitationes, & decla- rationes congerit, ante omnes videndus, quia eum videre sufficiet, & novissimè Pichardus in Manuductionibus 4. part. §. 4. num. 4. & sequent. ubi etiam bene explicat quid si pendente appel- latione mortuus fuerit reus; & etiam vide Moli- nam de Justitia, tom. 4. tractat. 3. disputat. 43. quasi per tot. latè omnes casus distinguentem, Pareja de Instrumentor. edit. tom. 2. titul. 6. re- solut. 7. ex num. 42. latè usque ad finem, & No- guerol. Allegat. 12. num. 157. ubi quod etiam si confiscatio bonorum ipso jure incuratur, ces- sat si reus moriatur ante declarationem, & vide allegat. 15. num. 37.

80 Ad numerum 79. ibi: Ex quo primo in- fertur, &c.

Quòd in hæresi & crimine læsæ Majestatis, & in delicto contra naturam, & aliis atrocissi- mis, vel si quis se ipsum occidat, in cadavere possit exequi sententia, ut hinc resolvitur, docent Carrerius in Practic. tractat. de Hæret. §. Expedito processu hæreticorum, num. 11. Clarus in §. Hæresis, versic. Item de crimine, & in §. fi- nal. quæst. 51. versic. Sunt tamen aliqua crimina; Peregrinus de Jure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 29. Bossius in titul. de Pænis, & titul. de Hæreticis, numer. 30. & seqq. & omnium latissimè Farina- cius de Hæreticis, quæst. 197. num. 89. & seqq. & quæst. 185. num. 200. ubi an si memoria de- functi semel fuerit absoluta ob non probatum crimen possit iterùm accusari? Molina de Justit.

tom. 4. tractat. 3. disput. 43. numer. 6. ubi enu- merat septem crimina in quibus morte delin- quentis non extinguitur delictum quoad pœna, & accusationem, ut sunt crimen læsæ Majesta- tis divinæ vel humanæ; peculatus, repetunda- rum, vel quando se ipsum occidit in crimine digno confiscatione, idem in milite deserto- re militiæ, & in muliere suspecta, quòd operata fue- rit ad mortem viri, Cenedus in Collectanea ca- pit. 2. de Hæreticis, lib. 6. ubi cum multis do- cet, quòd cadavera hæreticorum, & eorum fau- torum excludi debent ab Ecclesiastica sepultu- ra, ut concrementur, Fachinæus lib. 13. Con- troversiar. cap. 17. & omnium latissimè Farina- cius in dict. quæst. 10. numer. 37. & seqq. usque ad 83. ubi de dictis criminibus exceptis fusissimè disputat per ampliaciones, Tuschus littera M. conclusion. 396. per tot. & alii ferè infiniti penès ipsos, & Bobadill. in Politt. lib. 3. cap. 15. nu- mer. 143.

81 Ad num. 80. ibi: Præterquam in casibus, & delictis sequentibus, &c.

Sex casus enumerat hic noster. Gomez. in quibus delictum, & ejus pœna non extinguitur morte, de quibus vide relatos supra num. præce- denti, maximè Clarum, Molinam, Farinacium, & Bobadillam in Politt. lib. 3. cap. 15. n. 143. Cald. §. Læsis, num. 25. & Peregrinum de Jure fisc. lib. 4. tit. 5. per tot. maximè ex num. 6. ubi decem & septem casus congerit, & D. Solorza- num, lib. 6. de Pæna parricidii, cap. 2.

82 Ad num. 81. ibi: Debet intelligi infrà quinquennium, &c.

Quòd in casibus in quibus reus potest accu- sari post mortem, intelligitur infrà quinquen- nium, præterquam in crimine hæresis in quo intrà quadraginta annos potest procedi, ut hinc resol- vitur, docent Suarez in Communib. opinion. verb. Mors, n. 220. Clarus §. final. quæst. 51. versic. Sciens tamen, & in §. Læsæ Majestatis, vers. Item licet Peregrinus de Jure fisc. lib. 4. tit. 5. n. 33. Covarrub. in regul. Possessor. 2. part. §. 2. n. 6. Thomas Sanchez in Summa, lib. 2. cap. 22. ex num. 38. & alii plures in unum congesti à Barb. in Collectan. leg. Manichæos. Cod. de Hæreticis & Manich. num. 44. Farinac. in Praxi, dist. q. 10. ex num. 81. & quæst. 25. ex numer. 158. & de Hæret. q. 197. n. 112. & seq. ubi contrarias opi- niones adducit & conciliat circa condemnationem memoriæ hæretici mortui, quem videas & Mo- linam de Justitia tom. 4. tractat. 3. disp. 43. n. 8. & tom. 1. tractat. 2. disputat. 73. ex num. 5. & vi- de Neguerol. Allegat. 12. num. 156.

Ibi: Adde tamen quod licet, regulariter, &c.

Vide Farinacium supra, dist. quæst. 10. ex num. 79.

83 Ad n. 82. ibi: Sed his non obstantibus, &c., Pœ-

Pœnam confiscationis bonorum non transire ad hæredes, si reus mortuus fuerit post sententiam, sed intra tempus ad appellandum constitutum, ut hic resolvitur, docent Sebastianus Medicis *in tractat. Mors omnia solvit. 2. part. conclus. 32. num. 37.* Mench. *Illustrium, cap. 96. ex num. 17.* Peregrin. *de Jure fisc. lib. 4. tit. 5. numer. 38.* (qui minus tutam dicit hanc opinionem, & alii relati à Farinac. *in Praxi quæst. 10. num. 46. ubi num. 47.* declarat dictam resolutionem procedere, quando pœna confiscationis bonorum, seu pecuniaria venit in consequentiam delicti; secùs si principaliter in sententia fuerit imposita pœna bonorum, quia tunc indistinctè illa post mortem rei transit ad hæredem, etiam si à defuncto fuerit appellatum, vel tempus ad appellandum non transierit, vide eum *ibi, & numeris sequentibus.* ubi ponit exempla, quando pœna confiscationis intelligatur apposita principaliter, & quando accessoriè & dupliciter limitat hanc declarationem, vide etiam Greg. *in leg. 28. tit. 23. part. 3.* & Pichard. *in Manuduct. part. 4. §. 4. num. 6.* ubi etiam eodem modo explicat dictam resolutionem: & *in §. Non autem Inst. de Perpetuis & temporalibus action. num. 63.* & Villadiego *in Politic. cap. 4. à num. 13.* prout etiam explicat noster Gomez. *infra, numer. proximo,* & Molina *de Justit. tom. 4. disputat. 43. ex num. 9.* Fachinæus *lib. 9. cap. 37.*

84 Ad n. 83. *ibi: Unum tamen est, &c.*

Quamvis morte rei extinguatur delictum, hæres tamen ejus benè potest petere, ut declaretur defunctum non deliquisse, ob infamiam vitandam; ita Gomez. resolvit *in præsentibus*, & docent Menchaca *Illustr. cap. 96. num. 15.* ubi hoc commendat tanquam singulare. Peregrinus *de Jure fisc. lib. 4. tit. 5. n. 35.* & eos referens, & laudans nostrum Gomez. Farinac. *in Praxi q. 10. num. 74.* ubi etiam refert Cyrillum *in Summa criminali*, aientem quòd etiam extranei non hæredes admitti debent ad purgandam memoriam defuncti, vide etiam Carlev. *de Judiciis, tom. 2. tit. 2. disput. 3. ex num. 5.*

85 Ad num. 84. *ibi: Secùs tamen est, si delictum sit privatum, &c.*

In delictis privatis reo defuncto ante litem contestatam, delictum extingui; secùs si post quia tunc pœna transit contra hæredes, resolvit Gomez. *ex leg. unic. Cod. Ex delicto defuncti.* & comprobant Pichardus *in §. His autem: numer. 41. Institut. de leg. Aquil. Fachin. lib. 9. cap. 5.* & omnes relati *suprà numer. 78.* maximè Gutierrez Barlos. Hermosilla, Vela, & Amaya quos vide, & Farinac. *dict. quæst. 10. ex numer. 50.* ubi n. 59. quòd etiam tenetur hæres ante litem contestatam de eo quod ad ipsum pervenit, vel in quo factus est locupletior, & ampliatur

ad hæredem hæredis; & *num. 60.* cum Covarrub. *Variar. lib. 3. cap. 3. num. 7.* Duenas *in regul. 13. num. 12.* Mench. *Illust. cap. 96. n. 27.* vers. *Sexta limitatio: Clar. §. final. quæst. 51.* & aliis pluribus probat, quod de jure Canonico hæres tenetur ex delicto defuncti, etiam quòd ex eo nihil ad eum pervenerit, & etiamsi lis non fuerit contestata; quod sublimitat, & declarat, latè explicans *usque ad num. 69.* eum omninò videas, & Gutierrez *dict. cap. 18. lib. 2.* Canon. quæst. omninò, & Molin. *de Justit. tom. 4. disput. 43. num. 3. & 4.* & Cevallos *quæst. 464.* & Pichard. *in §. Non autem, Institut. de Perpetuis, & temporalibus action. latè, maximè num. 55.*

86 Ad num. 85. *ibi: Item adde quòd mortuo accusatore, &c.*

Mortuo accusatore, quòd actio vel accusatio civilis pecuniaria transeat ad ejus hæredes, modo decedat ante litem contestatam, modò postea, cùm tendat ad damnum vel interesse consequendum; secùs si accusatio tantùm tendat ad vindictam, ut in delicto injuriæ, vel alio simili, quia tunc non transit ad hæredem, nisi post litem contestatam, resolvit Gomez. *in præsentibus*, & docent Pichardus *in §. Non autem, Institut. de Perpet. & temporal. action. ex num. 7.* ubi benè explicat, Suarez *Receptorum; verb. Hæres, Caldas in leg. Si curatorem. §. Læsis, numer. 26.* ubi de actione pro adulterio ad dotis privationem, Molina etiam latè explicans *tom. 4. de Justit. disp. 43. ex num. 15.* Clarus *§. final. quæst. 51. num. 9.* ubi Additionator Baiardus *ex num. 30.* Gregor. *in l. 28. & 29. tit. 23. part. 3. & leg. 23. tit. 1. & l. 2. tit. 13. part. 7.* Amaya *in leg. 10. Cod. de Jure fisc. ex n. 64.* ubi latè de fœmina stuprum passa, quæ postea moritur, an jus prosequendi injuriam transferat ad hæredem? Villadiego *in Politic. cap. 3. ex n. 180.* Fachinæus *lib. 9. Controvers. cap. 5.* vide etiam Cancr. *3. part. cap. 11. ex num. 132.* ubi de virgine deflorata decedente, an transmittat ad hæredes jus petendi dotem.

87 Ad num. 86. *ibi: Item adde quòd defuncto accusatore, &c.*

Accusatore defuncto quòd possit quilibet alius prosequi accusationem intra triginta dies, & post eos accusare de novo, & in ejus defectum Judex possit ex officio prosequi, ut hic resolvitur, docent Clarus *in §. fin. quæst. 51. num. 10. & sequentibus.* Molina distinguens *tom. 4. de Justit. disputat. 43. num. 16.* Villadiego *in Politic. cap. 3. num. 182.* Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia solvit. 2. part. conclus. 2. num. 5.* ubi ex Azone *in Summa. Cod. Si reus vel accusator mortuus fuerit*, ait quòd hæredes accusatoris, ut tales, prosequi non possunt accusationem cùm ad eos hoc jus non transeat.

88 Ad numerum 87. ibi: *Sed breviter in hoc articulo, &c.*

Delinquentem debere remitti ad locum ubi commisit delictum, ut hic resolvitur, docent latissimè Vivius in suis *Communibus*, verb. *Judex domicilii*, ex num. 2. Vincentius de Franchis *de- cis.* 37. Bernardus Diaz in *Practic. crimin. Canon. cap. 9.* Thesaur. *Decision. Pedemont.* 90. numer. 6. Morla in *Emporeo*, titul. 2. quæst. 20. ex n. 10. ubi num. 12; docent cum Covarrub. & aliis, furem etiam remittendum ad locum commisi furti, & num. 14. probat quòd Judex requirens, & petens remissionem rei, debet hoc justificare summaria delicti probatione, & eam inserere in literis requisitoriis, ut executioni mandentur Gregorius in *leg.* 15. titul. 1. part. 7. & in *leg.* 1. titul. 29. eadem part. glossa magna, Pareja de *Instrument. edition. tit. 2. resolut. 9. numer. 19. 79. & 81. & ex num. 60.* ubi latè, & quòd in delicto levi non debet fieri remissio, vide eum omninò qui etiam agit de vagabundo, & aliis, & an de uno Regno in aliud, & quid in foro Ecclesiastico? Suarez *Allegat.* 17. num. 3. ubi de criminibus in mari commissis & in *tit. de Los emplazamientos*, vers. *Sed attende*, num. 49. Bobadilla in *Politic. lib. 2. cap. 16. num. 105.* ubi de Regiis Consiliis, & Cancellariis, & Dominis vassallorum an debeant remittere delinquentes ad locum delicti? & num. 180. & 212. Aviles in *cap. 27. Prætor* verb. *Requiere*, & vers. *Entreguen*, & *cap. 50. verb. Regimiento*, ubi de delicto ludi, & usurarum, Aceved. in *leg.* 1. & per tot. titul. 16. lib. 8. *Recopilat.* Avendanus *Resp.* 40. Tiraq. de *Retract. ligna.* §. 36. glossa 3. n. 28. ubi de delinquente in confinio duorum populorum (in quo ex Chassan. in *Cathalogo*, part. 12. *consideration.* 46. Forcatulo *Dialogo* 1. num. 35. & aliis refert Salgado in *Labyrintho* 1. part. cap. 4. num. 26. quòd si caput hominis occisi in confinio reperitur in uno territorio, ibi cognoscendum de eo, licèt membra alibi reperiantur, de quo tu cogita) idem Salgado de *Regia protectione*, part. 2. cap. 10. n. 63. ubi de emittente sagittam, & occidente hominem in alio territorio, Scaccia de *Comerciiis.* §. 2. glossa 3. n. 131. iterùm Salgad. de *Retention.* part. 2. cap. 5. §. 3. ex num. 11. & cap. 27. num. 5. Bolan. in *Curia Philippic.* §. *Fuero*, & in 2. part. §. *Mar.* num. 39. ubi de delictis commissis in mari, Narbon. in *Concordia familiarum*, glossa 20. numer. 42. ubi de delinquente in officio sibi commisso, Menochius *casu* 531. ubi de vagabundis, Osuald. ad Donell. *lib. 17. cap. 16.* & alii plures in unum congesti *conclus.* 15. *Crim.* post opera Roderici Suarez Barbos. in *Collectan. cap. Postulasti, de Foro competenti*, ubi de hæretico, fure delinquente in mari, vel in confinio duarum

provinciarum; vel si in uno loco inchoetur delictum, & alibi consummetur, de vagabundo, & alia, & in *Collectanea ad l. 1. Cod. Ubi de criminibus agi oporteat*, num. 5. & 6. & per tot. & in *Authent. qua in provincia*, eod. tit. post alterum Barb. in *leg. Hæres absens.* §. *Proinde*, ex num. 66. in *articulo de Foro delicti*, & latissimè Farinac. in *Praxi*, quæst. 7. per totam, per ampliationes & limitationes: & vide Fachinæum *lib. 9. Controvers. cap. 20. & sequent.* & Sanch. in *Consiliis moralib.* l. 6. cap. 1. dub. 15. & 16. ubi de exemptis, & Carleval. *tom. 1. disput. 2. q. 7. section. 2. per tot. & in quæst. 1. ex num. 1.* Noguierol. *Allegat.* 12. num. 27. & sequentibus, ubi etiam an de una provincia in aliam?

89 Ad n. 88. ibi: *In quarto articulo, &c.*

Quòd in delictis non connexis à pluribus commissis sententia unius nec prodest, nec nocet alteri; nec pœna ab uno soluta liberat alios: & quòd in delictis connexis sententia absolutoria in favorem unius prodest alteri, ut hic resolvitur docent Tiraquell. in *tract. Res inter alios acta, limitation.* 22. ubi plures refert; de quo etiam *infra*, num. 90. ubi videas: Mexia in *Pragmatica taxæ pan. conclusion.* 5. num. 64. Surd. de *Aliment.* tit. 9. quæst. 14. num. 3. Gratian. *disceptat. cap. 115. ex n. 16.* Farinac. *Consil.* 73. numer. 2. ubi explicat quæ dicantur connexa, & quæ non; de quo etiam Tusch. verb. *Connexum*; idem Tusch. *litt. S. concl.* 174. & 179. & confirmari potest, quia quando causa est communis, & una eademque omnium defensio, factum unius prodest alteri, prout in appellatione concludunt plures relati à Barbosa in *Collectanea ad cap. 72. n. 2. sub tit. de Appellat.* Caldas in *leg. Si curatorem*, verb. *Vel adversarii dolo*, num. 31. & laudat Gomez. hic Baiardus ad *Clar. quæst.* 84. in *fin.* Acev. in *leg. 2. tit. 20. lib. 8. n. 9.* & Carleval. *lib. 1. disput. 5. num. 23.* ubi quòd multi delinquentes tenentur insolidum ad pœnam, & quid pro salariis Judicum, & interesse partis?

90 Ad n. 89. ibi: *Non tamen credo, &c.*

Licèt unus ex adulteriis non possit occidi sine alio, tamen quòd unus sine alio possit accusari, hic resolvitur, ut videas: Sed ex *leg. 2. titul. 20. lib. 8. Recop.* unus sine alio accusari non potest, ut ibi advertit Acev. & reliqui nec non in *l. 80. Taur.* qui etiam disputant, quid si unus eorum decesserit, vel fugerit.

91 Ad num. 90. ibi: *Tertia conclusio notabilis, &c.*

Sententiam latam contra delinquentem nocere ei qui tenetur in consequentiam: ex quo aliqua inferuntur per nostrum Gomez. docet eum laudans doctissimus Barb. in *Collect. ad l. 1. C. Ubi causæ fiscales*, num. 5. ubi omnes notarunt, Felinus c. *Ad petitionem*, n. 18. de *Accusationib.*

ubi

ubi ponit materiam, & ibi omnes Canonistæ, Farinacius *quæst.* 24. num. 183. idem Barbos, in *Collectan. cap. Cum super, de sententia, & re judicata ex num.* 12. ubi quindecim casus congerit, in quibus sententia pro, vel contra unum lata, aliis nocet: Molin. *de Justitia, tom. 3. disp.* 647. Hermosilla *in l. 32. tit. 5. part. 5. glos. 3. ex numer. 57. & in l. 42. glos. 9. n. 7.* ubi an possit exequi contra tertium possessorem non citatum sententia contra primum emptorem lata, ex pacto de retrovendendo? & negativè resolvit, vide etiam Gutier. *l. 2. Canoniar. cap. 5. n. 74.* & latissimè Scac. *de Re judic. glos. 14. q. 12. ex numer. 109.* & vide etiam *suprà num. 88.*

92 Item adde quid si post condemnationem constet de innocentia rei: de quo vide *infra capit. 13. num. 34.* & Farinac. *consil. 73. in Addition. lit. A.* ubi quòd post sententiam potest opponi, quòd occisus erat bannitus, & petit sententiam cassari, & reum absolvi; & *quæst. 11. latè, eum vide.*

93 De sciente delictum esse committendum, & non revelante, vel impediante, vide *infra capit. 2.* & latè Flores de Mena *q. 18. per tot.*

Delinquens an possit post sententiam innocentiam suam probare, vide *infra, cap. 13. numer. 34.*

94 Item de Judice an possit pœnam à legè statutam remittere, augere, vel minuere? & an peccent, qui hoc petunt? & an dicta remissio pœnæ vel ejus diminutio possit fieri post sententiam? explicat Pater Thom. Sanch. *in Consiliis, lib. 6. cap. 1. dub. 21. 22. & 23.* & vide *infra cap. 13. num. 34.* & *suprà hoc cap. num. 51.* vide etiam Gregorium de Valentia *2. 2. disput. 5. quæst. 11. punct. 4.* & Bobad. *lib. 2. cap. 16. num. 99.* ubi de Rege, & Dominis inferioribus.

95 Item de pluribus simul delinquentibus, quòd omnes teneantur in solidum, vide latè explicantem Carleval. *de Judiciis leg. 1. disput. 5. ex numer. 20. & num. 45. & seq.* ubi etiam quòd beneficium cessionis denegatur solventibus ob proprium delictum, licèt quantum ad beneficium divisionis duæ sint opiniones; eum vide *per totam disputationem,* ubi etiam agit an salarium possit in solidum exigi à quolibet delinquente, & affirmativè resolvit, maximè quando socius non est solvendo, eum vide post Covarrubias *in Regula peccatum. 2. part. §. 12. numer. 3.* & vide *suprà numer. 88.* & Gratianum *Regula 355. numer. 15.*

CAPUT II.

De crimine læsæ Majestatis, divinæ, & humanæ.

SUMMARIUM.

- 1 Quæ sit pœna criminis læsæ Majestatis divinæ?
- 2 Alienatio honorum, facta ab eo qui commissit hoc crimen læsæ Majestatis, est ipso jure nulla.
- 3 In casibus, in quibus dominium transfertur, non transit possessio.
- 4 In crimine læsæ Majestatis divinæ, an & quando filii vel descendentes efficiantur inhabiles?
- 5 Pœna quando imponitur ipso jure, an debeat in foro conscientie?
- 6 Quæ sit pœna criminis læsæ Majestatis humanæ.
- 7 Eripiens aliquem de carcere, contra quem erat probatum delictum, an teneatur pœna hujus criminis?
- 8 Sciens delictum ab aliquo esse committendum contra Principem, vel Rempublicam, si non revelavit, an teneatur pœna læsæ Majestatis?
- 9 Sciens delictum committendum, an teneatur in foro conscientie revelare?
- 10 Subditas alicujus nobilis, vel domini temporalis, si contra eum delinquat, an committat hoc crimen?
- 11 De crimine læsæ Majestatis, an possit delinquens accusari post mortem?
- 12 Filii eorum, qui hoc crimen læsæ Majestatis committunt, an & quando puniantur?
- 13 Filiis horum delinquentium exclusis à successione, an admittantur alii successores, vel fiscus?
- 14 Pœna imposita filiis horum delinquentium, an extendatur ad nepotes?
- 15 Pœna filiorum committentium hoc crimen læsæ Majestatis, an extendatur ad filios habitos & genitos ante delictum commissum?
- 16 Committens crimen læsæ Majestatis, licèt non desinat ipso jure esse dominus honorum suorum, perdit tamen eorum administrationem.

Item in materia nostra principaliter quæro: Quæ sit pœna, virtus, & natura cujuslibet delicti? Et in primis quæro: Quæ sit pœna criminis læsæ Majestatis? In quo articulo resolutivè dico, quòd aliud est crimen læsæ Majestatis divinæ, scilicet hæresis contra Deum & Domi-

minum nostrum: aliud est crimen læsæ Majestatis humanæ contra Principem vel Rempublicam. In crimine læsæ Majestatis divinæ pœna est, quòd ipso jure est excommunicatus; text. est in cap. *Ad abolendam*, de hæreticis, text. in cap. *Excommunicamus*, 1. & 2. eod. tit.

Item pro qualitate facinoris debitam ultionem Judex debet imponere: text. in dict. cap. *Ad abolendam*, in quantum dicit: *debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem*, text. etiam in dict. cap. *Excommunicamus* 1. §. *Damnati*, ibi: *animadversione debita puniendi*. Et licet prædicta jura specificam pœnam non declarent; tamen pro tali delicto imponitur pœna mortis, ignis, & concremationis, ut probatur ex verbis Domini nostri in Evangelio Joannis, cap. 15. dicentis: *Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit*: probat etiam text. de jure civili in leg. *Ariani*, versic. 1. *Cod. de Hæreticis*, ibi: *& ultimo supplicio tradendis*. Et ista pœna servatur de generali consuetudine, & sic ista pœna imponitur & confirmatur omni lege divina, humana, & etiam generali consuetudine: & in expresso ita tenet & declarat Host. in cap. *Ad abolendam*, de hæretic. 3. column. & ibi Joan. Andr. 2. column. Anton. de Butr. 3. column. Abbas fin. col. Cardinalis fin. column. & quæst. Anchar. 2. col. n. 6. & commun. DD. Paul. Guiland. in tract. de Hæreticis. 3. quæst. Summa Angel. in part. Hæreticus, num. 16. & idem disponit leg. 2. tit. 26. part. 7.

Item etiam est pœna confiscationis bonorum: & in terris Ecclesiæ applicantur Ecclesiæ, & sic Cameræ Papæ; in terris Imperii applicantur fisco sæculari, & sic Regi vel Imperatori: text. est in cap. *Vergentis*, de Hæret. & ibi DD. Imò ipso jure confiscantur à tempore commissi criminis, & ab illo tempore dominium transit in fiscum: text. est in cap. *Cum secundum leges de hæret. lib. 6.* ibi: *ipso jure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata*: & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. Ex quo infertur, quòd etiam post mortem delinquentis probato delicto, potest ferri sententia declaratoria contra eum, & bona ejus debent publicari: text. est in cap. *Accusatus*, §. *In eo verò*, de hæret. lib. 6. text. in cap. *Sanè*, el 2. caus. 24. quæst. 2. text. in leg. 4. *Cod. de Hæret.* text. in leg. *Apostatarum*, *Cod. de Apostatis*, textus in leg. 7. titul. 1. partit. 7. & in leg. 9. titul. 10. lib. 4. *For. II.* Confirmatur: quia licet prædicta jura non essent; tamen, cum

pœna imponatur ipso jure, transit contra hæredes: ista est Glos. singularis, & unica in leg. 3. §. *Quod autem*, ff. *Quod quisque juris*, & communiter (A) DD. de qua dixi suo loco.

2. Secundò infertur, quòd à tempore commissi criminis ipso jure non valet alienatio bonorum, modò ex titulo lucrativo, modò oneroso; & si de facto aliqua bona alienentur, poterit fiscus liberè ea vindicare à quocumque possessore, etiam pretio non oblato: text. est in leg. *Ex judiciorum*, vers. *Adde*, ff. de *Accusat.* text. in leg. *Donationis in concubinam*, §. *final.* ff. de *Donat.* text. in leg. *fin. Cod. ad leg. Jul. majest.* & utrobique communiter DD. tenet etiam & declarat magistraliter Bart. in leg. *Post contractum*, ff. de *Donation.* idem Bart. in leg. *Si debitor*, in fin. ff. de *His quæ in fraud. cred.* & ibi Alberic. Cuman. & alii DD. idem Bartol. in leg. *fin.* §. *fin. Cod. Commun. de legat. 2. column. num. 6.* Joan. Andr. Anchar. Domin. & communiter DD. in cap. *Cum secundum leges de hæret. in 6. Jas. in §. Item si quis in fraud. Instit. de Action.* 17. column. num. 89. Pro qua sententia & conclusione: Primò facit text. benè notandus in leg. *Si debitor*, ff. de *His quæ in fraud. cred.* ubi habetur, quòd si debitor in fraudem creditorum vendat aliquam rem emptore participante de fraude, possunt creditores alienationem revocare. Secundò facit text. in leg. 3. & in leg. *Mancipium*, *Cod. de Rei vindic.* text. in leg. *Si sciens*, *Cod. Ad Vellejanum*, text. in leg. 2. *Cod. de furtis*, ubi habetur, quòd si quis vendidit rem alienam, potest verus dominus illam petere & vindicare ab emptore, vel possessore, aliquo pretio non oblato: Sed in nostro casu fiscus jam est dominus ipso jure à tempore commissi delicti: ergo, &c. Tertio facit text. in leg. *Si quis sub hoc pacto*, ff. de *Contrahend. empt.* textus in leg. *Titius*, ff. de *Servis exportan.* text. in leg. 1. *Cod. Si mancip. ita veneant, ne præstit.* ubi habetur, quòd si quis vendidit ancillam suam hoc pacto, *ne prostituatur*, & postea emptor vendidit alteri tertio, & ab eo fuit prostituta; potest primus venditor eam propria auctoritate abdicare, vel judicialiter vindicare, etiam pretio non oblato, nec soluto.

Quòd tamen intellige, præterquam si pretium sit conservum in utilitatem ipsius condemnati, quia pretium stat, vel aliquid ex eo comparatum, vel subrogatum est; quia tunc benè teneretur fiscus illud solvere & restituere: ita tenet Bartol. in dict. leg. *Si debitor*, in fin. ff.

Quæ

(A) Affirmavit eam receptam communiter latè superius isto tractatu cap. 1. num. 80. in fin. quòd etiam ostendunt Hipp. in leg. 1. num. 65. Tom. III.

Cod. de Rapt. virg. & copiosè Didac. à Covarr. in tract. de Sponsal. cap. 6. §. 7.

Quæ in fraudem creditorum, Joan. Andreas, in *cap. Cùm secundùm leges, de hæreticis*, in 6. *final. column.* & ibi Ancharan. 1. *column.* Archid. 2. *column.* Domin. 2. *column.* idem etiam Ancharan. in *cap. final. de Præscript. in 6. column.* 1. Roman. in *leg. Senatus, ff. ad Syllanianam.* Pro qua sententia & conclusione facit text. in *leg. Ex his, ff. Quæ in fraudem creditorum*, ubi dicitur, quòd si creditor revocat ab emptore alienata in fraudem, tenetur sibi pretium restituere, si extat in bonis ejus, vel si conversum est in ejus utilitatem. Secundò facit text. in *leg. Emptor. ff. de Rei vind.* ubi habetur, quòd si quis vendidit rem alienam, & ex pretio solvit debitum verè domini, vel aliàs conversum est in ejus utilitatem, potest dominus rem vindicare; tamen tenetur solvere illud pretium: & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria, Bartol. Alberic. Bald. & communiter DD. tenet etiam Gloss. & communiter DD. in *leg. 3. Cod. de Rei vindicat.* Gloss. in *leg. 3. Cod. Quod metus causa*, & ibi communiter DD. Gloss. in *leg. 1. Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor.* & ibi communiter DD. Gloss. in *leg. 1. Cod. Si vendito pignore agatur*, & ibi communiter DD. Tertiò facit text. in *leg. Imperator, §. fin. cum leg. sequenti, ff. de leg. 2.* ubi habetur, quòd si hæres est gravatus restituere quidquid supererit ex hæreditate; & talis hæres vendidit aliquas res, ex quarum pretio alias res emit, tenetur restituere legatario, vel substituto illas res de novo emptas, quia subrogantur loco aliarum: & ibi notat Bartol. & communiter DD. Quartò facit text. in *leg. Cùm dotem, §. fin. ff. Solut. matrim.* ubi probatur, quòd ejusdem juris sunt res dotales extantes, vel pretium redactum ex eis.

3 Unum tamen est: quòd licèt in fiscum transeat ipso jure dominium bonorum delinquentis, non tamen transit possessio: quia firma regula & conclusio juris est, quòd licèt in aliquibus casibus transeat dominium sine traditione, non tamen transit possessio, nisi expressè dicatur: ita probat text. in *leg. Cùm hæredes, ff. de Acquir. posses.* & ibi notant Cuman. Alexand. & Modern. probat etiam text. in *cap. 2. de Consuet. juncta glos. fin.* & ibi notant Abbas, Imol. & alii DD. tenet etiam Gloss. singularis & ordinaria in *leg. fin. Cod. de Sacros. Eccles. in verb. In rem* & ibi Bart. & communiter DD. ubi dicit, quòd licèt ex contractu transeat dominium ipso jure in Ecclesiam, non tamen transit possessio: tenet etiam Gloss. in *leg. Si fratres, §. Idem responderet, el 2. ff. Pro socio.* & ibi communiter DD. Ex quo deducitur, & inferitur, quòd filii, vel extranei possidentes alia bona hæretici, poterunt illa præscribere, etiam contra Romanam Ecclesiam, spatio quadraginta annorum; text. est formalis, &

expressus in *cap. fin. §. 1. de Præscription. lib. 6.* ibi communiter DD. Anchar. & alii DD. in *cap. Cùm secundùm leges, de hæret. in 6.*

4 Item etiam pro isto delicto est pœna inhabilitationis filiorum; nam filii hæretici usque ad secundam generationem per lineam paternam, & usque ad primam per lineam maternam, efficiuntur inhabiles; ut non possint obtinere aliquam dignitatem, vel officium publicum spirituale, vel temporale. Quod tamen intellige isto modo; quòd si pater est hæreticus, filius ejus, & filia, & similiter nepos ex filio censetur inhabilis: secùs verò si sit nepos ex filia; quia cùm sequatur familiam patris, non est inhabilis. Item, si mater est hæretica, solus filius vel filia existens in primo gradu efficitur inhabilis, & non ulteriores: text. est, qui sic debet intelligi in *cap. Statutum, el 2. de Hæretic. in 6.* & ibi Gloss. ordinaria, & commun. DD. text. in *cap. 2. §. Hæret. eod. tit.* & ibi commun. DD. text. in *cap. Ubi cumque de pœnis in 6. text. in cap. Felicis, versicul. Quod si quis, eod. tit. text. in Authentic. Gaza, Cod. de Hæreticis, text. in leg. Quisquis, §. Filii, Cod. ad leg. Jul. majess. & utrobique commun. DD. & tenet Summa Angel. in part. Hæreticus, vers. Quarta pœna est, facit etiam text. & ejus ratio in §. 1. *Instit. de Patria potest. text. in §. 1. Institut. quibus mod. jus patr. potest. sol. text. in leg. Cùm legitime, ff. de Statu homin.* & idem disponit pragmatica hujus regni 8. fol. 5. quæ enumerat omnia officia, quæ non potest obtinere, & insuper imponit pœnam confiscationis bonorum ipso jure, si talis filius vel filia inhabilis exercent aliquod officium eis prohibitum.*

5 Quæro tamen circa prædicta: In hoc casu, vel in aliis, in quibus pœna imponitur ab aliqua lege ex justa causa, an delinquens teneatur restituere in conscientia? Et magistraliter & resolutivè dico, quòd quando non imponitur per legem ipso jure, non tenetur in conscientia restituere: ita est gloss. singularis in *cap. Fraternitas, caus. 12. quæst. 2. in glos. fin. in fin.* quam ad hoc notant & commendant commun. DD. ibi: & illam reputat singularem Abb. in *Proæmio decretalium in part. Rex pacificus, 4. column. in med.* & dicit unicam idem Abb. in *cap. 1. de Constit. 7. column. in med.* idem Abb. in *cap. Si egressus, de injur. idem Abb. in cap. Audimus de simon. idem Abb. in cap. Causam, de testib. idem Abb. in cap. Dilecti, de arbitr. 3. column.* Anton. de Butr. in *cap. 1. de Dolo & contum. 2. col.* Anchar. in *regul. Possessor. de reg. jur. in 6. 13. col.* reputat etiam singularem Bald. in *leg. Quibus diebus, §. Dominus de cond. & demonstr. Joan. de Imol. in leg. Stripulatio ista, §. Alteri, de Verb. Oblig. 4. col.* idem Bald. in *leg. Jubemus, §. Sanè, de Sacros. Eccles. idem Bald.*

Bald. in leg. *Id quod pauperibus*, 4. column. de *Episcopis*, & *Clericis*, S. Thom. in 2. 2. *quæstion.* 62. articulo 3.

Item etiam damnium, quòd quis commissit levi vel levissima culpa, non tenetur in conscientia restituere: Ita innocent. in cap. *Sicut dignum*, de *Homicid.* de quo vide ibi DD. Quod limita; nisi jam sit condemnatus per sententiam, vel nisi esset posita pœna loco inæstimabilis interesse: ita Felin. in *dict.* cap. 1. de *Const.* 11. col.

Si verò pœna sit imposita per leg. ipso jure, ut in crimine læsæ Majestatis divinæ, ut in cap. *Cura secundum ll. de Hæretic.* Item in crimine læsæ Majestatis humanæ, ut in leg. *final. Cod. Ad leg. Jul. majest.* vel hodiè in delicto contra naturam, ut in *pragmat.* 85. & similibus casibus, quos vide per Bart. in l. *Post contrarium*, de *donat.* tunc tenetur in conscientia: ita Abb. in cap. 1. de *Const.* 8. column. & ibi Felin. 12. col. cum jam sit jus quæsitum tertio Abb. in cap. *Delict.* de *arbitr.* & tenet latè frater Alphons. de *Castro Ordinis Mendicantium in lib. de Potestat. pœnæ legalis*, lib. 2. *quest.* 10. Contrarium tamen tenet in *Summ.* Angel. in part. *Pœna*, articulo 3. & in *Summa Sylvestrina in part. Pœna*, 25. *quest.* Adrian. *quodlib.* 6. in littera L. Conrad. de *Contract.* in tractat. de *Dominio.* 7. *quest.* Cajetanus in *Commentariis S. Thomæ in quæst.* 26. articulo 3. Unum tamen est: quod peccaret, si bona alienaret titulo oneroso; quia possessor afficeretur maximo damno, rebus postea confiscatis, secundum eos.

* Sed certè in hoc articulo videtur ista opinio verior; quia nemo tenetur se prodere: Item etiam, quia quando restitutio minoris inducit infamiam, in majori non debet fieri, secundum Theologos: Item etiam, quia non est secreta declaratio. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet frater Dominic. Soto in *opere suo de Just. & jur. lib.* 1. *quæst.* 6. *

Sed in hoc difficili & periculoso articulo ego teneo primam opinionem, imò quòd talis reus delinquens teneatur in foro conscientiæ bona sua restituere fisco, quia lex communis benè potuit ex causa privare eum dominio, & fisco applicare. Item etiam, quia aliàs nihil operaretur illa applicatio ipso jure.

Item adde, quòd etiam istud crimen committit blasphemus, qui jurat indecenter, ut in *pragmatic.* 1. lib. 1. *Pragmaticar.*

Secundò principaliter quæro: Quæ sit pœna criminis læsæ Majestatis humanæ? in quo articulo resolutivè dico, quòd istud crimen committitur, quando quis offenderit Imperatorem, vel Regem non recognoscentem superiorem, vel Rempublicam Romanam, vel aliam non recognoscentem superiorem; textus est in leg. 1. & per

Tom. III.

tot. ff. *Ad legem Jul. majestat.* textus in leg. 1. & per tot. *Cod. eodem titul.* textus in *extravaganti*, qui sunt rebelles, textus in §. *Publica autem judicia*, *Institut. de Public. judic.* & idem disponit textus in *extravaganti*, quomodo læsæ Majestatis crimine, & idem disponit lege 1. titul. 2. part. 7.

Item etiam committitur, quando quis offenderit eos, qui sunt de consilio, & consistorio Imperatoris, vel Regis; quia censentur pars eorum: textus est in leg. *Quisquis. Cod. Ad legem Jul. Majestat.* textus in cap. *Felicis de pœnis in 6.* ubi disponitur, quòd ille qui occidit, vel offendit Cardinalem, qui est de consilio & consistorio Summi Pontificis, incurrit, istud crimen, & pœnam ejus: idem disponit *dict.* lex part. 1. quæ ostendit & declarat.

7 Item etiam committitur istud crimen, quando quis violenter eximit reum incarceratum postquam erat sibi probatum delictum per confessionem, vel aliam legitimam probationem: & à fortiori idem esset, si eriperit ab officiali, vel familiâ, quando duceretur ad supplicium: textus est in leg. 4. versic. *Item qui confessum.* ff. *Ad leg. Jul.* & ibi notant & commendant Bartol. & communiter DD. Angelus in leg. *Ne quis.* ff. de *Custod. reor.* Salycet. in leg. *unic. Cod. de Raptu virginum.* 6. col. num. 31. Faber. in §. *Pœnales*, versic. *Item adversus*, *Instit. de Act. final.* col. & ibi Jas. 17. column. num. 104.

Quod primò notabiliter intellige & declara, quando talis reus erat incarceratus pro delicto læsæ Majestatis; non verò aliàs ita vult Glossa notabilis & ordinaria in *dict.* vers. *Item qui confessum*, cum quâ transeunt ibi communiter DD. Sed certè contrarium mihi videtur de jure verius, imò quòd procedat & habeat locum etiam si esset incarceratus pro alio quolibet delicto; quia jura communia superiùs allegata generaliter & indistinctè loquuntur. Sed opinio prædictæ Glossæ & communis est tenenda, quia hodiè approbatur per *dictam legem part.* 1. titul. 2. part. 7. *prop. finem.*

Secundò limita & intellige, ut tantum procedat quando erat incarceratus per judices Imperatoris, vel Regis: secùs verò, si per alios judices alicujus domini, vel magnatis, putà Ducis, Marchionis, vel Comitis recognoscentis superiorem, quia tunc eximens non tenetur isto crimine læsæ Majestatis, quia non dicitur offensa Imperatori vel Regi facta, sed inferiori; ita expressè determinat Faber. in §. *Pœnales*, *Instit. de Action. fin.* col. quod dictum reputat unicum & singulare Jas. *ibi*, 107. & confirmatur ex his quæ infrà dico in *q. ista*, an istud crimen, & ejus pœna habeat locum quando offendit dominum temporalem recognoscentem superiorem?

L 2

Ter-

Tertiò limita, & intellige, quando talis reus incarceratus commiserat delictum, per quod incurrebat pœnam mortis; secùs tamen est si commisit delictum, per quod non deberet sibi imponi pœna mortis; quia tunc, modò quis eximat eum ante probationem; modò post, tantùm debet eximens puniri simili pœna, qua reus incarceratus veniebat puniendus: & hoc expressè disponit *lex pen. tit. 29. part. 7.*

8 Item etiam committitur istud crimen, quando quis scit delictum esse committendum ab alio contra Regem, vel Rempubicam, & non prohibuit, vel non revelavit, cùm possit. Pro cuius declaratione dico, quòd regulariter, licet quis sciat delictum committendum in alium, vel sit præsens, non tenetur aliqua pœna in foro judiciali, licet non prohibuit, nec revelavit: Glossa est singularis & unica *in leg. Culpa caret. ff. de Regul. jur.* quam ibi tenent & sequuntur Bartol. & communiter DD. præcipuè Decius 1. *column.* tenent etiam Bartol. Roman. & alii DD. *in leg. 1. §. Sed in eod. ff. Ad Syllan.* argumento illius text. & argumento totius tituli, ubi speciale est in servo; qui tenetur, si scivit delictum esse committendum in dominum, & non prohibuit, vel revelavit: Idem Bartol. per text. ibi *in leg. Metum, la 3. §. Sed licet. ff. Quod metus causa,* ubi habetur, quòd licet potest quis recipere pretium vel pecuniam pro liberando alio ab injuria vel offensa à tertio committenda: ergo benè infertur in proposito nostro, quòd licet quis sciat delictum committendum, vel sit præsens, non tenetur aliqua pœna, non prohibendo, vel revelando; quia si teneretur, turpiter acciperet, ut *in l. 2. & fin. ff. de Cond. Ob caus. cum simil.* & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alberic. Bald. Angel. & communiter DD. Dyn. *in regul. Non est sine culpa, de regul. jur. in 6. 2. col.* Bart. qui notabiliter loquitur *in leg. Ut vim. ff. de Just. & jur. pen. col. num. 8.* & ibi Bald. 3. *col.* & alii DD. præcipuè Jason. 6. *col. num. 31.* Bald. *in leg. 1. Cod. Unde vi 6. column. num. 26.* Salyc. *in leg. Quisquis. §. Id quod. Cod. Ad leg. Jul. majest. Paul. de Castr. in leg. fin. Cod. de His quibus, ut indigent in fin. Flor. in l. Aquil. §. 1. ff. Ad leg. Aquil.* tenet etiam Glossa de Jure canonico *in cap. Quantæ de sententia excommunicationis* & ibi Hostiens. Joann. Andreas, Anton. de Buttr. Felin. & communiter DD. Abbas qui notabiliter loquitur *in cap. 1. de Restit. spol. 2. column. num. 9.* Felin. *in cap. 1. de Offic. deleg. 2. column. num. 4.*

9 Quod tamen primò limita & intellige, quando reus delinquens est penitus extraneus; secùs tamen est, si sit in potestate ejus, qui scit & videt delictum esse committendum, & non prohibuit; ut si filius, vel servus committat de-

lictum vidente & sciente patre, vel domino, & non prohibente, cum possit; quia tenentur ac si ipsi fecissent: textus est formalis, & expressus *in leg. 2. ff. de Noxal.* cujus verba sunt: *Si servus sciente domino occiderit, in solidum dominum obligat: ipse enim dominus videtur occidisse;* textus *in leg. 3. & 4. eodem titul. textus in leg. Scientiam. ff. Ad leg. Aquil.* textus *in leg. Quid ergo, vers. Certè. ff. de His qui not. infam. text. in leg. 1. §. Hæc autem facultas. ff. Si famil. fur. fec. dicat.* & utrobique communiter DD. Imò, quod magis est, idem est si familiaris committat delictum vidente vel sciente domino, & non prohibente, cum possit; quia tenetur ipse dominus: ita Faber. *in §. 1. Institut. de Noxal. 2. column.* Bald. *in cap. Veritatis, de dolo & contumac. 2. column.* & idem esset quando quis committeret delictum contra alium ad meam vindictam, me vidente, vel sciente, & non prohibente; quia teneor: ita etiam Faber. *ubi supra,* dicens esse justissimum, quia plures malevoli gaudent, quando vindicantur per alios. Sed certè ego intelligerem has duas supra proximas conclusiones, quando talis familiaris vel amicus vel extraneus committeret delictum contra alium ad ultionem, & vindictam domini, vel alterius offensi: quia tunc videtur quòd sit in culpa non prohibendo; secùs verò aliàs: Et ista est intentio Doctorum *ubi supra.*

Secundò principaliter limita & intellige, præterquam in delicto patricidii; ut si quis sciat delictum committendum contra patrem, vel ascendentes; quia tenetur, si non prohibuit, ac si ipse fecisset, ut infra dicam *in delicto homicidii.*

Tertiò limita, in isto crimine *læsæ Majestatis:* quia si quis sciat & intelligat delictum esse committendum contra Principem, vel Rempubicam, & non prohibuit, vel revelavit, dùm potuit, tenetur pœna hujus criminis ac si ipse fecisset: ita expressè tenet Bart. *in leg. Utrùm, in fin. ff. Ad leg. Pompe, de Parricid.* argumento illius textus idem Bart. *in leg. 1. §. Occisorum. ff. Ad Syllan.* & ibi Ang. & ibi Roman. tenent etiam & sequuntur Angel. *in leg. 2. ff. Ad leg. Pompe. de Parricid.* Salyc. *in l. 1. Cod. Ad leg. Corn. de Sicar. 2. col.* Abbas *in cap. 1. de Restit. spoliatorum, fin. col.* Dyn. *in regul. est sine culpa, de Regula juris in 6. penult. column.* Angel. de Aret. *in §. Publica autem, Instit. de Public. judic. 1. column.* Augustin. *in Addit. ad Ang. de malefio. in part. Che hai tradito la tua patria, column. 4.* ubi dicit, quòd ista quæstio contigit in persona cujusdam potentis, qui non revelavit istud delictum committendum contra Principem suum; & causa fuit sibi commissa, & tandem fecit eum decapitari; facit etiam text. *in leg. Minimè. ff. de Relig. & sump. funer.* ubi habetur, quòd debet quis de-

fen-

fendere patriam, plus quàm parentes, vel filios. Contrarium (B) tamen tenet Anania *in rub. de His, qui filios occiderunt, fn. col.* Felin. *in cap. Quantæ de sententia excommunicationis, 2. column.* Idem Felin. *in cap. 1. de Offic. delegati, 2. col.* Hyppolitus de Mar. *in leg. Utrum ff. Ad legem Pompe. de Parricid. 1. column.* allegantes Bald. *in Consiliis suis*, ubi dicit, quòd iudices sequentes opinionem Bart. sunt homicidæ, quia non fundatur jure. Sed licèt sententia & conclusio Bart. sit fortissima; tamen in puncto juris videtur vera & tenenda, & illam sequor: Primo per text. *in dict. leg. Utrum. ff. Ad leg. Pomp. de Parricid.* juncto text. *in leg. Minimè. ff. de Relig. & sumpt. funer.* Secundò per text. *in leg. unic. §. Pœnas, vers. Ceteros. Cod. de Raptu virg.* ubi habetur, quòd in illo crimine puniuntur conscii non prohibentes, sicut facientes, vel opem præstantes: ergo à fortiori in nostro delicto. Tertiò per text. *in leg. 1. §. Occissorum. ff. ad Syllan.* ubi disponitur, quòd si servus videat vel sciat delictum committendum contra dominum, & non prohibuit, vel revelavit, cùm potuit, debet puniri. Quartò per text. formalem & expressum *in leg. Quisquis. §. Id quod. Cod. Ad leg. Jul. majest.* ubi dicitur, quòd omnia quæ sunt disposita in crimine læsæ majestatis, habeant locum in satellitibus, conscii, atque ministris.

Advertendum tamen, quòd prædicta sententia & conclusio, quæ habet, quòd tenetur quis revelare istud crimen, quando scit illum committendum; videtur intelligenda, quando posset illud probare; secùs verò aliàs: argum. text. *in leg. Nostris, in fn. Cod. de Calumniatoribus, & in l. Qui accusare. Cod. de Edendo.* Item etiam argumento text. *in Clementina nolentes. §. Notarii*, ibi: *quod si taliter ea sciverit, ut ea probare valeat*, ex quo notat & colligit ibi Cardinalis, quòd ille qui non potest probare delictum, non tenetur illud nunciare; & in terminis tenet Platea *in §. Publica, Institut. de Public. judic. final. column.* Hyppol. *in dict. leg. Utrum. ff. Ad leg. Pomp. de Parricid.*

Quartò limita, si dominus alicujus familiae occidatur, vel offendatur; quia familia ejus tenetur, si vidit, vel scivit, & non prohibuit, cùm potuit: text. est *in leg. Cùm dominus ff. ad Syllan.* cujus verba sunt: *Cùm dominus occiditur, auxiliium ei familia ferre debet, & armis & manu & clamoribus, & objectu corporis: quòd si cùm pos-*

set, non tulerit, meritò de ea supplicium sumitur: & ibi notat Glossa ordinaria, & communiter DD. & idem disponit l. fn. tit. 8. part. 7.

Quintò limita, & intellige, ut prædicta procedant in foro judiciali vel contentioso: secùs tamen in foro conscientiae; quia videns vel sciens delictum esse committendum contra alium, si non prohibuit, cùm possit, tenetur, & peccat mortaliter; ita probat text. *in cap. Sicut dignum. §. Illis etiam, de homicidio*, cujus verba sunt: *Qui potuit hominem liberare à pœna mortis, & non liberavit, eum occidit*, & ibi notant & commendat Glos. ordinaria, & communiter DD. text. *in cap. Quantæ, de sentent. excommunicat.* ubi habetur, quòd tenetur in conscientia, & censetur excommunicatus ille, qui videt, & scit delictum committendum in Clericum, & non prohibet; & ita tenet Glos. ordinaria, & comm. DD. text. *in cap. Non inferenda, & in cap. Qui potest, & cap. fn. caus. 23. quæst. 3. text. in cap. Delicto filio, versic. Et quidem, de sentent. excommun. lib. 6.* tenet etiam & declarat Abb. *in capit. 1. de Restit. spol. fn. col. num. 9. Dec. in regul. Culpa caret. ff. de Regul. jur. pen. & fn. column.*

10 Duorum (C) tamen necessarium est pro declaratione materiae: Si subditus, vel vassallus alicujus domini, vel magnatis, Ducis, Comitibus, Marchionis, vel alterius similis domini, offendat eum, an incidat in istud crimen læsæ majestatis? Et videtur quòd sic: Primò per text. *in cap. in primis, vers. Si verò caus. 2. quæst. 1.* ubi probatur, quòd Episcopus accusabatur crimine læsæ majestatis, ex eo quòd offendit Archiepiscopum, cui ipse erat subditus: Secundò per text. *in cap. Felicis, de pœnis lib. 6.* ubi habetur, quòd offendens aliquem Cardinalem incurrit istud crimen læsæ majestatis: & ibi notat Archid. *2. col.* Tertiò per text. *in l. 3. C. de Episcop. audiend.* ibi, *reus etiam majestatis de domino, adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet* ubi apertè videtur probare, quòd ille qui est subditus alicui domino vel magnati, si eum offendat, dicitur committere crimen læsæ majestatis, & debet ejus pœna puniri, licèt non fuerit commissum contra Regem, vel Rempubicam: quem ad hoc summè notat & commendat ibi Paulus de Castr. dicens esse meliorem de jure. *2. col. n. 6.* Sed, his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò, quòd istud crimen solùm committatur contra Regem, vel Rempubicam non recog-

nos-

(B) Hæc certè opinio longè verior, humaniorque est; ut & *in recept. sentent. thesaur. in verb. Majestatis, n. 7.* jam dudum censi: Nec argumenta è noster Gomez. adducta alicujus sunt momenti, si diligentius considerentur.

(C) Videtur hac de quæstione Guid. Papæ *decis. 344. Roland. consil. 88. n. 1. lib. 2. Jul. Clar. in Pract. læsæ majestatis, verb. Dubium est.* Ubi multos consulendos laudat: videbis etiam dictum Julium ad quæstionem subsequentes.

noscentem superiorem; non verò contra alios dominos, vel magnates: ita singulariter tenent Joan. Faber. in *Proæmio Institut.* §. 1. column. 1. & *quest. Angel. in §. Interdum, Institut. de Hæred. quæ ab intestat. defer. column. 1.* Martin. de Laude in *tract. de Crimine læsæ Majestatis.* 1. column. & *quest.* & idem expressè disponit *lex 1. tit. 2. part. 7. & lex 1. tit. 7. lib. 8. Ord. & lex final. tit. 15. lib. 8. Ordin.* Neque obstant jura superiora in contrarium adducta: Quia debent intelligi, quando talis dominus non recognoscit superiorem, ut sunt plures duces, comites, & alii domini Italiæ.

Unum tamen est: quòd non subditus non committit crimen *læsæ Majestatis*, licèt offendat Regem, vel Rempublicam, vel dominum non recognoscentem superiorem, quando non erat ei subditus: Ita singulariter tenent Bald. in *l. Nihil. C. de Vindict. libertat.* argument. text. cum materia in *l. Hostes. ff. de Captivit.* Imol. in *Clement. pastoralis, de re judic. 2. column num. 21.* Faber. in §. *Alia deinde lex, Institut. de Public. judic.* ubi limitat hoc esse verum, præterquam si juvaret alium, qui esset subditus Regi, Reipublicæ, vel domino: argument. illius text. Adde tamen, quòd si quis interficiat, vel offendat dominum cum quo habitat, committit istud crimen *læsæ Majestatis*, & debet puniri ejus pœna; exceptè, quòd filii non incurrunt infamiam: ita disponit *lex 1. tit. 7. lib. 8. Ordin.*

II Pœna autem hujus delicti est mors naturalis, & omnium bonorum publicatio; text. est capitalis, & expressus in *l. Quisquis. C. Ad leg. Jul. majest.* ibi: *Gladio feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis, & ibi communit.* DD. text. in *cap. Si quis cum militibus. 6. quest. 1. & idem disponit l. 2. tit. 2. part. 7. & in l. 1. in fin. tit. 7. lib. 8. Ord.* Et in tantum imponitur pœna confiscationis bonorum; ut ex die commissi criminis prohibeatur alienatio ex titulo oneroso, vel lucrativo, licèt dominium eorum non transeat in fisco ante condemnationem, & apprehensionem: text. est in *leg. Ex judiciorum, vers. Aded. ff. de Accusat.* text. in *l. Quæsitum. ff. Qui & à quibus* text. in *l. Donationis in concubinam. §. fin. ff. de Donat.* text. in *l. fin. Cod. Ad leg. Jul. majest.* & utrobique communit. DD. Hodiè tamen in nostro regno videtur, quòd etiam talis delinquens amittat ipso jure dominium à tempore commissi criminis, sicut disponitur in crimine hæresis: ita expressè determinat *lex 4. tit. 2. part. 7.*

Item etiam adde, quòd in isto delicto debet destrui & demoliri domus habitationis delinquentis, ut perpetuò non erigatur, in perpetuam memoriam & infamiam ejus: ita probat text. in *cap. Felicis, de Pœnis in 6. vers. Fiant habitationis ejus desertæ, ubi habetur, quòd ille qui occidit, vel*

offendit Cardinalem, committit crimen *læsæ Majestatis*, & ultra pœnas ibi contentas debet dirui domus ejus. Cujus verba sunt: *Fiant habitationes ejus desertæ, non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ejus ædificia in ruinam, & ut perpetuò notam infamie, perpetuam ruinam testentur, nullo tempore reparentur.* text. in *cap. 1. §. Receptatoribus, de pace tenenda & jur. firmand. in lib. 2. Feudor.* ubi receptator ejus qui pacem violavit, punitur pœnis, de quibus *ibi*, & insuper debet sibi destrui domus: & per ista jura ita formaliter tenet Alber. in *l. Si is cum quo. ff. Comm. divid.* & in expressò idem disponit *l. 6. tit. 27. p. 2.*

12 Item adde, quòd istud crimen, & ejus pœna durat post mortem, ut possit reus pronuciari, & ejus memoria damnari, & bona confiscari: text. est in *l. Ex judiciorum, vers. 1. ff. de Accusat.* text. in *leg. Pantonius. §. Rei perduellionis. ff. de Acquir. hæred.* textus in *leg. Donationes in concubinam. §. fin. ff. de Donat.* textus in *leg. Cum filius. §. fin. ff. de leg. 2.* textus in *leg. penult. & fin. Cod. Ad leg. Jul. majest.* text. in §. *Interdum vers. Per contrarium, Instit. de Hæred. quæ ab intestat. defer.* textus in §. 2. *Instit. de Public. judic.* & utrobique communiter DD. & idem disponit *lex 3. titul. 2. part. 7.* Et practica & forma procedendi in hoc casu contra talem delinquentem post mortem, & similiter in omnibus aliis in quibus proceditur contra delinquentem post mortem, erit ista: quòd ipse reus delinquens non est citandus, nec condemnandus, nec contra eum formandus processus; sed contra memoriam ejus argumento text. in *l. De qua re. §. fin. ff. de Jud.* in quo ejus hæredes debent citari ratione interesse bonorum, & pro conservando honore defuncti: ut sint velint, compareant ad defendendum: & probato delicto, sententia debet ferri, in qua reus defunctus pronucietur illud delictum commississe, & per hoc memoriam ejus damnari & infamari, & bona ejus publicari: ita probat text. in *leg. fin. C. Ad leg. Jul. majest.* ibi: *ut, convicto mortuo, memoria ejus damnetur, & ejus bona successoribus ejus eripiantur:* Et ad hoc expressè notat & commendat solus Ang. de Perus. & istam practicam & formam ponit expressè Glos. singularis & unica in §. *Interdum, vers. Per contrarium, Instit. de Hæred. quæ ab intestat. defer.* quam ad hoc reputant ibi singularem Nic. de Neap. & Ang. de Aretin. reputat etiam singularem Joan. de Imol. in *l. Pantonius. §. Rei perduellionis. ff. de Acquir. hæred.* idem Imol. in *l. Cum filius. §. fin. ff. de l. 2.* post Bald. Ang. de *Malefic. in part. qui judex videns. 13. col. vers. Et prædicta procedunt.* Hyppol. de Marsil. in *Consil. suis, cons. 1. col. 5. n. 36.*

13 Item etiam isto crimine imponitur pœna inhabitationis filiorum; quia filii privantur suc-

ces-

cessionem ascendentium ex utraque linea, & similiter omnium proximiorum collateralium, & successione extraneorum in testamento relicta. Et insuper propter hoc delictum patris tales filii ipso jure efficiuntur infames & inhabiles, ut non possint obtinere aliquos honores, vel dignitates, nec aliquod officium publicum, testimonium ferre tanquam testis: filia vero tantum ex bonis matris possunt percipere legitimam, sive ex testamento sive ab intestato: text. est in *dist. leg. Quisquis*, §. *Filii vero*, jnnct. §. *Ad Filias*, *Cod. ad leg. Jul. majest.* idem disponit *lex 2. tit. 2. partit. 7.*

Ex quo inferas, quod propter delictum patris potest filius puniri temporaliter: Imò etiam hoc procedit secundum jus divinum: text. est in *capit. Vergentis de Hæred.* ibi: *Cum multis casibus, etiam secundum divinum judicium filii pro patribus temporaliter puniantur*: text. in *cap. 1. & per totum caus. 1. quest. 4.* Poena autem æterna nunquam punitur filius pro patre, nec unus pro alio: & ita debet intelligi illa auctoritas Sacræ Escripturæ, dicens quod filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii: & istud Levitici, *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur*, & ita tenet & declarat Innoc. in *c. Gravem, de sentent. excommun. in fin.* Abb. in *dist. 6. Vergentis, de hæred.* Ex quo subdeducitur, & inferitur, quod gravius punitur crimen læsæ Majestatis humanæ, quam divinæ: Quia licet filii vel nepotes proditoris, qui commisit crimen læsæ Majestatis humanæ, nec possint succedere ex testamento, nec ab intestato ascendentibus suis, nec collateralibus, nec etiam possint succedere nec aliquid capere ex testamento extraneorum, ut supradictum est; tamen filii vel nepotes hæretici, qui commisit crimen læsæ Majestatis divinæ, licet non possint succedere patri, vel ascendenti, qui illud crimen commisit; cum bona confiscantur; tamen bene possunt succedere omnibus aliis descendentibus collateralibus, & extraneis, tam ex testamento, quam ab intestato; quia in hoc delicto non reperitur prohibitum: Quod certe est bene notandum: in terminis ita tenet Jac. Butr. in *l. 1. Cod. de Hæred. instit.* Bald. in *l. Gallus*, §. *Quidam rectè*, ff. *de Liber. & posthum. 3. col.* Jas. in *leg. Hæreditas*, *Cod. de His quibus, ut indig. 3. col. num. 8.* Doct. Segur. in *Rep. leg. Cohæredi*, §. *Cum filia*, ff. *de Vulg. & pupil. 7. fol. 4. col.* ubi reputat singulare & quotidianum Alex. in *cons. 74. vol. 3. cons. pro quibus* est text. formalis & expressus in *l. Cognovimus*, & in *Auth. idem est de Nestorianis*, *Cod. de Hereticis*. Et fortè potest esse ratio: quia in crimine læsæ Majestatis humanæ Rex vel Princeps timet audaciam filiorum & descendentium ipsius delinquentis, ne fortè generati à tam facinoroso & pessimo delin-

quente sortiantur & imitentur ejus conditionem & qualitatem: sed in crimine læsæ Majestatis divinæ, summus Deus, & Dominus noster non timet hæreticum, nec ejus descendentes; ideo poena non extenditur ad eos: & in expressò istam rationem posuit solus Jacob. Butr. in *dist. leg. 1. Cod. de Hæred. instit.*

14 Quæro tamen pro declaratione prædictorum: Si tales filii, vel nepotes proditoris, qui commisit crimen læsæ Majestatis humanæ, instituantur, vel ab intestato vocentur; an reputentur indigni, taliter quod hæreditas applicetur fisco, vel reputentur simpliciter incapaces, ut applicetur aliis successoribus ex testamento, vel venientibus ab intestato? Et videtur quod reputentur indigni, & hæreditas applicetur fisco; quia tales filii vel nepotes puniuntur à lege in hoc crimine, tanquam infecti, & nati ex sanguine reprobato: Et regula juris est, quod quando hæreditas aufertur alicui tanquam indigno, applicetur fisco, ut in *l. Lucius*, ff. *de jur. fisc. & in l. Papinianus*, §. *Memnisse*, ff. *de Inoffic. testam.* Ergo in nostro casu applicetur fisco: & ita tenet Cin. in *dist. l. Quisquis*, *Cod. ad leg. Jul. majest. 3. col. 5. q.* & ibi Alber. 2. col. 5. q. Sed, his non obstantibus, contrarium videtur de jure verius, imò, quod hæreditas non applicetur fisco, sed aliis successoribus ab intestato: quia isti filii vel nepotes non reputantur indigni propter se, sed tantum inhabiles & incapaces propter delictum parentum; ergo non aplicentur fisco, sed aliis successoribus, argumento text. in *l. Aufertur*, ff. *de Jure fisci*, & ibi Bart. & communis. DD. Item etiam, quia dato quod essent indigni; tamen quando hæreditas relinquitur indigno vel incapaci palam, & non occultè, non applicatur fisco; sed aliis successoribus: text. est in *l. Non intelligitur*, §. *Si quis palam*, ff. *de Jur. fisc.* & ibi communis. DD. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Jac. in *dist. l. Quisquis*, *Cod. ad leg. Jul. majest. fin. col.* & ibi Fabi. 1. col. Bald. *fin. col.* Ang. 2. col. quos ego sequor, licet Salyc. distinguendo teneat contrarium in *dist. l. Quisquis*, §. *Filii*, vers. 3. col. quest. 5. Confirmatur, quia licet filius spurcius non possit capere ex testamento paterno; tamen, si palam instituat, hæreditas applicatur aliis hæredibus institutis, vel successoribus ab intestato: ita Bart. in *fin. ff. de His qui ut indig. 2. col.* de quo latius dixi alias in materia propria spuriorum.

15 Sed dubium est notabile, utrum ista poena inhabilitationis filiorum extendatur ad nepotes, & ulteriores, vel restringatur tantum ad filios primi gradus? Et videtur quod extendatur ad nepotes, quia appellatione filiorum, ex interpretatione extensiva continentur nepotes: text. est in *l. Filii appellatione*, ff. *de Verb. signific. text.*

in leg. Libellorum, vers. *Sed & Papius*, eodem titul. cujus verba sunt: *Prædio cum villico, & contubernali ejus, & filii legato, nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas testatoris aliter se habeat*, text. *in leg. Uxorem*, §. *Concubinæ*, ff. de leg. 3. text. *in l. Lucius*, la 2. ff. de Hæred. instit. ubi gravatus, si decesserit sine filiis, non tenetur restituere, si habeat nepotes ex filiis: text. *in Authent. ut ex actione, instante dotis*, §. *Si verò nihil collatione*. 7. ubi privilegium dotis exigendæ ab ipsa uxore extenditur ad filios, & nepotes: text. *in leg. Senatus*, ff. de Ritu nupt. & utrobique communiter DD. Sed in hoc articulo vera & communis resolutio est: quòd attentæ dispositione juris antiqui, pœna hujus criminis imposita filiis non deberet transire ad nepotes; quia appellatione *filiorum* ex propria & vera significatione non comprehenduntur *nepotes*, maximè in materia odiosa & pœnali: text. est *in leg. Quod si nepotes*, ff. de Testam. Tutel. & ibi DD. sed text. *in l. Quisquis*, §. *Filii verò*, C. ad leg. Jul. majest. tantùm loquitur in filiis; ergo non extendatur ad nepotes: & in expressò ita tenet Bart. *in leg. Liberorum*, ff. de Verbor. sign. 1. col. numer. 6. Ang. *in dist. leg. Quisquis*, C. ad l. Jul. majest. 1. col. num. 5. & ibi DD. idem Bart. per text. ibi *in leg. Patri*, ff. ad leg. Jul. ad Adult. Joann. Andreas *in cap. In quibusdam*, de pœnis. 2. col. & ibi etiam alii DD. Sed postea ex quadam constitutione Imperatoris Friderici, quam refert Cyn. & Alber. *in dist. leg. Quisquis*, Cod. ad leg. Jul. majest. pœna extenditur ad nepotes, & etiam ad omnes descendentes; quia in ea utebatur verbo *liberorum*; & idem videtur hodie probare text. *in leg. fin. vers. fin.*, Cod. de Bonis prosp. ubi dicit, quod in crimine pœna transit ad posterios: Sed certè ille textus tantùm loquitur & intelligitur in pœna privationis bonorum. Sed attentæ hodie dispositione text. *in cap. Statutum*, el 2. de heretic. in 6. qua cavetur, ut in crimine læsæ Majestatis divinæ pœna privationis descendendum extendatur ad nepotes tantùm, quando masculus commisit crimen; & ad solos filios, quando fœmina illud crimen commisit; dicendum est, quòd idem sit in hoc crimine læsæ Majestatis humanæ, per argumenta à fortiori: & in expressò ita tenet & declarat Cyn. *in dist. l. Quisquis*, Cod. ad leg. Jul. majest. 2. col. 3. quæst. princip. Alber. 2. col. Ang. 1. col. num. 5. Bald. 2. col. num. 3. Salyc. 2. col. 4. quæst. Faber. 1. col. in med. Ang. de Malefic. part. Cheme hai tradito la tua patria. 6. col. vers. *Quærit Cynus*, &c.

16 Item quæro pro complemento materiæ, an ista pœna inhabilitationis filiorum, & nepotum in crimine læsæ Majestatis divinæ, & humanæ habeat locum, modò sint nati ante delictum à pater vel avo commissum, modò sin nati post

delictum commissum? Et videtur, quòd tantùm procedat & habeat locum in filiis, & nepotibus natis post delictum commissum, non verò in antea natis: Primò per text. junctâ glossa ordinaria *in leg. Divo Marco*, Cod. de Quæst. ubi habetur, quòd si pater vel ascendens commisit delictum, per quod aspergitur aliqua macula, filii & nepotes ejus privantur honoribus, dignitatibus, & privilegiis ab eo descendentibus: & dicit ibi Gloss. singularis & ordinaria, quòd debet intelligi, quando tales filii vel nepotes sunt nati post commissum delictum parentis. Secundò per text. *in leg. Emancipatum*, ff. de Senatoribus ubi disponitur, quòd ita demùm filius Senatoris gaudet privilegio & dignitate patris, quando natus est antequam parte ejus fit remotus à Senatu: secùs verò si nascatur postea; quia tunc non gaudet aliquo privilegio: item probat text. *in leg. 2. §. In filiis* ff. de Decurionibus. Tertiò per text. *in leg. 2. vers. Filiis etiam*, Cod. de libertis, & eorum liberis, lib. 12. ubi habetur, quòd si ex causa ingratitude commissæ contra patronum libertus est redactus in servitutem; filii ejus postea nati efficiuntur servi: secùs tamen si nascantur antequam sit redactus in servitutem; quia remanent, liberi. Quartò per textum *in leg. Si Senator*, Cod. de Dignitatibus, ubi disponitur, quòd si filius natus & conceptus ante dignitatem patris non gaudet ejus privilegio, sed tantùm postea nati: & ibi norant & commendant Bartol. Platea, & communiter DD. Quintò per text. *in leg. Filii*, vers. *Senatores*, el 1. ff. ad Municipales, ubi dicitur, quòd ita demùm filii & nepotes Senatorum gaudent privilegio & dignitate parentum, quando sunt nati, vel concepti post dignitatem adeptam; non verò ante: & ibi G os. ordinaria, Bart. Alberic. & communiter DD. Sextò per textum *in leg. Filiam*, ff. de Senatoribus. ubi habetur, quòd delictum Senatoris non tollit beneficium dignitatis filiis antea natis quæsitum. Septimò per text. *in cap. Non imputantur*, lib. 1. quæst. 4. cujus verba sunt: *Non imputantur filiis peccata parentum, quæ post eorum nativitatem à parentibus committuntur*. Octavò & finaliter confirmatur ratiõ: quia filii vel nepotes nati post crimen commissum, dicuntur nati ex sanguine infecto & reprobato, & idèd puniuntur tanquam criminis quodammodo participes, & paternæ audaciæ successores, in quibus paterni criminis exempla timentur: & istam ratiõnem probat text. *in leg. Quisquis*, §. *Filii verò*, Cod. ad leg. Jul. majest. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Cin. *in dist. l. Quisquis*, Cod. ad l. Jul. majest. 2. col. & 2. quæst. & ibi Faber. 1. col. in med. Ang. de Perus 1. col. num. 5. idem Cyn. Jac. Alberic. & Ang. *in leg. Divo Marco*, Cod. de Quæst. post Glos. & ibi Joan. de Anania

in cap. *Vergentis*, de *Hæreticis*, pen. col. Calder. in consil. 3. super rubrica, de *hæreticis*. Dominic. in cap. 2. §. *Hæretici*, de *hæreticis*, lib. 6. & idem videtur probare *lex 6. tit. 27. part. 2.* & *lex 4. titul. 1. lib. 4. ordinam.* & tenet Doctor Orosco, Regius Auditor in *leg. Nec enim*, ff. de *Senator.*

Sed his non obstantibus, contrarium videtur de jure verius, imò, quòd talis pœna inhabilitationis filiorum transeat ad filios, vel nepotes, modò sint nati post commissum delictum parentis, modò ante: Primò, quia text. in *dist. leg. Quisquis*, §. *Filii verò*, *Cod. ad leg. Jul. majest.* qui inducit hanc pœnam privationis, & inhabilitationis, loquitur indistinctè, & generaliter: ergo sic debet intelligi. Secundò etiam per textum in cap. *Statutum*, el 2. vers. *Hoc sanè*, de *hæret. in 6.* ubi in distinctè & genericè imponitur ista pœna inhabilitationis filiorum. Tertio per textum notabilem benè ponderatum, in *leg. fin. vers. fin. Cod. de Bonis proscriptor.* ubi dicit, quòd in crimine læsæ Majestatis pœna privationis & inhabilitationis transit ad suos posteros, & descendentes: & tamen illa lex supra loquitur in filiis natis ante delictum commissum, vel post: ergo eodem modò in nostro casu & articulo idem dicendum est. Quartò & finaliter facit; quia in materia majoratus, & dignitatis transferendæ in filium majorem primogenitum, filius natus, antequam parte vel ascendens sit Rex, Dux, Comes, Marchio, vel obtineat & consequatur majoratum; succedit, & præfertur alteri filio nato post dignitatem majoratus adeptam, ut dixi & probavi in *leg. 40. in legib. Tauri*, 13. *quest. num. 67.* & in terminis istam sententiam & conclusionem, tenet Petr. de Bellapert. in *dist. leg. Quisquis*, *Cod. ad leg. Jul. majest.* & ibi Salycet. 2. col. num. 6. Joann. de Plat. in §. *Publica autem*, *Institut. de Public. judic.* 2. col. vers. *Item habet locum* * tenet etiam Claudius in *leg. Si quis id quod*, ff. de *Judic.* 2. col. *Palat. Rub. in tract. de Justit. & jure Regni Navarræ*, in 5. §. *Alfonsus de Castro*, summæ autoritatis, & Evangelicæ doctrinæ Prædicator, in *lib. 2. de Justa punitione hæreticorum*, cap. 26. Idem in *lib. 1. de Potestate legis pœnal.* cap. 6. Covarrub. in *lib. 2. Variarum Resolut.* cap. 3. num. 5. vers. *Quòd de filiis hæreticorum*, * & ante eos Glossa ordinaria in cap. *Si quis, cum militib. caus. 6. quest. 1.* Licèt *Palac. Rub.* relinquat cogitandum in sua repet. *Cod. Per vestras, de Donation. inter virum, & uxorem*, §. 23. fol. 98. 1. col. dicendo, quòd passus est valdè dubitabilis, & periculosus. Sed in hoc subtili & difficili articulo ego in puncto juris teneo istam secundam opinionem, scilicèt quòd pœna inhabilitationis filiorum transeat ad filios, vel nepotes, modò sint nati post delictum commissum, modò ante. Nec obstant prima jura

Tom. III.

in contrarium adducta: Quia debent intelligi, quando privilegium & prærogativa transit ad filios respectu dignitatis; quia illa cessante, cessat privilegium: in nostro verò casu pœna privationis transit propter culpam & delictum parentum; & idè ista pœna respicit omnes; & ita probat *lex 4. tit. 1. lib. 4. Ordinam.* Sed certè de jure regio prima opinio est tenenda & servanda, & ab ea non est recedendum in judicando & consulendo: & ita probat & disponit *lex 6. tit. 27. part. 2.* licèt in exemplo sit corrupta, & *lex 3. tit. 9. lib. 4. Ordinam.*

* Et adde, quòd certè ista secunda opinio superius lata scilicèt quòd extendatur ad omnes filios natos ante delictum commissum, vel post est vera & communis, & melius probatur jure. Et illam tenendo, posset responderi al leges regias contrarias; quòd loquuntur in casibus particularibus, ut per eas videre poteris: & ita posset teneri in secunda impressione, & esset providendum per novam legem regiam. Et pro hac sententia & conclusione facit; quia fortè intentio & propositum fuit in ipso delinquente longè retrò ante nativitatem & conceptionem, licèt postea intervenit ipsum factum & delictum. Item facit; quia sicut dignitas & privilegium patris extenditur ad filios, etiam ante dignitatem conceptos; ergo similiter pœna & ignominia, quando dignitas & privilegium provenit per successionem, & non per electionem ut dixi & probavi in *leg. 40. in legib. Taur. num. 66. & 67.* & istud est convincibile fundamentum. *

17 Item postremò & finaliter adde, quòd in hoc crimine statim ac quis illud committit, perdit honorum suorum administrationem, licèt non desinat esse dominus; text. est in *leg. ex judiciorum*, ff. de *Accusat.* cujus verba sunt: *Ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere posse.* text. in *leg. Quæsitum*, ff. *Qui & à quib.* text. in *leg. Donationes in concubinas*, §. *final.* ff. de *Donat.* text. in *leg. fin. Cod. ad leg. Jul. majest.* tradiplenè & magistraliter Bart. in *leg. Post contractum*, ff. de *Donat.* 3. colum. num. 12. & ibi communiter DD. Hodiè tamen in nostro regno nendum perdit administrationem bonorum, sed etiam dominium, & bona confiscantur ipso jure, & dominium transit in fiscum à die commissi criminis: ita expressè disponit *lex 4. titul. 2. part. 7.* Ex quo deducitur & infertur, quòd omnia, quæ sunt disposita in crimine læsæ Majestatis divinæ, habent etiam locum in hoc crimine læsæ Majestatis humanæ. Et quo etiam subdeducitur & infertur, quòd in his criminibus, post sententiam & condemnationem confiscabuntur etiam bona alienata, & repetet & vindicabit fiscus à possessoribus: de quo articulo dixi suo loco.

M

Item

Item adde, quòd post mortem delinquentis potest cognosci de isto crimine, ut memoria ejus damnetur, & bona publicentur: de quo etiam dixi suo loco.

Item adde, quòd in foro conscientiae tenetur delinquens bona restituere fisco, etiam ante sententiam & condemnationem; ut dixi & probavi suprà in delicto criminis læsæ Majestatis divinæ, ubi vide.

cetur venientibus ex testamento, vel ab intestato, seu fisco?

16 *Prædicta pœna an extendatur ad nepotes, & eos comprehendat?*

17 *An dicta pœna habeat locum in filiis natis ante delictum commissum?*

18 *Reus læsæ Majestatis amittit bonorum administrationem.*

A D D I T I O N E S.

S U M M A R I U M.

- 1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*
- 2 *De pœna in crimine læsæ Majestatis divinæ. Quid in hæretico pœnitente, seu converso, & reincorporato Ecclesiæ?*
- 3 *Alienatio bonorum committentis hoc crimen an sit ipso jure nulla?*
- 4 *An in casu dictæ pœnæ transferatur possessio sine apprehensione. De præscriptione contra fiscum. An fiscus teneatur stare locationi factæ à reo læsæ Majestati?*
- 5 *An, & quando filii, vel descendentes efficiantur inhabiles ad dignitates, & officia? An sint irregulares, & nobilitatem amittant?*
- 6 *Pœna ipso jure imposita an debeatur in foro conscientiae?*
- 7 *Quando committatur crimen læsæ Majestatis humanæ?*
- 8 *Eripiens aliquem de carcere, an committat hoc crimen?*
- 9 *Sciens crimen esse committendum contra Principem, & non revelans, an committat crimen læsæ Majestatis? De sciente, & non revelante aliud quolibet delictum? An, & quando teneatur aliquis alium defendere si offendatur?*
- 10 *Sciens delictum committendum, an in conscientia teneatur revelare?*
- 11 *An hoc crimen committatur contra Dominos inferiores? Non subditus non committit hoc crimen.*
- 12 *De pœna confiscationis? De pœna eversianis domus?*
- 13 *An hoc delictum duret post mortem?*
- 14 *Filii committentium hoc crimen, an, & quomodo puniantur? An possint acquirere ex contractu? Filii hæreticorum quomoda sint insuccessibiles?*
- 15 *Filio excluso à successione an hæreditas appli-*

1 **D**E hac materia, & hujus sceleris atrocitate agunt præter ordinarios, Clarus *Recæptarum*: §. *Læsæ Majestatis*. Decianus *Tract. crim. lib. 7. ex cap. 1.* Bossius in *Præctic. in tit. de Crimine læsæ Majestatis*; Gigas *eodem tractatu*, Morla in *Emporio*, titul. 11. num. 73. ubi quòd testes inhabiles admittuntur, in hoc crimine, Tuschus *littera M. conclusione 6. & sequentib. usque ad 14.* Petrus Gregorius in *Sintagm. lib. 33. & 35.* latissimè Fachinæus *lib. 9. Controversiarum capit. 32. & multis sequentibus*, Baeza de *Debitore*, cap. 16. num. 16. qui alios plures referunt, Parladorius, tom. 3. different. 107. & 108. Gratianus *reg. 406.* ubi quòd resistens Judici incurrit pœnam læsæ majestatis, de quo etiam alte Gratianus *Disceptationum*, c. 54. ubi declarat: Gregorius in *leg. 6. tit. 13. part. 2. & leg. 7. tit. 8. part. 3. gloss. 4.* Cantera de *Questionib. tangentibus punitionem delicti. cap. 2. & latissimè Farinatus in Praxi, quæstion. 112. & sequentibus & consilio 79.* Covarrub. *lib. 2. Variarum, cap. 8. & cap. 9. num. 4.* Menochius de *Arbitrar. cas. 300. & 360.* ubi de conatu in hoc delicto: Bernard. Diaz in *Practica, cap. 118. & 119.* Pichardus in §. *Interdum, Institut. de Hæreditatibus quæ ab intestato ex num. 6. & in §. Publica autem, Institut. de Publicis judiciis, & in manuductionibus, 3. part. §. 4. ex num. 75.* ubi alios plures refert, & latè Narbona in *Concordia Familiarum Sanctæ Inquisitionis*, glos. 7. Acevedus & cæteri in *leg. 1. titul. 3. lib. 8. Recopilationis*, Alvarado de *Conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. ex num. 22.* ubi de majoratu in hoc delicto, Cenedus de confiscatione agens, in *quæst. 16. per totam, & in Collectan. 103.* Tom. Sanchez in *summa, leg. 2. quasi per totum*, maximè *ex capit. 9.* Barbosa plures referens in *Collectanea cap. 10. de Hæreticis, & per totum titulum*, & Farinatus in *simili tractat. de Hæret*, & D. Larrea allegatione *fisc. 65. & 66.* ubi de conspiratione contra Principe, latè.

2 Ad numerum 1. ibi: In *Crimine læsæ Majestatis divinæ, &c.*

Committens crimen læsæ Majestatis divinæ est excommunicatus ipso jure, & etiam ipso jure ejus bona confiscantur, & applicantur Cameræ Apostolicæ in terris Ecclesiæ & fisco sæculari in

ter-

terris Imperij ita resolvit Gomez. & docent Clarus §. Hæresis, num. 23. Covarrubias in regula peccatum, 2. parte, in initio, num. 7. Simanc. de Catholicis institut. titul. 42. ex num. 3. Acevedus leg. 1. titul. 3. lib. 8. Recopil. num. 155. Sanchez in Summa, lib. 2. cap. 8. & alii plures apud Barbosam in Collectanea cap. 13. de Hæreticis, Farinacius de Hæreticis, quæst. 192. ubi de excommunicationis pœna contra hæreticos: & de confiscatione similiter idem docent Menochius de Recuperanda posses. remed. 1. numer. 308. & de Arbitrariis, casu 374. Peregrinus de Jure fisci, lib. 5. titul. 1. num. 166. Surdus de Alimentis, tit. 8. privilegio 35. & tit. 9. quæst. 32. Barbosa in leg. 1. ff. Solutio matrimonio 4. parte, ex num. 82. Castillo lib. 6. Contraversiarum, cap. 137. numer. 31. Amaya leg. 1. Cod. de Jure fisci, num. 58. iterum Farinacius de Hæresi, quæst. 190. ubi latissimè ampliat, & limitat, Thomas Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 14. & sequentibus, omninò videndus, Tuschus littera M. conclusione 12. & alii plures relati à Barbosa in Collectanea cap. 10. de Hæretic. ubi sex ampliationes congerit, & octo limitationes plurimos Doct. pro qualibet earum referens, apud quos, maximè apud Farinacium, & Sanchez omnes difficultates in hac pœna confiscationis occurrentes inveniunt, & vide infra, num. 3. ubi alia, & an confiscatio comprehendat bona futura? & an hæreticus occultus incurrat excommunicationem? præter supra relatos disputat Cevallos quæst. 698.

Quid verò dicendum sit in hæretico converso, & pœnitente, an recuperet bona confiscata? disputant latè Farinacius de Hæresi, q. 190. ex num. 131. usque ad 153. & Barbosa in Collectanea, cap. 10. de Hæreticis, numer. 24. Sanchez in Summa, lib. 2. cap. 14. numer. 12. & cap. 27. ex numer. 21. iterum Farinacius quæst. 193. ex numer. 65.

3 Ad num. 2. ibi: Secundo infertur quod à tempore commissi criminis, &c.

Ipo jure nullam esse alienationem factam à committente hoc crimen, & fiscum posse bona alienata vindicare, etiam pretio non soluto præter id quod in utilitatem condemnati versum est, resolvit Gomez. & docent latissimè Gigas, in hoc tractatu, lib. 2. rubrica de Pœnis committentium Crimen læsæ Majestatis, quæst. 24. ex num. 1. & latè Decianus tractatum criminalium lib. 7. cap. 40. num. 6. Gutierrez in Canonicis, lib. 2. cap. 5. num. 76. Hermosilla leg. 2. tit. 4. part. 5. glossa 1. ex numer. 13. & glossa 6. Gratianus disceptationum, cap. 54. ex num. 16. ubi declarat quòd poterit fieri alienatio ex causa necessaria, veluti pro solvendis creditoribus, vel pro dotibus, seu alimentis, &c. Azor, institu-

Tom. III.

tionum Moralium 1. part. lib. 8. cap. 12. quæst. 1. & plurimos referens, Barbosa in Collectanea cap. 10. de Hæreticis, numer. 3. & per totum, Fachinæus Contraversiarum, lib. 9. cap. 35. ubi fundamenta hujus opinionis refert, licet ipse contra teneat, & latissimè Pater Thomas Sanchez in Summa, lib. 2. cap. 14. ubi etiam probat in hac confiscatione non comprehendi bona futura, de quo Gratianus disceptationum cap. 309. ac proinde hæretico ad fidem redunte, non esse publicanda bona ex tunc acquisita, sed ea quæ ante hæresim habuit, & quæ ea permanente acquisivit; & num. 15. & sequentibus, latè disputat ipse Sanchez, an jura conditionalia sub conditione debita confiscentur? & resolvit, quòd si descendant ex ultima voluntate, veluti hæreditas, legatum, seu fideicommissum, non publicantur, quando conditio extitit post condemnationem, quia in ultimis voluntatibus conditio non retrahitur; si verò jura, & debita conditionalia descendant ex contractu, & si impleatur conditio post condemnationem, pertinent ad fiscum cum virtute retroactionis; & ex num. 3. latissimè discutit, an hæreditas delata hæretico, nondum ab eo adita, pertineat ad fiscum? & negativè resolvit post longam disputationem, sub distinctione, & declaratione in eo videnda: & cap. 22. eodem lib. 2. resolvit cum plurimis contra alios minimè teneri hæreticum, seu alium, cujus bona confiscantur ipso jure, ea restituere fisco ante Judicis sententiam, & tunc sufficere non facere resistantiam, non tamen teneri offerre: latissimè etiam Farinacius in Praxi, quæst. 116. ex num. 42. maximè numer. 59. & seqq. & quæst. 164. num. 44. & seqq. & in tractat. de Hæresi, quæst. 190. ex num. 1. ubi ferè infinitos refert, ampliat, & limitat, & declarat, quem omninò videas: & numer. 68. & sequent. & novissimè Domin. Franciscum de Amaya in leg. 1. Cod. de Jure fisci, ex num. 57. ubi alio modo hanc resolutionem declarat.

4 Ad num. 3. ibi: Unum tamen est, &c.

Quòd licet in fiscum transferatur ipso jure dominium (de quo infra numer. 12.) non tamen transeat possessio ante apprehensionem, ut hic resolvitur, docent Gutierrez §. Sui, numer. 68. quem videas ibi: & in cap. 5. lib. 2. Canonicarum, numer. 67. Caetera in rubric. de Hæreticis, & cap. 1. numer. 16. Amaya leg. 1. Cod. de Jure fisci, lib. 10. numer. 58. & Farinacius in Praxi quæst. 25. numer. 13. & seq. & in tractat. de Hæresi, quæst. 190. num. 85. & quæstion. 116. numer. 18. ubi de modo capiendi possessionem.

Et de præscriptione in hoc casu quando alius possessor bonæ fidei dicta bona possedit tempore legitimo, vide Thomas Sanch. in Summa,

M 2

lib.

lib. 2. cap. 22. ex num. 36. ubi etiam num. 53. agit, an fiscus teneatur stare locationi factæ per reum? & distinguit inter confiscationem seu publicationem alicujus rei particularis, & confiscationem universalem, ut primo casu non teneatur stare locationi; secus in secundo.

5 Ad numerum 4. ibi: *Item etiam pro isto delicto est pœna, &c.*

Quòd filii hæreticorum usque ad secundam generationem per lineam paternam, & usque ad primam per lineam maternam, efficiantur inhabiles ad dignitates, & officia spiritualia, & temporalia, ut hic resolvitur, docent, & explicant latissimè Molin. *de Justit. tom. 3. disp. 658. numer. 19. Azor. Institutionum Moralium tom. 1. lib. 8. cap. 13. post quæst. 8. in pœna 8. Hæreticorum, Clar. in §. Læsæ Majestatis, num. 19. Simanc. de Catholicis institutionibus, tit. 29. n. 15. Menoch. de Recuperanda poss. remed. 1. ex numer. 331. ubi quòd hæreticus ipso jure amittit beneficia. Parlad. differentia 108. n. 4. Decian. tractatum criminalium lib. 5. cap. 20. num. 4. & cap. 45. num. 4. Thomas Sanch. latè in Summa, lib. 2. cap. 27. ubi etiam num. 1. probat, hanc pœnam locum habere in filiis quomodocumque illegitimis: & n. 9. & seq. latissimè disputat, an filius conceptus ante crimen læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, incurrat prædictam pœnam? & negativè resolvit; & n. 21. & seq. agit de filio hæretici reincorporati Ecclesiæ seu reconciliati; & in cap. 28. latissimè materiam prosequitur, ex num. 18. ubi de beneficiis antea habitis, vel postea acquirendis: & n. 36. probat ex multis idem dicendum in pensione, ac in beneficio; latissimè etiam Farinac. in Praxi, quæst. 116. ex n. 86. ubi pariter de filiis naturalibus, & spuris idem dicendum probat: & in tractat. de Hæresi, quæst. 191. ex n. 44. ubi de beneficiis antea habitis, & postea acquirendis agit, amplians, & limitans Cened. quæst. 16. per tot. ubi n. 7. quòd tales filii non possunt ad sacros Ordines promoveri: & n. 8. quòd tales filii non privantur officiis, & beneficiis obtentis ante crimen.*

Item de irregularitate, & an filii hæreticorum, fautorum, defensorum, seu receptatorum, sint irregulares? videndus est idem Thom. Sanchez dicto cap. 28. ex num. 6. ubi affirmativè respondet: Item an nobilitatem amittant, idem Sanchez cap. 29. latè.

6 Ad numerum 5. ibi: *Et magistraliter, & resolutivè dico, &c.*

Quòd in casibus in quibus pœna imponitur ipso jure, reus teneatur in conscientia restituere fisco ante condemnationem, resolvit Gomez. in præsentì, & docent plures relati à Tiraquell. in leg. Si unquam, verb. Revertatur, num. 268. Castr. de Lege pœnali, lib. 2. cap. 10. 11. & de

ista hæreticorum punitione, lib. 2. cap. 5. & 6. Navar. in Manuali, cap. 23. numer. 67. & alii apud Barbos. in Collectanea cap. 10. de Hæreticis, num. 4. sed contrariam sententiam, imò non teneri reum bona restituere fisco ante Judicis sententiam, & post eam non teneri offerre, sed tantum non resistere, quominus bona ab eo exigantur, & sententia mandetur executioni, quam ipse non tenetur adversus se ipsum exequi probant. Simanc. de Catholic. institutionib. tit. 9. ex num. 161. usque ad 252. Molin. de Justit. tom. 1. disput. 65. Scac. de Commerciis, §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliacione 19. n. 139. ubi limitat præterquam si pœna veniret applicanda parti, & alias quatuor limitationes adducit, Cancer. 3. p. cap. 11. numer. 40. Gutier. lib. 2. Canoniarum, cap. 5. ex num. 14. ubi limitat: quem omninò videas usque ad finem capitis, Azor. tom. 1. Institution. Moral. lib. 5. cap. 7. quæstion. 1. & 3. & lib. 8. cap. 12. quæst. 3. Sayr. in Clavi Regia, lib. 3. cap. 9. num. 30. Lessius de Justit. lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 64. Matienz. lib. 1. tit. 2. glos. 5. num. 4. leg. 6. tit. 8. glos. 8. num. 8. & leg. 5. tit. 11. glos. 1. num. 2. & 3. lib. 5. Recopilationis, Aceved. l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopilationis, n. 189. Canter. tit. de Questionibus tangentibus punitionem delictorum, cap. 1. n. 16. & 17. Barb. in dict. Collectanea, cap. 10. de Hæreticis, n. 4. & ferè infinitos referens Thom. Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 22. ex num. 7. cum pluribus sequentibus ubi optimè declarat, & limitat, quem omninò videas; & Farinac. in tractat. de Hæreticis, quæst. 190. n. 82. & Cevall. q. 687. & latissimè disputantem Morlam in Emporio, tit. 1. quæst. 9. per totam, ubi n. 34. declarat præterquam si ex parte recipientis non sit pœna, sed damni illati satisfactio, tunc enim ante Judicis sententiam obligat restitutio, vide etiam novissimè Carlev. de Judiciis, tom. 2. tit. 2. disput. 1. num. 18. & num. 39. & sequentibus, & Amay. lib. 1. Cod. de Jure fisci, num. 61. & vide infra, cap. 14. num. 4.

7 Ad numerum 6. ibi: *In quo articulo resolutivè dico, &c.*

Quòd crimen læsæ Majestatis humanæ committatur, quando quis offendit Imperatorem, vel Regem non recognoscentem Superiorem, vel Rempublicam Romanam, vel aliam Superiorem non recognoscentem, vel eos qui sunt de consilio Principis, ut hic resolvitur, docent Gigas, in tract. de Crimine læsæ Majestatis, lib. 1. Rubrica, quotuplex sit Majestas? n. 6. & 7. & in rubrica, qualiter & à quibus crimen læsæ Majestatis, &c. quæst. 13. num. 1. & sequent. Boss. in tit. de Crimine læsæ Majestatis, sub num. 5. & 6. & seqq. Clar. in §. Læsæ Majestatis, ex num. 2. Decian. tract. criminali, lib. 7. cap. 2. & seqq. Tusch.

Tusch. *littera M. concl.* 8. Petr. Gregor. in *Syn- tagmat. lib. 35. cap. 3. & seqq.* Fachin. *lib. 9. Controversiarum, cap. 32.* ubi de offendente Principi inferiorem (de quo etiam Farinac. *infra, numer. 276.*) & latissimè Farin. in *Praxi, q. 116. ex n. 18. usque ad 220.* ubi sexdecim casus cumulat, in quibus hoc crimen committitur, plures ampliaciones, & limitationes ad eos congerens, Aceved. in *l. 1. tit. 18. leg. 8. Recop.* (& vide *concl. 34. post opéra Roderici Suarez*) Hermosill. in *l. 2. tit. 4. part. 5. glos. 3.* ubi de Consiliariis Principis, de quibus etiam Gratian. *disceptationum, cap. 54. num. 7.* & latissim. Narbon. in *Concordia familiar. glos. 7. per totam.*

8 Ad numerum 7. ibi: *Quando quis violentè exemit, &c.*

Eripiens de carcere reum læsæ Majestatis, post delictum probatum confessione, vel alia legitima probatione; vel dum ad supplicium duceretur, si hoc fiebat per iudices Imperatoris vel Regis: secus si alicujus Magnatis, Ducis, seu Marchionis quod committat crimen læsæ Majestatis, ut hic resolvitur; docent Lucas de Penna, in *l. Quoties, n. 1. Cod. de Exactōribus tributorum, lib. 10.* Gigas de *Crimine læsæ Majestatis, lib. 1. in Rubrica qualiter, & à quibus crimine læsæ Majestatis, quæst. 58. num. 8.* Plaza in *Epitome delictorum, cap. 38. num. 7.* Aceved. in *leg. 1. tit. 18. lib. 8. Recopilat. ex n. 171.* Padill. de *Lege pænali, cap. 53.* & plurimos referens, & latè ampliāns, & limitans, & declarans Farinac. *quæst. 30. ex num. 101. & quæst. 32. num. 4.* Gratian. *discept. cap. 54. ex num. 1.* & optimè Narbon. in *Concordia famil. glossa 7. ex num. 58. & num. 72. & sequent.*

9 Ad num. 8. ibi: *Item etiam committitur istud crimen, &c.*

Quod crimen læsæ Majestatis committat, qui scit hoc crimen ab alio committendum, & non revelat, ut hic resolvitur, docent Gigas de *Crimine læsæ Majestatis, lib. 2. Rubric. qui accusat. posses. quæst. 20. num. 2. & lib. 3. rubrica final. quæst. 2. num. 1. & 4.* Menoch. de *Arbitrariis, leg. 2. cas. 155. num. 9.* ubi benè declarat, & Fachin. *leg. 9. Controversiarum, cap. 86.* Gratian. *regul. 120. num. 7.* Scaccia de *Judiciis, lib. 2. cap. 10. ex num. 25.* Plaza in *Epitome delictorum, cap. 22. num. 17.* Boss. *titul. de Crimine læsæ Majestatis, num. 47.* Clar. in *Practica. §. final. quæst. 87. versic. Punctus est, Avil. in cap. 52. Prætorum, verb. Incurrat, & latissimè explicans Farinac. quæst. 51. ex num. 69. & de heresi, quæst. 197. §. 2.* Narbon. in *Concordia familiarum, glossa 7. num. 12.* quos omninò videas, & Gregor. in *leg. 33. titul. 6. part. 1.* ubi quòd obligatio revelandi, intelligitur si possit probari, latè Flores de Mena *quæst. 18. per to-*

tum, & latissimè D. Larrea omninò videndus in suis Allegationibus fiscalibus, allegatione 65. per totam, tom. 1. ubi optimè explicat, & alios plures refert: & *num. 75.* cum plurimis adductis à Farinac. *dist. quæst. 51. num. 76.* docet crimen debere denunciari, quamvis probari non possit; & *numer. 72.* ex pluribus docet ipse Larrea patrem & uxorem debere denunciare filium vel maritum & è contra; vide etiam eum *allegat. 66. ex num. 8.* ubi alia plura.

Ibi: *Pro cujus declaratione dico, quod regulariter licèt quis sciat, &c.*

Quod regulariter licèt quis sciat delictum committendum in alium, vel sit præsens, & non prohibeat, nec revelet, non teneatur aliqua pœna, ut hic resolvitur, præterquam in patre, vel domino sciente delictum committendum à filio, servo, vel familiari, vel si quis sciat delictum committendum contra patrem, vel ascendentes, docent Menoch. omninò videndus de *Arbitrariis casu 355.* ubi quid de jure Canonico, & in foro conscientie, Gigas de *Crimine læsæ Majestatis, lib. 2. titul. Qui accusare possunt, quæst. 20. in principio, Bernard. Diaz in regula 184.* Scaccia de *Judiciis, lib. 2. cap. 10. ex num. 3.* Barbos. in *leg. Quæ dotis, Digest. soluto matrimonio, numer. 153.* Carrer. in *Practica tractat. 3. de Homicidio. §. Nonò quæro, post numer. 9.* Plaza in *Epitome delictorum, cap. 22. num. 17.* Gratian. in *regula 130.* ubi quod delinquentem non tenetur quis indicare pro regula constituit & declarat, & plurimos referens Farinacius in *Praxi, quæst. 51. ex num. 7. & per totam, & quæst. 24. ex num. 234. quæst. 125. & 130. & consil. 104. & quæst. 120. ex num. 153.* quem omnino videas, & Sotum in *tractat. de Ratione tegendi secretum, quæst. 4. & 5.* Navarr. in *cap. Inter verba 11. quæst. 3. conclus. 6.* Avil. in *cap. 52. Prætor, verb. Incurrat.* Antonius Gabriel *commun. lib. 7. tit. de Criminal. concl. 37. n. 2.* Menchac. *illust. cap. 16.* Gutierr. *Canonicarum, lib. 1. capit. 11.* Avil. in *cap. 1. Prætor, verb. Ni consintieren, num. 6.* Greg. *leg. 2. tit. 28. part. 2.* Morla. in *Emporio, titul. 2. quæst. 3. num. 43. & sequentib.* Flores de Mena *Variarum, lib. 1. quæst. 18.* & Barbos. in *Collectanea cap. Sicut dignum, de homicidio, ex num. 18.* ubi latissimè explicat usque ad num. 30. quando quis teneatur vel non alium defendere? eum omnino videas, & Gratian. *regul. 120. per totum, & Farinac. latissimè dist. quæst. 51. ex num. 4.* qui omnes pro regula constituunt; neminem tenere alium defendere vel obviare delicto de jure Civili, secus de jure Canonico, & in foro conscientie: & certè crediderim, non revelantem seu obviantem delicto, vel non defendentem aggressum cum posset, minori, & extraordinaria pœna pun-

niendum, ex allegatis per Barbos. Gratian. Flores de Mena, & Farinac. *suprà* & q. 125. ex num. 267. latissimè, & Molin. *tom. 4. disp. 18. Less. lib. 2. c. 9. dub. 13.* & novissimè D. Larrea *Allegat. fisc. 65. ex num. 32. & n. 43.* ubi de crimine parricidii, post Solorz. *lib. 2. c. 19.* omninò videandus & *Allegation. 66.*

10 Ad num. 9. ibi: *Secus tamen in foro conscientiae, &c.*

Quòd in conscientia quilibet teneatur delictum revelare & obviare, probant ex multis (ut jam dictum est *numero præcedenti*) Gratian. Farinac. & Barbos. *in locis suprà relatis*, qui alios quamplurimos referens, & Carrer. *in Practic. vers. Circa quartum, ex num. 67.* ex quo procedit (ut ait Gomez. *in Præsenti*) quòd ille qui videt, vel scit delictum committendum in Clericum, & non prohibet, est communicatus, ut docent Suarez de *Censuris, disput. 22. sect. 1. num. 56.* Sayr. *in Clavi Reg. lib. 10. tractat. 2. cap. 14. num. 2.* & de *Censur. lib. 3. cap. 26. num. 24.* & alii plures ab eis relati, & licèt alii gravissimi DD. hoc velint limitari in eo, ex justitia tenetur impedire, & non si ex sola charitate, verius tamen est indistinctè esse intelligendum, ut advertit Barbos. *in Collectanea cap. Quantæ 47. de Sententiâ excommunicationis, numer. 2.* & latius *in tractat. de Jure Ecclesiastic. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 50.* ubi addit, quòd si quis non dolosè, sed ex negligentia, vel quia non vult se immiscere rumoribus aliorum, non prohibeat Clerici percussionem, non incurret excommunicationem.

11 Ad numerum 10. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Hoc crimen non committi contra Dominos inferiores, sed contra Principem, vel Rempubliacam non recognoscentem Superiorem, ut hic resolvitur, docent plures, quos refert Gigas *in tractat. de Crimine læsæ Majestatis, rubric. qualiter & à quibus crimen læsæ Majestatis. quest. 29. numer. 2.* Gratian. *Disceptat. forens. tom. 2. capit. 368. numer. 6.* Decian. *lib. 7. cap. 49 n. 21.* & alii relati à Farinac. *in Praxi, quest. 112. numer. 181. ubi & numeris sequentib.* latè disputat, & resolvit, hanc quæstionem per positionem diversorum casuum, Bobadill. *in Politic. lib. 2. cap. 16. numer. 177. & 178.* ubi etiam addit, quòd cum dicti domini sint de consilio Regis, poterit contra eos committi crimen læsæ Majestatis, quod iterùm reassumit *in lib. 3. cap. 1. numer. 29.* ubi loquitur de offendente Correctorem alicujus loci: & postea ait, quòd hoc crimen committitur contra Senatores Auditorii, vel Cancellariæ utentes nomine, & sigillo Regio, de quibus latè Parlador. *tom. 3. diferent. 10. & 11. Aceyed. in leg. 1. titul. 18. lib. 8. num. 22.*

ubi ait, quòd improprie committitur in Dominos inferiores hoc crimen, & de pœna agit.

Ibi: *Unum tamen est, &c.*

Non subditus non committit crimen læsæ Majestatis, nisi juvando alium, qui sit subditus: ita Gomez. *in præsentis*, & probat Gigas *de Crimine læsæ Majestatis. lib. 3. rubric. de Proditore, quest. 1. num. 1. lib. 1. Rubric. qualiter, & à quibus læsæ Majestatis, &c. quest. 3. numer. 3.* Boss. *in Practic. hoc titul. numer. 80.* & sequentibus Bernard. Diaz *in Practic. cap. 119. post num. 1.* ubi Salced. *littera B: Clar. in §. Læsæ Majestatis. numer. 6.* & hos, & alios referens Farinac. *in Praxi, quest. 112. ex num. 240. usque ad 262.* ubi ampliatur, limitatur, & declarat, & *quest. 8. num. 8. & sequent.* ubi an Clericus committat hoc crimen? Scac. *de Commerc. §. 2. glossa 3. numer. 129.* Narbon. *in Contord. familiarum Sanctis Inquisition. glos. 7. numer. 115.* Et de Clericis, & de Episcopis committentibus hoc crimen, Petr. Gregor. *in Syntagm. lib. 35. cap. 2. num. 8.*

12 Ad numerum 11. ibi: *Pœna autem hujus delicti, &c.*

Pœnam hujus delicti esse mortem naturalem, & confiscationem bonorum, & demolitionem domus, ut hic resolvitur, docent Gigas *de Crimine læsæ Majestatis. lib. 2. titul. de Pœnis, q. 1. Clar. in §. Læsæ Majestatis. Boss. hoc tit. ex n. 131. Decian. lib. 6. cap. 32. num. 27. & cap. 39. ex num. 14.* Gratian. *discept. cap. 54. num. 13.* ubi enumerat pœna, Scacc. *de Commerc. §. 7. glossa 2. num. 81.* ubi quòd si hoc crimen committatur per lubricum linguæ, sola temeritatis pœna puniendum est: & alii latissimè relati à Farinac. *in Praxi, quest. 116. ex num. 1.* maximè *numer. 20. & sequent. & num. 66.* ubi de pœna confiscationis, & quòd bonorum dominium amittat committens hoc crimen ipso jure ante sententiam, licèt declaratoria sit: necessaria, & executio, ut diximus *num. 3. & 6. suprà,* & advertit ipse Farinac. *ibidem, num. 17.* & colligitur ex Decian. *lib. 7. cap. 4. num. 38.* Surdo *decis. 247. num. 1.* Cujac. *in leg. Imperat. ff. de Jure-fisci, & Farinac. suprà, & quest. 164. & decis. 87. & 90.* ubi alia Gutierr. *lib. 2. Canoniarum, cap. 5. ex num. 67.* Hermos. *in leg. 2. tit. 4. part. 5. glos. 1. & 2. ex num. 1. & glos. 6. per totam, Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 22. ex quibus Dom. Francisc. de Amaya in l. 1. Cod. de Jure-fisc. lib. 10. num. 58. & sequentib.* concludit in hoc crimine dominium amitti bonorum à die commissi facinoris secundum quid, nempe sub conditione si feratur sententia, & sio secundum quid dominium ex tunc fiscus acquirit, & hoc modo competit ei rei vindicatio, secuta scilicet condemnatione, vel potius decla-

ratione delicti perpetrati, eum omninò videas, & Carlev. de *Judiciis*, tom. 2. tit. 2. disput. 1. num. 39. ubi de pœna privationis factionis testamenti.

Item domum hujusmodi delinquentis everteendam, docuerunt Gigas de *Crimine læsæ Majestatis* lib. 2. rubr. de *Pœnis committentium crimen læsæ Majestatis*, quest. 35. Decian. lib. 7. cap. 40. num. 37. Bayar. ad Clar. §. *Læsæ Majestatis*, num. 25. & in quest. 82. num. 92. & latius Farinac. quest. 116. ex num. 28. ubi ampliat, & limitat usque ad num. 41. & docet non destruendam domum communem cum alio, de quo etiam in quest. 112. num. 117. & sequentibus. Graciam *Disceptationum forensium*, c. 179. & cap. 217. num. 26. ubi de ratione quare sal seminetur in domo delinquentis? Parlador. lib. 1. *Quotidianarum* cap. 21. Lara de *Anniversar. capit. 4. lib. 2. num. 125.* Usuald. in tract. de *Duobus fratribus*, part. 8. num. 26. Petr. Gregor. in *Syntagmat. lib. 35. cap. 1. num. 20.* Cened. quest. 16. num. 18. ubi quòd in perpetuum non est erigenda talis domus.

13 Ad num. 12. ibi: Item adde quòd istud crimen, &c.

In hoc crimen defunctum posse reum pronuntiari, & ejus memoriam damnari, & bona confiscari, formato processu cum hæredibus, vel defensore, ut hic resolvitur, docent Gigas de *Crimine læsæ Majestatis*, titul. *Qualiter in crimine procedatur*, quest. 20. libr. 1. & titul. de *Pœnis*, quest. 32. lib. 2. Clar. §. *Læsæ Majestatis*, & in §. final. quest. 61. Menoch. consil. 99. numer. 159. & sequentibus, lib. 1. Peregr. de *Jure fisc. lib. 4. titul. 5. num. 19.* & plurimos referens Farinac. in *Praxi*, quest. 10. num. 42. & sequent. ubi limitat, & declarat, & latius in tract. de *Hæresi*, quest. 179. ex numer. 86. usque ad finem, ubi num. 112. & sequentibus. disputat, an post quinquennium possit procedi? & Petr. Cened. quest. 16. num. 6. & optimè Pichard. in §. 2. *Institut. de public. judic. num. 11.*

14 Ad num. 13. ibi: Item etiam in isto crimine, &c.

Quòd filii committentium hoc crimen fiant insuccessibiles & infames & in habiles ad honores & officia publica, ut hic resolvitur docent latè explicantes Gigas in hoc tractatu de *Crimine læsæ Majestatis*, lib. 3. rubric. de *Pœnis quas filii incurrunt*, quest. 1. ex num. 1. Decian. libr. 7. capit. 31. & sequent. Fachin. libr. 7. capit. 23. Gratian. *Disceptationum forensium*, tomo 2. cap. 368. num. 7. & sequent. Osuald. ad Donell. lib. 18. cap. 8. notatis littera XX. Bajard. ad Clar. in §. *Læsæ Majestatis*, num. 25. Boss. in titul. de *Crimine læsæ Majestatis*, nu-

mer. 134. & 137. Menoch. cons. 175. lib. 3. ex num. 2. Peregrin. de *Jure fisci*, lib. 3. titul. 9. Gregor. Lop. in leg. 2. tit. 2. part. 7. Molin. tom. 3. de *Justit. disputat. 658.* Gutierr. lib. 2. *Canonicalium*, capit. final. Cened. in quest. 16. numer. 1. ubi de justificatione hujus pœnæ, de quo etiam Barbos. in *Collectanea*, cap. 2. de *His quæ fiunt à majore parte Capituli: & in cap. Cognoscentes*, de *constitutionibus in fine*, Amaya libr. 2. *Observationum*, cap. 6. ex num. 47. & optimè explicans Thom. Sanch. in *Summa*, lib. 2. c. 29. ubi quinque conclusionibus declarat, quando & quomodo dicti filii amittant nobilitatem, & num. 9. 10. & 11. & explicat incapacitatem succedendi, eum omninò videas, & Farinac. etiam latissimè disputantem quest. 116. ex num. 72. usque ad 146. & in decisione 87. 90. 122. & 241. & cons. 65. & 140. lib. 2.

Advertit etiam Thom. Sanch. ubi *suprà*, numer. 10. quòd cum novissimo jure hujus regni, legitima filiorum sit aucta, poterunt filiæ habere totam matris legitimam, ex doctrina Gomez hic, referens ad hoc Gregor. & Molin. *suprà*, & de statuto imponente pœnam ob delictum alterius; vide conclusionem 102. post opera *Roderici Suarez.*

Item addit ipse Thom. Sanch. num. 11. cum eisdem Gregor. & Molin. & cum altero Molin. de *Primogeniis*, lib. 4. cap. ultimo, num. 50. & aliis, quòd dicti filii non sunt incapaces aliquid recipiendi ex donatione, vel alio contractu inter vivos, Farinac. de *Hæresi*, quest. 191. n. 42. ubi de bonis acquisitis à patre pro se, & filiis: & quest. 116. ex num. 112. & consil. 140.

Ibi: Ex quo subdeducitur, & infertur, &c.

Quòd mitius puniatur crimen læsæ Majestatis divinæ, quàm humanæ, & sic quòd filii hæreticorum licèt non possint succedere patri vel ascendenti, qui crimen commisit, cum bona confiscentur, tamen non prohibentur succedere omnibus aliis descendentibus, collateralibus, & extraneis: ita resolvit Gomez, & docent Menoch. consil. 805. num. 23. & 24. volumine 9. & consil. 1128. per totum, volum. 12. Molin. de *Justitia*, tom. 3. disput. 658. ex num. 19. Cantera Rubrica, de *Crimine læsæ Majestatis*, cap. 2. ubi quòd ita practicitur: optimè Thom. Sanch. in *Summa*, lib. 2. cap. 29. num. 13. ubi plurimos refert, Barbos. in *Collectanea* capit. *Vergentis*, de *Hæretic. num. 25.* & sequent. ubi numer. 27. quòd filii propter paternam hæresim non solum legitima sed etiam alimentis privantur (de quo etiam Farinac. quest. 115. num. 128.) Farinac. de *Hæresi*, quest. 191. num. 25. & 26. ubi plures contrarium tenentes refert, Cened. quest. 16. num. 22.

15 Ad num. 14. ibi: Sed his non obstantibus, &c. Non

Non fisco sed aliis successoribus applicari hæreditatem, quando filius committentis crimen læsæ Majestatis, debeat succedere alicui, ut hic resolvitur, docent Menoch. *cons. 275. num. 26. & seq. Fachin. lib. 9. Controvers. capit. 36. & eos, & alios referens Farinac. quæst. 116. ex num. 131. quem videas, & hæc pars notissima, & communi Doctorum assertione fulcitur (ut ait Gomez) quatenus docemur, quod quando palam relinquatur hæreditas indigno, non applicatur fisco, sed aliis successoribus; ut probant noster Gomez. *in leg. 9. Tauri, num. 21. & Gomez Arias in leg. 7. Tauri, num. 78. & 79. Rojas in Epitome successionum, capit. 20. numer. 151. & 160. Farinac. in Fragmentis, verb. Fiscus; numer. 98. & sequent. Pater Thom. Sanch. in Consil. Moralibus, lib. 4. cap. 3. dub. 21. & latè Garcia de Tacito Fideicommiss. num. 10. eleganter Amaya in leg. 1. Cod. de Delatoribus, lib. 10. num. 36.**

16 Ad num. 15. ibi: *Sed attenta hodie disposit. text. &c.*

Quòd si maritus committat hoc crimine, pœna extendatur ad nepotes; si verò uxor, tantum comprehendantur filii, ut resolvit Gomez. docent Gigas *de Crimine læsæ Majestatis, lib. 3. rubr. de Pœnis, quas filii incurrunt, quæst. 8. Clar. in §. Læsæ Majestatis, num. 13. Peregrin. de Jur. fisci, leg. 3. tit. 9. n. 5. Thom. Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 27. ex num. 2. Farinac. quæst. 116. ex num. 89. Cened. quæst. 16. numer. 1. & 7. & aliis pœnis ipsos.*

17 Ad num. 16. ibi: *Sed certè de Jure Regio prima opinio est tenenda, &c.*

Dictam pœnam tantum habere locum contra filios natos post commissum delictum, resolvit Gomez. hic de jure, Regio, ut vides; sed eam opinionem ut veriore etiam de jure communi sequuntur Bernard. Diaz *in Regula 165. versic. Secundo sublimita, Clar. in §. Læsæ Majestatis, num. 12. & §. Hæresis, num. 12. Mieres de Majoritatibus, 2. part. quæst. 4. illatione 2. num. 7. Gratian. regul. 55. num. 24. Molin. de Primogen. lib. 4. cap. 11. num. 55. alter Molin. de Justit. tom. 3. disp. 658. Cevall. quæst. 653. ubi latissimè disputat omninò videndus, Farinac. *in Praxi, quæst. 116. numer. 92. & de Hæresi, quæst. 191. num. 39. & decis. 87. & 90. & 122. & optimè Thom. Sanch. in Summa, capit. 27. ex num. 9. & cum sequentib. ubi latissimè pro utraque parte disputat, & tandem concludit filios conceptos ante crimen læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, minimè affici pœnis in Jure statutis, & hoc videtur tenendum; sed novissimè D. Joann. de Escob. *in tract. de Puritate sanguinis, 1. part. quæst. 4. §. 4. ex numer. 34. hanc quæstionem disputat pro, &***

contra, latissimè, eum omninò videas per *triginta columnas, & Carranz. de Partu legitimo, & naturali, capit. 1. section. 2. num. 42. & vide conclus. 36. & sequentib. post opera Roderici Suarez.*

18. Ad num. 17. ibi: *Item postremò & finaliter adde, &c.*

Reum hujus criminis amittere statim bonorum administrationem, & jure Regio, etiam dominium ipso jure, resolvit Gomez. *in præsentì, & quod attinet ad administrationem, ita probant Gigas de Crimine læsæ Majestatis, lib. 2. rubric. de Pœnis committentium crimen læsæ Majestatis, quæst. 23. Boss. in tit. de Crimine læsæ Majestatis, num. 63. Clar. in §. Læsæ Majestatis, num. 9. Gratian. disceptat. cap. 54. ubi alia plura ex numer. 13. & etiam agit qui dicantur rebelles, Decian. lib. 7. cap. 40. num. 39. ubi quòd etiam amittit administrationem bonorum extranei (si quam habebat & plures referens Farinac. *in Praxi, quæst. 116. num. 57. & 67. & in tractatu de Hæresi, quæst. 190. ex n. 68. ubi etiam agit, quid in dominio, & an eo privetur ipso jure committens hoc crimen? de quo vide quæ diximus suprà n. 3. & 6. & 12. & vide etiam Gutierr. lib. 2. Cononicar. capit. 5. numer. 47. & seq.**

CAPUT III.

De Homicidio.

SUMMARIUM.

- 1 *Pœna homicidii regulariter est pœna mortis.*
- 2 *Illustres personæ, & positæ in dignitate, qualiter puniantur?*
- 3 *Pœna parricidii quæ sit, & quando habeat locum?*
- 4 *Sciens delictum esse committendum contra alium, si non revelaverit, an teneatur?*
- 5 *Proditor quis dicatur, & qualiter puniatur?*
- 6 *Socius proditoris, an teneatur eadem pœna?*
- 7 *Occidens alium cum veneno, qualiter puniatur?*
- 8 *Qualiter constare possit, quem esse occisum veneno?*
- 9 *Res venenosæ an licitè vendi possint?*
- 10 *Assassinus quis dicatur, & qualiter puniatur?*
- 11 *Quid præstitit alteri pecunias, ut aliquem occidat, qualiter puniatur, morte non secuta?*
- 12 *Diffidator, qui alium interfecit, qualiter teneatur?*
- 13 *Ille, qui mortem sibi intulerit, qualiter puniatur?*

- 14 Ille qui seipsum percusserit, licet mors non sequatur, qualiter puniatur?
- 15 Occidens alium sine dolo; an puniatur pœna ordinaria?
- 16 Casus, in quibus punitur quis pœna mortis licet non delinquat dolosè?
- 17 Dolus an in dubio præsumatur in homicidio?
- 18 Intellectus verus ad textum in cap. finali, de Homicidio, lib. 6.
- 19 Si infans reperiatur in lecto nutricis mortuus, an præsumatur dolus, vel culpa in ea?
- 20 Occidens alium ad suam defensionem, an excusetur ab omni culpa & pœna?
- 21 Occidens alium pro defensione alterius, an sit puniendus?
- 22 Aggressus an debeat expectare donec percutiatur à suo aggressore?
- 23 Aggressus, si potuit evadere injuriam, vel offensam fugiendo, an teneatur fugere?
- 24 Aggressus, qui excessit modum defensionis, qualiter puniatur?
- 25 Si duo inter se contendunt, & unus evasit, & alter decessit, quis eorum præsumatur aggressor?
- 26 Si reus confiteatur, hominem occidisse, sed ad suam defensionem, an possit condemnari?
- 27 Si reus velit probare occidisse ad suam defensionem, quæ probatio sufficiat?
- 28 Mortuo offenso, propter culpam adhibitam in cura, an offensor teneatur pœna mortis?
- 29 Si constare non possit mortem ex vulnere illato processisse, quid sit præsumendum in dubio?
- 30 Affectus quomodo, & quando puniatur sine effectu secuto?
- 31 Quando quis ita graviter est vulneratus, quòd speretur morti, an estatim possit accusari de homicidio?
- 32 Occidens posthumum an teneatur ac si jam natum occidisset?
- 33 Si quis dedit alicui poculum amatorium, & recipiens moriatur, qualiter sit puniendus?
- 34 Si quis occidat Titium, credens esse Seium, an teneatur pœna mortis ordinaria?
- 35 Si quis voluit occidere Titium, quem benè cognovit, casu tamen occidit Seium mediatorem, an teneatur pœna mortis?
- 36 Si plures occiderunt aliquem, an omnes teneantur pœna mortis?
- 37 Homicida ultra pœnam corporalem, an teneatur etiam civiliter ad interesse?
- 38 Si occissus erat officialis, an teneatur homicida ad operam ejus, & qualiter æstimetur?
- 39 Si quis mandavit delictum committi, mandans & mandatarius qualiter puniantur?
- 40 Mandans, si revocaverit mandatum, an excusetur?
- 41 Si quis mandavit delictum fieri, & non sequatur, an teneatur aliqua pœna?
- 42 Mandatarius quando possit excusari, ut non teneatur ex mandato?
- 43 Qui tantum persuasit delictum committi, an teneatur ac si mandavisset?
- 44 Persuasor, si revocavit consilium, an excusetur?
- 45 Mandatum an possit fieri tacitè, & per conjecturas?
- 46 Si inimicus alterius loquatur cum aliquo tertio ad aures secretè, & postea sequatur delictum, an præsumatur mandatum?
- 47 Si conjunctus, vel consanguineus offensi occidat offensorem, an teneatur offensus?
- 48 Ille qui præstitit opem vel auxilium ante delictum, qualiter teneatur?
- 49 Qui præstitit opem vel auxilium in ipso delicto qualiter teneatur?
- 50 Qui præstitit opem vel auxilium post delictum commissum, qualiter puniatur?
- 51 Homicida an possit succedere in bonis occisi ex testamento, vel ab intestato?
- 52 Homicida an possit succedere ei, qui occiso successerat?
- 53 Hæres an teneatur vindicare mortem defuncti?
- 54 Offensus, an possit ante mortem delictum remittere, & pacem, & concordiam facere?
- 55 Lex 22. tit. 1. 7. part. valde utilis, & necessaria, qualiter intelligatur?
- 56 Prædicta lex part. non habet locum, quando accusatores sunt extranei?
- 57 Prædicta etiam lex partit. non habet locum, quando delictum non committitur in rem, sed in personam?
- 58 An prædicta lex partit. habeat locum, quando delictum fit proditoriè, vel cum qualitate, quæ aggravat?
- 59 An prædicta lex partit. procedat & habeat locum, quando quis aliud simile delictum fecerat?
- 60 An requiratur, quòd omnes consanguinei occisi delictum remittant, vel sufficiant aliqui eorum?
- 61 Hæredes occisi, an possint remittere delictum, & facere pacem & concordiam cum homicida?
- 62 Si plures sint hæredes occisi, an requiratur omnium remissio, vel sufficiat à majori parte?
- 63 Si concurrant hæredes extranei occisi, & interfecit ex una parte, & consanguinei ex alia, qui præferantur?
- 64 Si inter consanguineos reperiatur fœmina, an possit remittere & facere pacem?
- 65 Si filius, vel hæres defuncti sit minor, an possit remittere & facere pacem & concordiam?
- 66 Si ante mortem sit facta pax & concordia cum ipso offenso, & postea sequatur mors,

an ad eam extendatur?

67 *Infra quod tempus debeat fieri prædicta pax, & concordia?*

68 *Si contra reum est lata sententia, & ab ea sit appellatum, an valeat remissio, & concordia?*

A Liud est crimen publicum homicidii, quando quis dolo interficit alium. Quod quidem delictum gravissimum est, & ex malitia hominum quotidie nostris temporibus frequentatur; unde tam ex natura, & qualitate ejus, quam ex assidua frequentia dignum punitione, maxime cum sit expressè contra præceptum divinum, *Non occides*; & sanguis occisorum semper clamat ad Deum, ut scribitur in *Apocalypsi* ibi: *Ecce post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes: Usque quò Domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfecto-ribus nostris, qui sunt in terris?* In quo resolutivè dico, quòd homicida debet puniri pœna mortis: ita probat textus formalis & expressus in *leg. 3. §. Legis Cornel. ff. ad legem Cornel. de Sicar.* Cujus verba sunt: *Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiori loco positi fuerint, ut pœnam legis sustineant: humiliores enim solent vel bestiis subjici; altiores verò deportantur in insulam: ergo, cum textus dicat bestiis subjici, sequitur quòd regulariter imponitur pœna mortis: & ibi tenent Rayn. Angel. & communiter DD. textus in leg. penultim. eodem tit. textus in cap. Quoniam multa facinora, Cod. ad leg. Juliam, de vi, textus in leg. 3. Cod. de Episc. audien. text. in leg. Si quis aliquid, §. Qui abortio- nis, ff. de Pœn. text. in §. Item leg. Cornelias, Instit. de Public. jud. ibi: *Homicidas ultero ferro persequitur*, text. expressior cæteris in *leg. unic. vers. Et merito, Cod. de raptu virginum.* Cujus verba sunt: *Et merito mortis damnantur supplicio, cum ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui*, text. in *leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parric.* text. in *leg. penult. Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* textus in *cap. omnis autem lex, 3. dist. ibi: qui eadem fecerit, capite puniatur*, & utrobique communiter DD. & idem disponit *lex 1. & per tot. tit. de los Homicidios, lib. 8. ordin.* & confirmatur auctoritate Salvatoris nostri dicentis *Petro Mitte gladium tuum, &c.* Quia, *qui gladio occidit gladio peribit.* Quod extendè, etiam si monstruosum hominem occiderit, qui careat brachio, manu, pede, vel aliquo membro; quia tota virtus, essentia, & substantia hominis dependet ab anima & spiritu: ita singulariter tenet Bald. in *leg. Quod dicitur, ff. de liber. & posth.**

2 Adde tamen, quòd illustres personæ & positæ in dignitate non puniuntur pœna mortis pro isto delicto homicidii, sed leviori pœna, & sic deportationis, ut expressè probant prædicta

jura, licèt Ang. & Hyppol. de Marsil. in *dist. leg. 3. §. Leg. Corn. ff. ad leg. Corn. de Sicar.* dicant, quòd hodie istud non servatur; imò, quòd indistinctè omnis homicida, modò sit persona illustris & posita in dignitate, modò sit vilis & plebeia, tenetur pœna mortis, Sed certè, salva eorum pace, prædicta jura expressè disponunt contrarium; & istud necessariò debet servari, nisi consuetudo contraria expressè & juridicè probetur: & in terminis ita probat & disponit hodie *lex penult. tit. 8. part. 7.* ubi dicitur, quòd illustris pro isto delicto deportetur, alter verò moriatur.

Adde tamen, quòd tales illustres personæ non debent condemnari aliqua pœna, nisi consulto Principe; text. in *leg. penult. ff. ad leg. Corn. de Sicar.* ibi, *ut & consulto prius Principe & jubente id fiat*, & ibi Bart. & communiter DD. text. in *leg. fin. Cod. ubi senatores vel clarissimi*, & ibi Paul. Salycet. & communiter DD. præterquam si illustris persona committeret delictum contra alium pariter illustrem; quia tunc potest condemnari à iudice ordinario.

Item adde, quòd tales illustres personæ, quando accusantur de delicto, debent detineri in carceribus in loco honesto, & separato, secundum qualitatem personæ; textus est notabilis in *dist. leg. fin. Cod. ubi senator, vel clariss.* text. in *l. 3. §. Qui pecuniam, ff. de Suspect. tutorib.* ibi: *Cæterum eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere.* Et quando eorum causa agitur, debent sedere cum iudice ipso, ut in *dist. leg. fin. versic. Sedendi*, & ibi Paul. de Castr. & alii DD. & ita semper vidi de facto servari in cancellaria regia: nam quando causa illustrium personarum agitabatur, sedebant cum auditoribus regalibus: quod non fiebat cum aliis.

3 Quæro tamen prosequendo materiam: Quando, & in quibus casibus istud delictum homicidii, & ejus pœna aggravetur? Et magistraliter & resolutivè dico, quòd in sequentibus. Primus est, quando quis occidit patrem, vel matrem, vel ascendentem; & sic est parricida. Quod tamen declara isto modo: quòd de jure antiquo Digestor. istud crimen & ejus pœna tantum militabat & habebat locum in eo, qui occidebat parentes, & sic ascendentes; non verò in eo, qui occidebat liberos descendentes, quia licèt poterat quis eos occidere: textus est in *leg. 1. & per tot. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* & patet etiam ex allusione vocabuli: probat etiam textus formalis & expressus in *leg. in suis, in fin. ff. de Liber. & posthum.* ubi habetur, quòd poterat pater filios, vel descendentes occidere. Confirmatur etiam, quia poterat eos vendere, sicut quamlibet rem propriam: textus est in *leg. 2. Cod.*

Cod. de Parric. qui filios distraxer. postea verò istud delictum, & pœna, & qualitas ejus extensa fuit etiam contra parentes, vel ascendentes occidentes liberos, & descendentes: textus est in *leg. unic. Cod. de His qui parentes vel liberos occiderunt*: textus in §. *Alia deinde lex Institut. de Public. judic.* & utrobique Glossa ordinaria & communiter DD. & idem disponit *lex 12. tit. 8. 7. partit.* & magis specificè ita tenet & declarat Alberic. in *leg. 1. ff. ad leg. Pompe. de Parric.* & Salyc. in *leg. unic. Cod. de His qui parent. vel lib. occid.* & licèt nulla prædictarum legum dicat & exprimat gradum, ad quem istud delictum extendatur; tamen Glossa ordinaria, & communiter DD. tenent, quòd extendatur ad omnes ascendentes vel descendentes in infinitum: ita tenet Glos. ordinaria in *leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parr.* & ibi communis opinio; Glos. etiam ordinaria in §. *Alia deinde lex, Inst. de Publ. jud.* & ibi communis opinio: & confirmari potest, quia in jure, vel materia reverentia dispositum in patre, vel matre, extenditur ad omnes alios ascendentes in infinitum; & similiter quando dispositio respicit jus naturæ: ita probat text. in *leg. 4. §. Parens ff. de In jus vocand.* & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD.

Item etiam istud delictum, pœna, & qualitas ejus habet locum & competit contra occidem fratrem, sororem, vel transversalem usque ad quartum gradum: textus est notabilis in *dist. leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parric.* & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. tenet & declarat Faber, meliùs quàm alibi, in *dist. §. Alia deinde lex, Inst. de Publ. jud.* quam omnino vide.

Item etiam istud delictum, pœna, & qualitas ejus committitur & competit contra eum, qui occidit uxorem; vel contra eam, quæ occidit maritum: textus est in *dist. leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* & ibi communiter Doct. & meritò, quia plus est quàm occidere patrem, vel matrem, vel alios consanguineos: & confirmatur auctoritate divina dicente: *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ.* Quod multoties nostris temporibus contingit.

Item adde, quòd similiter tenetur isto delicto & pœna ille, qui interfecit socerum, vel soceram, generum, vel nurum, vitricum, vel privignum, patronum, vel patronam; quia loco parentum vel liberorum habentur: textus est in *dist. leg. 1. ff. ad leg. Pomp. de Parric. & in dist. leg. partit.*

Finaliter adde, quòd istud delictum, & ejus pœna habet locum & competit in filio naturali tantùm, occidente patrem, vel in patre occidente filium naturalem tantùm; quia in materia, in qua consideratur jus naturale sanguinis, appellatione *parentum*, vel *filiorum*, semper continentur *naturales*: textus est in *leg. Parentes, ff. de In jus voc.* ex quo istam regulam, & doctrinam notant & colligit ibi Paulus de Castr. post DD. antiquos: probat etiam expressè text. in *leg. Hoc accusare, §. Omnibus*, versic. *Item nec lex Pompe. ff. de Accusat.* textus *leg. Adoptionibus, §. 1. vers. Unde nec vulgo in quæsitam filiam, &c. ff. de Ritu nuptiarum*, & in terminis (A) ita tenet Faber in §. *Alia deinde lex, Inst. de Publ. jud.*

Quæro tamen, quæ sit pœna hujus delicti? Et resolutivè dico, quòd est gravissima, cui non similis est pro alio delicto in jure nostro: nam talis delinquens, & sic parricida verberatur, & mittitur in culeo, vel arca cum animalibus contrariis & sibi repugnantibus, hoc est, cum cane, vipera, simia, & gallo gallinaceo, & sic intrusus projicitur in mare, vel flumen proximum: & meritò tali pœna punitur; quia sicut fecit delictum contra jus naturale, ita mittitur cum dictis animalibus naturaliter sibi contrariis, & invicem repugnantibus: text. est in *leg. penult. ff. ad leg. Pomp. de Parric.* textus in *leg. unic. Codic. de His qui parentes, vel liberos occider.* text. in §. *Alia deinde lex, Inst. de Publ. jud.* & idem disponit *lex 12. tit. 8. 7. part.* & dicit solus Cynus in *dist. leg. unic.* quòd ista animalia inter se valdè pugnant, & quando vipera pugnat cum gallo, vel simia, vel cum aliis animalibus, talis vipera intrat corpus delinquentis, & dilacerat viscera ejus. Et licèt Bald. & Salycet. in *leg. unic.* dicant, quòd hodie ista pœna non est in usu; tamen in nostro Regno semper est in usu, & practicatur, & ita expressè disponit prædicta *lex partit.* & sæpè vidi practicari in cancellaria regia, & aliis partibus. Unum tamen est: quòd licèt secundum dispositionem prædictorum jurium, talis delinquens debeat vivus mitti & intrudi in dicto culeo, vel arca cum dictis animalibus ad aggravandum pœnam ejus; tamen in nostro Regno de consuetudine priùs interficitur alio genere pœnæ: ut moriatur naturaliter, & postea mittitur corpus ejus, ut sustineat pœnam legalem.

Item adde, quòd his delinquentibus denegatur sepultura in perpetuum: ita probant expressè

(A) Hanc eandem opinionem affirmant Alexand. in *leg. 2. num. 10. ff. de In jus vol.* Plat. lib. 1. *Delictum, cap. 41. num. 5. vers. Et primo Tom. III.*

fortissimum, & quihac de quæstione & de subsequenti consulendus est. Jul. Clar. in *pract. §. Parricidium*, vers. *Quæra nunquid cum seq.*

sè prædicta jura, & in terminis probant *lex unica, in fin. Cod. de His qui parentes, vel liberos occider.* Cujus verba sunt: *Ut omni elementorum usu vivus careat; & ei calorum superstiti, terra mortuo auferatur,* & ad hoc notant & commendant ibi Bald. & Salycet. & ita fit & practicatur, quia semper dejicitur in mare, vel flumen, ut inde in perpetuum non retrahatur.

(B) Item etiam adde, quòd socius in isto crimine, etiam extraneus, tenetur eadem pœna, qua ipse principalis parricida: textus est singularis & unicus in *leg. Utrum, ff. ad leg. Pomp. de Parr.* quem reputat ibi mirabilem & unicum Alber. sed similis text. est in §. *Alia deinde lex, Inst. de Publ. jud.* Ex quo dicit ibi notanter Faber, quòd si extraneus non subditus commisit crimen proditiõnis, vel *læsæ Majestatis* contra Regem, vel Rempublicam cum subdito, simili pœna uterque debet puniri; & idem disponit prædicta *lex 12. tit. 8. 7. part.*

4 Item adde, quòd filius, vel descendens, si sciat delictum committendum contra parentes, vel è contra parens contra filios vel descendentes, & non revelavit nec prohibuit, si potuit, tenetur ex isto delicto, ac si verè fecisset, & committeret: text. est in *leg. Utrum, ff. ad leg. Pompej. de Parric.* & ibi communiter DD. text. in §. *Alia deinde lex, Inst. de Publ. judic.* & ibi communiter DD. Si verò sit frater, vel alius consanguineus collateralis usque ad quartum gradum, ex sola scientia non tenetur pœna ordinaria; sed pœna exilii, vel simili extraordinaria: textus est in *leg. 2. ad legem Pompej. de Parric.* & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. & idem disponit *lex 12. titul. 8. part. 7. in fin.*

Et ex his potest inferri, quòd idem sit quando quis sciat delictum committendum contra Regem, vel Rempublicam, & non revelavit, quia committit crimen *læsæ Majestatis* ac si realiter fecisset: & in terminis ita tenet Bartol. in *leg. Utrum, ff. ad legem Pompejam. de Parric.* probat etiam textus in *leg. Quisquis, §. Id quod, Cod. ad leg. Juliam majest.* text. in *leg. unic. §. Cætero autem, Cod. de Raptu virginum, text. in leg. 1. §. Occisorum, ff. ad Syllan.* text. in *leg. Si quis forte, ff. de Pœnis.* Quod intellige, quando sciat, & possit probare tale delictum esse per aliquos committendum; secus verò, si ipse sciat secretè, & non possit aliquo modo probare: ita tenet & declarat Hyppol. in *dict. leg. Utrum, ff. ad legem Pompejam. de Parric.* Sed certè ego indis-

tinctè teneo, quòd utroque casu & semper teneatur revelare; quia fecit quod in se est, & saltem est unus testis legitimus, semiplena probatio, ex qua licetè potest causari captura, & tortura, & diligens inquisitio delicti: & est tenendum hoc firmiter. Confirmatur: quia si postea pervenit in notitiam Regis, vel Reipublicæ; ergo benè potuit probare.

Regulariter autem in omnibus aliis delictis, & personis non tenetur quis ex sola scientia delicti, licetè potuit monere & revelare personæ in quam delictum erat committendum. Imò, quod magis est, licetè tempore delicti sit præsens. & possit juvare, & obviare, & non fecit, non tenetur: ista est Glossa singularis in jure, juncto textu in *leg. Culpa caret, ff. de Reg. jur.* & ibi communis opinio DD. pro qua fecit textus expressus in *leg. Metum, la 3. §. Sed lice, ff. Quo metus causa,* ubi habetur, quòd benè potest quis recipere pretium pro juvamine & defensione alterius: ergo si teneretur de jure, turpiter reciperet: & ibi notant & commendant Bartol. Alber. & communiter DD. & per illum textum ita tenet & commendat Salycet. in *leg. Quisquis, §. Id quod, Cod. ad legem Juliam majestat.* Quod tamen limita & intellige, quando est persona privata, & extranea: secus verò si sit filius, vel servus, & vel persona subjecta ei, contra quem delictum erat committendum; quia tunc benè tenetur ex sola scientia delicti, si non monuit vel revelavit, vel non juvavit & obviavit, quando fuit præsens: ita probat textus formalis & expressus in *leg. 1. §. Sed in eo, & in §. Occisorum, ff. ad Syllanianum,* & ibi notant Bartol. & communiter DD. antiqui; & idem expressè disponit *lex fin. titul. 8. 7. part.* Et adde, quòd idem est quando quis committebat delictum, & offendeat aliquem ad vindictam alterius tertii: quia ille tertius, licetè sit extranea persona, tenetur si non prohibuit, vel revelavit: istud est singulare dictum Fabri, quòd alibi non vidi in §. 1. *Instut. de noxal.* Item adde, quòd prædicta procedunt in foro exteriori & contentioso: secus tamen est in foro conscientie; quia tunc in distinctè tenetur quis, si sciat delictum committendum contra alium, & potuit prohibere & obviare, & non fecit: ita probat textus in *cap. Sicut dignum, de Homicidio,* & ibi tenent communiter DD.

5 Secundus casus in quo aggravatur pœna homicidii, est, quando quis occidit alium proditoriè, & alevosè; quia erant amici, & inter eos nul-

(B) Meritò hanc Bart. doctrinam inquit Igneus, in *leg. Et si certus: §. Si unus ex dominus, num. 4. ff. ad Syllan.* ab iis omnibus, qui Bart.

sunt superiores, transcribi siquidem & verissima est, & vulgo frequenter placita.

nulla erat causa rixæ, vel discordiæ & unus, occidit, vel offendit alium securè: ita probat textus in leg. *Propter insidias*, Cod. *Qui accusare non possunt*, textus in leg. 4. ff. *ad legem Juliam Majestatis*. textus in leg. fin. Cod. *de Delatoribus*. textus in cap. *Si cupis caus.* 16. quæst. 1. textus in cap. *Clericus* 76. *distinct.* & utrobique communiter DD. Ex quo dicit Boeti. quòd nulla efficacior pestis est ad nocendum, quàm familiaris inimicus: & subjicit etiam Lucas de Penna in dict. leg. fin. Codic. *de Delatoribus*. ò quam crudelia, & mortifera sunt jacula proditoris; vix enim erit, aut nunquam, qui sibi possit ab ejus ictibus præcavere: mores ejus sunt signa fidelitatis & amicitiae ostendere, suavia & dulcia verba præferre exterioremque amicitiam in omnibus actibus significare; & unum in mente gerit, & aliud contrarium verbis & actibus ostendit. Ex quo deducitur & infertur, quòd si invicem erant inimici capitales, licèt unus interficiat, vel offendant alium proditoriè & alevosè modis prædictis, non erit proditor, nec incurrit pœnam qualificatam, quæ proditoribus imponitur; quia tali casu non gerebat unum in animo, & contrarium in actibus exterioribus, sed semper videtur esse cum animo & intentione occidendi, vel offendendi eo modo quo possit; & in terminis ita tenet Bart. in leg. *Respicendum*, §. *Delinquant.* ff. *de Pœnis*. Bald. in cap. *prim.* *Quibus modis feudum amittatur* 4. column. Ancharan. in cap. 1. *de Homicid.* Angel. *de Aretin.* in §. *Interdum*, 2. column. num. 6. *Institut. de Hæred. quæ ab intestat. defer.* idem Angel. in tract. *malefic.* in part. *fecit insultum*, versicul. *Et benè nota.* Solum ergo habet locum ista qualitas proditoris & alevosæ, & aggravatur pœna, quando invicem erant amici. Cujus ratio vera & concludens est: quia tollitur offenso illa naturalis defensio, quæ de jure naturali sibi, competit, & permittitur; cum non possit sibi præcavere & defendere.

Advertendum tamen, quòd istud videtur hodie correctum & immutatum de jure nostro regio: imò, quòd ille dicatur proditor & alevosus, qui interfecit alium securè, & non in prælio, vel rixa; sed de retro, non facie ad faciem; & non videtur considerari qualitas personarum, amicitiae, vel inimicitiae, sed tantum qualitas ipsius facti: ita disponit *lex* 7. tit. 7. lib. 8. *ordinam.* & *leg.* 2. & 3. & 16. tit. fin. *eod. libro*, & probat etiam *leg.* 2. tit. 13. lib. 8. *ordin.* Sed in ea concordia & doctrina est ista: quòd si invicem erant amici, indistinctè offensor videtur committere proditionem & alevosiam, quomocumque occidat, facie ad faciem, vel retro; quia ille non potuit sibi præcavere: sed quando invicem erant inimici, de jure communi nullo

modo offensor committebat proditionem, vel alevosiam, qualitercunque occideret, vel offenderet: Hodie verò de jure nostro regio hoc casu eam committit, quando retro cecidit, vel offendit, non verò facie ad faciem, taliter quòd offensus possit se defendere, & præcavere: Quod est quotidianum, & valdè singulare.

* Et licèt aliqui peritissimi litterati hujus regni teneant, quòd decisio prædictarum legum ordinamenti sit valde rigurosa, & idèd non tenenda in facti contingentia: dum iste casus accideret in hac civitate Salmanticensi, & ventilaretur inter aliquos DD. hujus Universitatis, summæ autoritatis, me præsentè, ita tenuerunt, & dixerunt vidisse in practica à peritis iudicibus aliquando servari: Tamen, salva eorum pace, ego firmiter teneo contrarium; imò, quòd dispositio prædictarum legum debeat servari: quia attentata causa & qualitate proditoris est justissima, & à nostris regibus non cognoscentibus superiorem condita; & similiter *II. Ordinamenti* sunt approbatæ per *l. 1. in fin. in II. Tauri.* *

Dubium tamen est: Qualiter aggravatur pœna in hoc delicto, propter qualitatem proditoris, vel alevosæ? Et resolutivè dico, quòd gravitas consistat in hoc: quòd si commissum est homicidium, imponitur delinquenti pœna mortis qualificata iudicis arbitrio; & hodie de jure regio qualitas declaratur, ut homicida ducatur per terram, & trahatur ad caudam equi, vel alterius animalis per vias publica, & postea furca suspendatur; ita expressè disponit *lex* 12. tit. 13. lib. 8. *ordin.*

Item etiam de jure regio pœna aggravatur in hoc, quòd homicida qui alium interficit proditoriè, & cum alevosia, ultrà pœnam mortis incurrit pœnam confiscationis medietatis bonorum, ita disponit prædicta *lex* 7. tit. 7. lib. 8. *ordin.* & *lex* 12. tit. 13. *eodem lib.* & *lex* 16. tit. fin. lib. 8. *ordin.* Si verò tantum fuit commissa injuria, proditio, vel alevosia, erit causa aggravandi pœnam iudicis arbitrio: textus in leg. *Respicendum*, ff. *de Pœnis*, textus in *Authentic. facta*, *eodem titulo*, textus in leg. *Prætor edixit*, §. *final.* ff. *de Injuriis*, textus in §. *Atrox*, *Instit. eodem titulo*. Et hodie in nostro regno gravitas consistit in hoc; quòd si ex injuria sequatur aliquod vulnus, licèt ex eo non causetur mors, tenebitur ex solo vulnere pœna mortis: ita disponit prædicta *lex* 2. tit. 13. lib. 3. *ordinam.* Quo casu etiam teneo, quòd ista pœna mortis sit qualificata, sicut si verè & realiter occidisset, & mortem intulisset; & similiter incurrit pœnam confiscationis medietatis bonorum, & omnes alias pœnas, quas incurreret, si verè & realiter mortem intulisset. Si verò ex injuria non sequatur vul-

vulnus, sed alia levior injuria fiat, benè aggravatur pœna secundum ejus qualitatem, imponendo aliquam pœnam corporalem, vel exilium maximi vel modici temporis, vel aliud genus pœnarum judicis arbitrio; argumento prædictorum jurium: non tamen poterit imponi pœna mortis; cùm non intervenerit realiter & actualiter aliquod vulnus. Et ex hoc in contingentia facti defendi quendam pauperem in hac civitate Salmantina.

Item etiam pœna hujus delicti aggravatur in hoc: quia propter atrocitatem ejus potest delinquens extrahi de Ecclesia, & non gaudet immunitate ejus: ita probat textus *in capit. inter alia, de Immunit. Eccles.* & ibi DD. de quo (C) articulo infra latiùs, dicam. Item etiam istud delictum & ejus pœna aggravatur in hoc: quòd à sententia condemnatoria ejus non habet locum appellatio: ita disponit *leg. 16. tit. 23. 3. partit.*

Item etiam per jura prædicta quæro de quæstione, quam habui de facto in persona cujusdam pauperis. Si fortè principalis proditor & offensor occidit, vel vulneravit alium, socius tamen ejus & coadjutor, quem secum adduxit, nullum vulnus intulit, sed tantùm defendebat & assistebat, ut faciliùs & securiùs principalis committeret delictum; an teneatur pœna mortis, quæ datur, & imponitur ipsi principali delinquenti proditoriè? Et videtur quòd non; cum lex sit odiosa & pœnalis, & per consequens restringenda? item, nostra lex regia loquitur, quando ipse proditor occidit, vel offendit & infert vulnus in offensum; sed in casu proposito ille socius hoc non fecit, & sic mortem nec vulnus intulit; ergo non teneatur. Sed his non obstantibus, in hac subtili & nova quæstione ego dico, & distinguo sic: quòd si principalis offensor proditoriè & cum alevosia intulit mortem, vel vulnus, per quod debet condemnari ad mortem; similiter etiam socius, qui opem & auxilium præstitit, tenetur & debet condemnari eadem pœna; quia ejus favore principalis est effectus audacior, & fortè sine eo non committeret illud delictum: argumento textus *in leg. Nihil, ff. ad leg. Cornèl. de Sicar.* textus *in leg. Is qui opem, ff. de Furtis*, textus quasi formalis & expressus in proposito *in leg. Utrum, ff. ad legem Pompejam de Parricid.* & utrobique communiter DD. Si verò principalis offensor, qui delictum commisit, non fuit proditor, sed mortem vel vulnus intulit sine proditione & alevosia;

talis socius, qui defendebat vel assistebat, licèt proditoriè & cùm alevosia, non tenebitur pœna mortis, sicut ipse principalis non tenetur: quia eadem pœna & cum eadem qualitate debet puniri ipse defensor & coadjutor, quàm ipse principalis, & non majori; argumento prædictorum jurium. Quod est novum, & singulare.

* Et adde, quòd istum casum habui de facto in quodam servo, & famula de *Doña Mayor de Fonseca*, qui dederunt ei venenum in quodam prandio, sed non fuit secuta mors; & teneo pro constanti, quòd teneatur tali pœna mortis etiam qualificata ex sola datione veneni, licèt non sit secuta mors, nec aliud damnum, ut expressè dico *in isto cap. num. 30.**

7 Tertius casus, in quo aggravatur pœna hujus delicti homicidii, est, quando quis occidit alium cùm veneno: text. est capitalis & expressus *in leg. 1. Cod. de Maleficiis & Mathematic.* cujus verba sunt: *Plus est hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio*, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. cujus ratio effìcax & concludens est; quia talis homicida, vel delinquens dicitur committere crimen proditionis & alevosia, & per consequens tollitur ipsi offenso illa naturalis defensio de jure naturali sibi competens: Ergo meritò aggravatur delictum, & ejus pœna: ita singulariter tenet Jacob. Butrig. *in leg. Nemo, Cod. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, 2. column. in medio*, & ibi Bald. *2. column. num. 5.* idem Bald. *in cap. 1. Quibus modis feud. amitt. 4. column. vers. Quid de rebus*, Salycet. *in leg. 1. Cod. ad legem Corneliam de Sicar. 2. col. in fin.* Hyppolit. de Marsil. *in rubric. ff. ad legem Cornelium, de Sicar. 1. column. num. 4.* Platea *in §. Item lex Cornelia de Sicar. Institut. de Public. judic. Anchar. in cap. 1. de Homicidio. Roman. in leg. 1. §. Juxta tamen hoc. ff. ad Syllan.* pro quibus facit notabilis text. quem ipsi non allegant *in leg. 1. §. Occisorum, vers. Quod si quis, ff. ad Syllanian.* ibi: *puta veneno, vel etiam alio, quod clam necare soleat*, textus *in leg. aut damnum, versic. Proinde, ff. de Pœnis*, ubi habetur, quòd licèt judex possit propter delictum aliquem condemnare ad pœnam mortis, non tamen debet eum interficere veneno; ex quo textus dicit *in lex 76. de Toro*, quòd bannitus, de quo loquitur illa lex, non potest occidi per inimicum veneno. Finaliter etiam considero expressam legem partit. *in leg. 16. tit. 23. 3. part.* quæ expressè disponit, quòd ille qui occiderit alium

(C) Dicit infrà isto tract. *cap. 10. n. 2. vers. Quintò limita*, sed & idem testatur communiter receptum Did. à Covarrub. *lib. 2. resolut. c. 20.*

num. 7. & qui diligentissimè hanc omnem delictorum materiam explicavit Jul. Clar. *in Pract. §. ultim. quæst. 30. vers. Scias tamen.*

alium cum veneno, vel proditoriè, non possit appellare: & sic apertè æquiparat homicidium factum & perpetratum cum veneno, & cum prodicione, vel alevosia: & sic pariformiter in utroque aggravatur delictum, & ejus pœna; & per consequens omnia quæ diximus, & sunt disposita in homicidio vel delicto facto proditoriè & alevosè, habebunt etiam locum in facto & commisso cum veneno. Quòd perpetuò nota & tene menti, tanquam necessarium, & quotidianum. Imò, quòd magis est, in hoc delicto videtur, quòd ille qui tantum emerit venenum ad dandum alicui, licet non dederit, teneatur pœna mortis: ita probat textus *in leg. 1. in fin. ff. ad legem Pompejam de Parricid.* Cujus verba sunt: *Et propterea, qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare, per quem ita tenet ibi Bartol. in fin. & alii DD.* Sed certè ille textus debet intelligi in sola persona filii, quando emerit venenum ut patri daret; propter gravitatem criminis, & maximam reverentiam debitam personæ: ideò ad alias non debet extendi, sed tantum judicis arbitrio talis delinquens est puniendus, secundum qualitatem ejus, & alterius qui veniebat offendendus: & in terminis ita tenet Platea *in dicto §. Item lex Cornelia de Sicar. versic. Eadem leg. Institut. de Public. judic.*

8 Dubium tamen est hoc casu: Qualiter, probabitur hoc delictum contra reum? In quo breviter dico, quòd non potest probari via communi ordinaria, qua alia delicta probantur: unde, si testes deponerent se vidisse dare venenum, & quòd postea fuit secuta mors, vel ipse reus sponte hoc confitetur, non propterea censetur legitime probatum delictum; quia depositio, vel confessio videtur superare naturaliter sibi dubia incerta, & incognita, cum non possint cognoscere, an illud esset venenum, vel non? nec operationem, quam intrinsecè faceret in corpore humano: unde non videtur concludere: quia depositio, vel confessio ad hoc ut probet, debet esse probabilis, & verisimilis, argumento textus *in leg. in Confessionibus. ff. de Interrog. action. & in leg. Si is cujus nomine, versicul. fin. eodem titul. & in leg. Inde Neratius. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quest. & in expressò ita reperio quòd tenet Hippol. de Marsil. dicens esse perpetuò menti tenendum *in leg. 1. §. Præterea, penult. col. n. 32. ff. ad legem Cornel. de Sicar.* Unde in hoc casu, ultra prædictam depositionem testium, vel con-*

fessionem rei, deberet judex inquirere, & probationem coadjuvare & verificare, faciendo quòd medici & chirurgi, & periti in arte deponant, an illud sit venenum, vel non? & an potuit ex eo sequi mors? probationem sumendo de signis, vel qualitibus, quæ erant in occiso, & venenato post venenum assumptum, & infra quòd tempus mortuus est: & omnia faciat redigi in scriptis & processu, ut, hoc probato, possit reum ad mortem condemnare: & ita procedant, intelligantur, & practitentur jura superiora; & cum alia evidentior probatio & conjectura non possit isto casu sumi, ista sufficiat, juncto ipso facto, & actione veneni: & ista est probatio vera & concludens, de jure approbata.

9 Adde tamen circa prædicta, quòd propter evitanda mala, quæ ex his rebus venenosis causantur, jura volunt & disponunt quòd nullus publicè nec privatim tales res venenosas vendat; aliàs tenetur lege Cornelia: textus est *in leg. 3. ff. ad leg. Corn. de Sicar. versic. 1.* cujus verba sunt: *Ejusdem legis Corneliæ pœna afficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, & ibi communiter DD.* etiam si non fiat dolosè, sed culpa, vel temeritate. Ex quo inferitur, quòd tantum venditor tenetur, quando vendidisset homini fatuo vel dementi, qui non haberet rectum judicium ad se gubernandum, vel servo, vel minori, vel meretrici: secus vero si probo & discreto viro, vel mulieri: quia tunc non teneretur, secundum Angel. & Hippol. de Marsil. *in dict. l. 3. ff. ad legem Corn. de Sicar.* Item etiam inferitur, quòd pœna non erit mortis ordinaria, cum non interveniat dolus; sed longè minor extraordinaria, ratione culpæ; etiamsi ex tali poculo vel veneno aliqua mors sit secuta, quia ementes illud receperunt, vel aliis dederunt causa occidendi. Item infero, quòd si talis emptor erat servus, qui se interfecit, tenebitur venditor ad solutionem pretii & æstimationis, & ad totale interesse: & jam iste casus contingit de facto, & de eo fui interrogatus, & ita respondi, & consului.

10 Quartus (D) casus, in quo aggravatur pœna, est, quando quis occidit alium ad instantiam alterius, corruptus pretio vel pecuniis: quo casu dicitur committere crimen assassinii, de quo loquitur textus de jure civili *in leg. Non solum. §. Si mandato, versic. Proculus. ff. de Injur. cujus verba sunt: Proculus rectè ait, si in hoc te conduxerint, ut injuriam facias, cum utroque nostrum*

(D) Videto hoc de crimine, & ejus supplicis Plaz. l. 1. *Delict. cap. 19. Roland. cons. 24.*

leg. 1. & qui latè ac diligenter agit Jul. Clar. in Pract. crimin. §. Assassinum.

trum injuriarum agi posse, & ibi communiter DD. textus de jure Canonico in cap. 1. de Homicid. lib. 6. ubi expressè tales delinquentes vocantur *assassini*, ibi & communiter DD. Et gravitas consistit in hoc, quòd licetè & justè potest augeri pœna, & major imponi quàm ordinaria, ut probat textus singularis in jure in leg. Cicero. ff. de Pœn. ubi habetur, quòd mulier, quæ fecit abortum propter pecunias sibi datas ab aliis hæredibus & substitutis, tenetur pœna mortis: si verò fecit abortum, non pecuniis, sed odio mariti, vel ex alia causa, mitiùs punitur, & sic tantum pœna exilii; & ad hoc illum textum notant & commendant ibi Bartol. ac communiter DD. & illum textum ad hoc reputat singularem Felin. in cap. Si aliquis, de homicidio, tenet etiam Bartol. in leg. Non solum. §. Si mandato. ff. de Injur. 3. column. num. 14. & ibi Angel. de Perus 1. column. numer. 2. Bald. in leg. Non ideo minus. Cod. de Accusat. 1. column. numer. 1. & ibi Salycet. fin. column. in fin. Cyn. in leg. Qui sepulchra. Cod. de Sepulchr. viol. & ibi Alber. Bald. Angel. & communiter DD. Angel. de Perus in leg. 1. §. fin. ff. de Eo per quem factum est, Anchar. in dist. cap. 1. de Homic. lib. 6. 2. column. numer. 3. Angel. de Malefic. in part. Sempronium mandatore. 3. column. & ibi ejus additionator. Et ratio qua aggravatur pœna, ultrà DD. potest esse: quia quando quis præterdit propriam vindictam ex injuria sibi facta, vel ira, vel odio, videtur magis parcendum; quia vix potest quis dolorem proprium temperare; & homo incensus ira, vel propria offensa, non dicitur in plenitudine intellectus: sed ille qui fuit corruptus pecunia, non est propriè inimicus, nec habet excusationem aliquam sui delicti. Item etiam dicitur committere delictum proditorie & cum alevosia, & tollit naturalem defensionem offenso: cùm ab eo non possit præcaveri, cùm non esset inimicus. Ex quo clarè infertur, quòd talis assassinus debet puniri pœna illa, qua punitur proditor, vel alevosus; & per consequens punitur pœna confiscationis medietatis bonorum; item etiam, si vulnus sit illatum, licet ex eo non sit secuta mors, punitur pœna mortis. Item etiam generaliter & resolutivè talis delinquens assassinus tenetur & debet puniri eadem pœna qua punitur proditor & alevosus, de qua suprà proxime diximus: argumento textus in leg. 7. titul. 7. lib. 8. Ordin. & leg. 2. & 3. & 16. titul. final. eodem leg. & leg. 2. titul. 13. lib. 8. Ordin.

11 Item adde, quòd ille qui dedit pecuniam alteri, ut aliquem occidat, vel offendat, tenetur pœna mortis, licet effectus non sequatur: argumento text. in leg. Si is qui cum telo. Cod. ad leg. Corn. de Sicar. & in terminis ita tenet ibi Fa-

ber in suo Breviario. Sed, salva ejus pace, ergo teneo contrarium, attenda hodie generali consuetudine, de qua latius infrà dicitur, per quam est derogatum illi legi, & dispositum, quòd ex solo animo & intentione occidendi quis non incurrit pœnam mortis, si verè & actualiter non occidat. Verum tamen est, quòd puniretur extra ordinem judicis arbitrio, propter animum & intentionem occidendi, vel offendendi, quam habuit; argumento text. in leg. Propter insidias. Cod. Qui accusat. non pos. & in expressò ita tenet ibi Balb. in fin. & in contingencia facti ita vidi servari & practicari; & idem tenet Faber sibi contrarius in §. Item lex Cornelia, de Sicariis. Instit. de Public. judic.

* Adde tamen singulariter: quòd modò verè & realiter probetur mors, vel offensa, & sic quòd quis interfecit vel offendit alium, modò probetur præsumtivè per indicia, præsumptiones, vel conjecturas, & allegetur & accuset quòd fecit tanquam assassinus; in dubio semper est præsumendum quòd fecit pro se, & in vindictam suæ propriæ personæ, & non tanquam assassinus pro alio corruptus pretio vel pecuniis; si non constet in actis & processu causæ, quòd alter tertius esset inimicus capitalis hujus offensi, & conjunctus vel amicus offensoris: quia quando in aliquo facto vel delicto requiritur aliqua qualitas, semper oportet de ea constare; nec sufficit factum vel delictum simpliciter probari, si non probetur illa qualitas. Et adde, quòd ad hoc ut talis diffidator teneatur ex diffidatione, oportet quòd assignetur locus & tempus delicti committendi; & ita expressè probat prædicta lex regia hic allegata: & credo quòd non requiratur quòd declaretur genus armorum; cùm prædicta lex hoc non requirat. Item etiam teneo, quòd non requiratur quòd diffidator acceptet diffidationem: cùm dolus & culpa sit in diffidente. Item teneo, quòd si diffidatus acceptet, non teneatur pœna illius, sed extra ordinem judicis officio, tanquam provocatus qui excessit modum defensionis. *

12 Quintus casus, in quo aggravatur pœna hujus delicti homicidii, est quando quis occidit alium præcedente diffidatione, & conventionione facta inter aliquos, ut in certo loco se in vicem offendant: nam tali casu diffidator, si alium occiderit, gravatur pœna; quia ultra pœnam ordinariam mortis, confiscantur sibi omnia bona. Imò, quòd magis est, si tantum offenderit & vulnus ei intulerit, teneatur eadem pœna mortis, & confiscationis omnium bonorum: Imò adhuc, quòd magis est, ex sola diffidatione, licet mors, vulnus, vel rixa non sequatur, tenetur pœna confiscationis bonorum, licet non pœ-

pœna mortis, vel alia corporali: ita disponit singularis lex hujus regni, *fin. tit. 9. lib. 4. ordinari.*

* Etiam iste casus mihi contigit in hac civitate in persona cujusdam pauperis, qui fuit diffidatus & acceptavit, & antequam pervenirent ad effectum fuit accusatus diffidatus; & dixi quòd nullam merebatur pœnam: quia etiam si post diffidationem occidat diffidantem, non tenetur pœna corporali, sed exilii, ergo ex acceptatione nullo modo teneatur: & ita dixi de factò. Adde, quòd cùm illa lex sit pœnalis, debet intelligi & restringi in casu suo proprio de quo loquitur, & requiritur locus determinatus assignatus à diffidatore, & tempus. Ex quo sequitur, quòd si dixeris, *Caveas à me, quia deinceps quocumque loco invenero debeo te interficere*; non esset puniendus pœna illius legis. Item etiam, si diffidatus non acceptaret locum certum assignatum à diffidatore, sed ipse diffidator dixisset, *in tali loco sum & habitationem meam habeo, vel officium gero, ibi respondebo*: non tenetur pœna illius legis, & contingit mihi de factò in proprio famulo. Item adde, quòd talis diffidator, dato quòd non puniatur pœna illius legis, quia non fuit assignatus locus, vel tempus, nec concurrant requisita illius legis; tamen bene teneretur pœna extraordinaria, & crimine injuriarum, propter minas à se factas. *

Item adde, quòd si tali casu diffidatus interficiat, vel offendat aggressorem diffidantem, non tenetur pœna mortis, nec alia pœna corporali, sed tantùm tenetur pœna exilii perpetui. Cujus ratio potest esse; quia videtur esse provocatus, & habuit justam causam defensionis: & licèt dicatur excedere modum defensionis, cùm potuit non consentire in diffidatione, & per consequens non sit vera & propria defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ; tamen potest responderi, quòd mitiùs debet puniri propter excessum, sed non pœna ordinaria: & ista est vera & mentalis ratio mea ad illam legem.

Item etiam adde, quòd mediatores, qui intervenerunt in ipsa diffidatione, tenentur pœna de qua in illa lege; & similiter assistentes, & prospicientes, si non obviaverunt & prohibuerunt, cùm possint.

13 Sextus casus, in quo aggravatur pœna, est, quando quis seipsum interfecerit: Pro cuius perfecta declaratione dico, quòd de jure communi, si quis se interficit tædio vitæ, vel ex impatientia, vel dolore, vel quavis alia causa, non punitur cadaver aliqua pœna sensitiva vel afflictiva corpori, cùm in eo non possit cadere: licèt de consuetudine contrarium fiat; quia cadaver furca suspenditur, ut suprà suo loco dixi. Item etiam isto casu non imponitur pœna con-

fiscationis bonorum, nec partis eorum; sed habebit hæredes ex testamento, & ab intestato. Si verò quis commisit aliquod delictum, ex quo veniebat imponenda pœna mortis, & confiscationis bonorum; & postquam reus in eo fuerit deprehensus vel accusatus, metu pœnæ futuræ se interficiat; habetur pro confesso, & bona ejus confiscantur, ac si per sententiam diffinitivam fuerit condemnatus: Si tamen antequam accusetur, vel in crimine deprehendatur se interficiat, non habetur pro confesso, nec incurrit pœnam confiscationis bonorum. Item etiam, si delictum erat tale, ex quo non veniebant bona confiscanda; tunc non habetur pro confesso, nec bona ejus confiscantur, quocumque tempore se interfecerit: & in expresso istam sententiam & resolutionem probat textus in leg. 3. §. *Si quis autem*, ff. de Bonis eorum qui ante sentent. mort. sibi consc. textus in cap. 1. vers. *Ergo ea*, l. textus in leg. *Si quis filio ex hæredato*, §. *Ejus*, ff. de Injust. rupt. textus in leg. *Ejus militis*, ff. de Militari testamento, textus in leg. *Fraudem*, §. *Ejus bona*, ff. de Jur. fisc. text. in leg. *Omne delictum*, §. *Qui se vulneravit*, ff. de Re militari, textus in leg. 2. Cod. qui testament. facer. poss. textus in leg. 1. & 2. Cod. de Bonis eorum qui mort. sibi consc. textus in leg. penult. Cod. *Si reus, vel accusator mort. fuer.* & utrobique communiter DD. & idem disponit lex 24. titul. 1. 7. part. & lex 2. tit. 27. eadem part.

Unum tamen est: quòd licèt ille qui se interfecit postquam erat accusatus de aliquo delicto capitali, vel in eo deprehensus, habetur pro confesso & bona ejus confiscantur, ut dixi; tamen debet intelligi, nisi hæredes velint probare contrarium, & sic innocentiam suam; quia benè admittuntur: textus est singularis & unicus in jure in leg. 3. §. *fin.* ff. de Bonis eorum qui ante sentent. mort. sibi consc. Ex quo nota & collige singularem doctrinam & conclusionem: quòd licèt ficta confessio alicujus defuncti non transeat ad hæredes, nec noceat eis, ut probat textus in leg. *Ejus qui delatorem*, ff. de Jur. fisc. & ibi tenent Bartol. & communiter DD. idem Bartol. in leg. 2. §. *Quod si actor*. Cod. de Juram. calumn. Bald. in leg. *Una*, Cod. ex delictis defuncti. 3. col. idem Bald. in leg. *Generaliter*, §. 1. Cod. de Rer. credit. Abb. in cap. pen. de Jur. calumn. antepen. column. num. 26. & reputat singularem Paul. de Castr. in leg. *Transigere*, Cod. de Transact. 3. col. reputat etiam singularem Bald. in leg. 2. Cod. de Edendo pen. col. n. 23. reputat etiam singularem & unicum Joan. de Imol. in leg. *Qui à latronibus*, §. 1. ff. de Testam. pen. column. tamen illud est verum & procedit, quando ista tacita confessio fuit inducta ex aliqua contumacia, vel actu in-

ter vivos: secus tamen est, si causetur ex morte defuncti, ut nostro casu; quia tunc bene transit ad hæredes, nisi contrarium probetur: & in terminis ita notat & declarat illum textum Bart. *in dist. leg. 3. §. fin.* Bald. *in leg. 2. Cod. Qui testam. fac. pos.* & ibi Paul. de Castr. Rom. Alex. qui reputat singularem, & alii Moderni. Hodie tamen de jure regio indistinctè ille qui se interfecit, modò tædio vitæ, vel impatientia, vel dolore: modo metu pœnæ delicti commissi, modò ex qualibet alia causa, & quocumque tempore, incurrit pœnam confiscationis omnium bonorum; præterquam si habeat filios, vel alios descendentes: ita disponit *lex 9. tit. 13. lib. 8. Ord. & lex 19. tit. fin. eod. lib.*

14 Item adde, quòd si quis se percusserit, & manus violentas sibi intulit, licèt realiter non se interfecit, habetur pro confesso, & punitur ac si se interfecerit: Quod intellige, quando illud fecit metu pœnæ delicti commissi, postquam erat accusatus de delicto capitali, ex quo veniebat imponenda pœna mortis, & confiscationis bonorum: unde, ille talis incurret pœnam ordinariam delicti de quo erat accusatus, & pœnam confiscationis bonorum: Secus vero, si se percusserit, vel manus sibi intulerit tædio vitæ, vel ex alia causa; quia tunc nullam pœnam incurrit: text. est *in dist. leg. 3. §. Si quis autem*, versic. *Sicuti*, ff. *de Bonis eorum, qui ante sentent. mor. sibi cons.* text. *in leg. Si quis aliquid, §. fin. ff. de Pœn.* text. *in leg. Omne delictum, §. Qui se vulneravit*, ff. *de Re milit.* & utrobique communiter DD. Sed advertendum, quod isto casu videtur justum & rationale, quòd possit per judicem ex officio sua pœna arbitraria puniri, sicut si illud vulnus, vel injuriam alteri committeret; cùm non sit dominus membrorum suorum, & sit res mali exempli: argumento text. *in leg. liber homo*, ff. *ad leg. Aquil. cum simil.* & in terminis reperio quòd ita tenet Bonifac. *in tract. Malefic. fol. 7.* versic. *Sed quidam*, & facit quod tenet Bart. *in l. 1. §. Usque*, ff. *de Injur.* Et istum casum vidi de facto in hac civitate Salmantina, & tandem judex condemnavit eum in certa pœna exilii: Et iterùm & secundò istum etiam casum vidi de facto in alia persona, & alter judex condemnavit in pœna flagellorum: pro quo facit text. expressus *in l. Si quis aliquid, §. fin. ff. de Pœn.* text. *in l. Omne delictum, §. Qui se vulneravit*, ff. *de Re milit.* Quod tene menti tanquam notabile, & quotidianum.

15 Advertendum tamen, quòd homicida excusatur à pœna ejus delicti in totum, vel in parte, in casibus sequentibus: Primus est, quando homicida commisit delictum sine dolo; quia tunc non tenetur pœna mortis: textus est capitalis & expressus *in leg. Corn. ff. ad leg. Corn. de*

Sicar. Cujus verba sunt: *In leg. Corn. Dolus pro facto accipitur, nec in hac leg. culpa lata pro dolo accipitur*, & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alber. Angel. & Hippol. de Marsil. text. *in leg. 1. §. Divus Adrianus, eod. tit.* Cujus verba sunt: *Divus Adrianus rescripsit, eum qui hominem reddidit si non occidendi animo hoc admiserit absolvi posse*, text. *in l. Divus Adrianus, eod. tit.* ubi habetur, quòd in delictis voluntas spectatur, non exitus: & utrobique communiter DD. Imò, quod magis est, si simpliciter caveatur lege vel statuto, quod homicida puniatur pœna mortis, debet intelligi quando homicidium fuit commissum dolo; quia talis lex vel statutum debet restringi & declarari per rationem juris communis, argumento text. *in leg. Cæsar, ff. de Public. & vectig.* text. *in leg. 2. Cod. de Noxal.* in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bald. *in leg. Data opera. Cod. Qui accus. non poss.* 3. column. num. 11. Quod dictum reputat unicum & singulare Paul. de Castr. *in leg. Nemo, Cod. de Episcop. audien. 1. col. numer. 5.* per quod dicit se liberasse aliquos à pœna mortis, & esse menti tenendum ad confusionem judicum imperitorum; tenet etiam idem Paul. & valdè commendat *in leg. Et si severior, Cod. Ex quibus causis infam. irrog.* idem Paul. *in leg. 1. Cod. Ubi senat. vel clari.* idem Paul. *in leg. Si fugitivi, Cod. de Serv. fugit. 2. column. num. 6.* Sed ultrà Paul. idem tenet Bald. *in l. 1. 2. column. ff. de Leg.* idem Bald. *in leg. 1. in Actionibus, ff. de In litem jur. 1. column.* idem Bald. *in leg. Quicumque, Cod. de Servis fugit. 5. col. versic. Casu.* idem Bald. *in leg. 2. Cod. de Noxal.* & ibi Salyc. 3. col. num. 10. Angel. de Perus. *in leg. 1. ff. de Legibus, 2. col.* & ibi Paul. *fin. col. Jason. 3. col. num. 19.* Angel. de Perus. *in l. Is qui cum telo, Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* Salyc. *in leg. penult. eod. tit.* Jas. qui notabiliter loquitur *in leg. 3. §. Quod prætor, ff. Ne quis eum qui in jus vocatus est vi eximat. 1. column. num. 3.* idem Jas. *in leg. In actionibus, de in litem jur. 6. column. num. 26.* Car. *in cap. Lator. de Homicidio, Joan. de Ana, fin. column. & quæst. Fellen. 1. column.* Angel. *de Malefic. in parte scienter dolose, 1. column.* Hippol. de Marsil. *in leg. 1. §. Præterea, ff. ad leg. Corn. de Sicar. 2. column. num. 12.* idem Hippol. *in leg. Corn. eodem titul.* idem Hippol. *in l. de Minore, ff. de Quæst. 5. column. num. 18.* idem Hippol. *in leg. 1. Cod. ad leg. Corn. de Sicar. penult. column. num. 83.* & ante omnes idem expressè voluit Bart. *in leg. 1. §. 1. ff. Si quis testam. liber esse jussus fuerit, 2. col. num. 3.*

16 Ex quo inferitur, quòd si quis occidat alium, casu, vel culpa, non tamen dolo & proposito; ut si quis ex arbore ramum, vel quid aliud

aliud projiciat, ex quo transeuntem occidat; vel quis ex domo, turri, vel fenestra lapidem projiciat; vel ludens cum sagitta, causa exercitii; vel currens equum in loco vel via publica, non clamando, transeuntem occidat; talis homicida non teneatur pœna mortis, sed alia mitiori judicis arbitrio. Imò, quòd magis est, licèt homicidium sit commissum lata vel latissima culpa, & regulariter æquiparentur dolo in contractibus; tamen non in delictis, in quibus venit imponenda pœna corporalis: text. est notabilis in *dict. leg. in leg. Cornelia, ff. ad leg. Corn. de Sicar.* cujus verba sunt: *In leg. Corn. Dolus pro facto accipitur, nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur, text. in leg. 4. §. 1. eod. tit. text. in leg. Si putator, ff. ad leg. Aquil. textus in leg. Qui foveas eod. tit. text. in leg. 1. §. Si Magister, eod. tit. text. in leg. Idem juris, §. Mutationem, eod. tit. text. in l. Si ex plagis, §. Cum pili, eod. tit. text. in §. Item si putatur, Inst. de leg. Aquil. text. in cap. Lator, & in cap. Dilectus, in cap. Ex litteris, el 1. & 2. in cap. Significasti, el 1. in cap. Joannes, & in cap. final. de Homicidio, & idem dicitur l. 4. & 5. tit. 8. 7. part. & l. 6. tit. 15. 7. part. & l. pen. tit. 13. l. 8. Ord.* Ex quo inferitur, & consului in quæstione de facto; quòd si in colluctatione gratia exercitii unus interficiat alium, nulla pœna tenetur, sed tantùm utili actione legis Aquiliæ ad damna: Ita probat textus in *leg. Qua actione, §. Si quis in colluctat. ff. ad leg. Aquil.* & ibi Glossa ordinaria & communiter DD.

Aliqui tamen sunt casus, in quibus ex sola culpa vel negligentia potest quis puniri corporaliter: Primus est in commentariense & custode carceris; quia si reus ibi detentus sua culpa & negligentia aufugerit, punitur custos eadem pœna, qua tenebatur ipse reus delinquens qui aufugit: text. est in *leg. penult. vers. 1. Cod. de Custod. reor.* cujus verba sunt: *Nam ipsum volumus hujusmodi pœna consumi, cui obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit, & ad hoc notant & commendant ibi Cyn. Bald. Ang. Salyc. & idem Angel. & Hippol. in dict. leg. Cornelia, ff. ad l. Cornel. de Sicar. & idem disponit l. 12. tit. 29. 7. part.* Secundus casus est, quando judex ex imperitia sua & maxima culpa injustè condemnavit aliquem ad pœnam mortis: nam potest corporaliter puniri; quia sumendo officium, videtur se peritum asserere, cùm non sit, & committere dolum saltim in genere: argumento text. juncta Glossa, ff. *Quod quisque juris*, per quem ita tenet Florian. in *leg. Idem juris, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Hippol. in *l. leg. Corn. de Sicar. 2. col. num. 4.* & jam iste casus nostris temporibus contigit in quodam iudice ordinario, qui per imperitiam condemnavit quosdam pueros ad mortem,

Tom. III.

& eis denegavit appellationem: nam certè per sententiam Auditorum nostri Imperatoris in curia sua publicè fuit imposita pœna flagellorum. Et idem est in medico, vel chirurgo, qui asserit se peritum: nam si culpa ejus quis moriatur, potest puniri: ita tenet Flor. in *dict. leg. Idem juris, §. 1. ff. ad leg. Aquil.* quod reputat singulare & valdè commendandum Hippol. in *dict. leg. in leg. Corn. 2. col. num. 4. ff. ad leg. Corn. de Sicar.* pro qua sententia & conclusione est hodie *l. not. part. l. 6. tit. 8. 7. part.* quæ disponit, quòd si dolo & malitia fecit, punitur pœna mortis: si verò ex culpa, vel imperitia, debet puniri pœna exilli per quinque annos; & si infirmus erat servus, debet solvi ejus æstimatio.

17 Unum tamen est; quòd in dubio semper præsumitur quòd homicida fecit delictum cum dolo & proposito, nisi contrarium probet; quia ista præsumptio resultat ex ipso facto & rei evidentia; text. est formalis in *leg. 1. Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* cujus verba sunt: *Frater vester rectius fecerit, si se præsidi provincie obtulerit, qui se probaverit non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna secundùm disciplinam militarem sententiam profert, & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Odofr. Cyn. Alber. Bald. Salyc. & communiter DD. text. in leg. Eum qui, eod. tit. & leg. Si non convicii, Cod. de injuriis:* Poterit autem homicida probare contrarium, hoc est, non dolo vel ex proposito fecisse, ex qualitate facti, ut in casibus suprà proximis; vel ex qualitate personæ, ut si homicida sit consanguineus, vel affinis, vel amicus ipsius occisi; vel ex qualitate instrumenti cum quo commissum est delictum, ut si baculo, lapide pugno, vel alio instrumento percussit; quia tunc non tenetur pœna ordinaria, sed alia mitiori, & arbitraria pœna, ratione culpæ quæ sibi potest imputari; ista est Glossa singularis in jure in *dict. leg. 1. Cod. ad leg. Corn. de Sicar. in glos. 2.* quam ad hoc notant & commendant Petr. de Bellapert. Odofr. Cyn. Alber. Fab. Bald. Salyc. & communiter DD. Bartol. in *leg. Ut vim, ff. de Just. & jur. 2. column. in medio*, idem Bart. in *l. 1. §. Divus, ff. ad leg. Corn. de Sicar.* & ibi Alber. & alii Doctor. Bald. in *leg. fin. Cod. de Hæred. instit. 20. oppos. Jas. in leg. 1. ff. de Legibus penult. col. num. 22.* tenent etiam Innoc. Joan. Andr. in *cap. 1. de Præsumptionibus*, Felia. in *cap. fin. de Homicidio*, Gandin. in *tract. malef. in tit. de Homicid. final. column. & quest.* & illam Glossam ad hoc reputat singularem Roman. in *leg. In illa stipulatione si calendis, ff. de Verbor. obligat. penult. column. num. 41.* pro qua facit textus in *leg. 1. §. Divus Adrianus, versic. Sed si clava, ff. ad leg. Corn. de Sicar.* cujus verba sunt: (*Sed si*

clava percusserit, aut curma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo; levandum ejus pœnam, qui in rixa casu magis, quam voluntate-homicidium admisit.) quem ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Alberic. qui dicit esse notatu dignissimum, Angel. & Hippol. de Marsil. illum etiam textum ad hoc reputat notabilem Salyc. in *dict. leg. 1. Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* Bald. in *leg. Sed & si quæcumque, §. Si Magister, ff. ad leg. Aquil.* idem Bald. in *leg. Cum mandati.* Probat etiam text. in *leg. Omne delictum, §. Si quis commilitonem, ff. de Re militari,* cujus verba sunt: *Si quis commilitonem vulneravit, si quidem lapide, militia rejiciatur; si gladio, caput amittit,* text. in *leg. Eum qui, Cod. ad l. Corn. de Sicar.* cujus verba sunt: *Cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur, volumus liberari,* text. in *leg. 1. Cod. de Emendatione servorum,* cujus verba sunt: *Si virgis aut loris dominus servum afflixerit, nullum criminis metum servo mortuo sustineat,* text. in *cap. Significasti, el 2. de Homicidio,* ibi: *ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, &c.* Quod tamen intellige, quando quis in rixa alium percusserit: secus verò si ex proposito processit & aggressus est contra eum, & percusserit quolibet instrumento, etiam levi, ex quo realiter offensus decessit; quia tunc tenebitur pœna mortis, tanquam verus homicida, si secum non portavit aliud instrumentum fortius & magis offensivum. Et idem esset, quando in rixa eum percusserit cum illo levi instrumento, sed non habeat instrumentum, vel genus armorum fortius & magis offensivum; quia tunc similiter tenetur pœna mortis, tanquam verus homicida. Secus tamen est quando haberet alia arma vel instrumenta fortiora & magis offensibilia, & noluit percutere & offendere cum eis, sed cum instrumento leviori: Et idem est quando non habuit nisi unicum tantum instrumentum fortissimum, & offensibile, sed voluit percutere per partem minus nocivam & offensibilem; ut si haberet ense, & noluit percutere cum eo: sed cum pomo; vel haberet lanceam, & noluit percutere cum ferro; sed cum hasta, ligno, bastone, baculo, lapide, pugno, vel quolibet alio levi instrumento: in expresso ita probat mihi text. quem ad hoc reputo valde singularem, in *dict. leg. 1. §. Divus Adrianus,* versic. *Sed si clava, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. 1. *column. num. 29.* & est de mente aliorum; notat etiam & commendat ibi Hippolytus de Marsil. 4. *column. num. 3.* idem Hippolytus 2. *column. num. 25.* idem Hippolytus in *leg. 1. Cod. ad leg. Cornel. de Sicar. 6. column. num. 49.*

Ex quibus maxima cum ratione reprobo sen-

tentiam Pauli de Castro in *Consil. suis,* ubi dicit, quòd si aliquis processit contra alium animo & proposito tantum vapulandi & injuriandi, & non animo & proposito occidendi, & hoc expressè protestatus fuit; & eum vapulavit, & percussit quodam ligno, baculo, vel alio simili instrumento, ex quo vulnere tamen occisus & mortuus est; reus delinquens non debet puniri pœna mortis, sed alia leviori pœna arbitraria; quia ex genere & qualitate instrumenti colligitur animus & propositum quod habuit non occidendi: quod dictum tanquam singulare & quotidianum in practica refert & sequitur Hippol. de Marsil. in *dict. leg. 1. §. Divus Adrianus, ff. ad leg. Corn. de Sicar. 2. column. num. 16.* idem Hippol. in *leg. 1. Cod. ad leg. Corn. de Sicar. 1. column. 2.* Sed certè illa sententia & conclusio aperte est falsa, & sic eam reprobo, & teneo contrarium: quia cum illud delictum non fuit commissum in rixa, sed ex proposito, & secum non portavit illud instrumentum, vel genus armorum fortius & magis offensivum; tenetur pœna mortis, & non debet attendi nec considerari qualitas instrumenti, vel armorum, ut supra dictum & conclusum est. Pro qua mea sententia & conclusione contra prædictos Doctores facit textus expressus & formalis in *§. Item lex Cornelia de Sicar. Instit. de publ. jud.* ubi disponitur, quod homicida tenetur pœna mortis, modò occidat cum telo, modò cum ligno, vel lapide; quia omnia comprehenduntur appellatione *armorum, ut in leg. Armorum appellatio, de verbor. significat.* Secundò facit textus in *leg. Quoniam teneatur pœna mortis: multa facinora, Cod. ad leg. Jul. de vi,* ubi habetur, quod si occasione violentus invasor quasi dederit causam morti, & ibi notant & commendant Cyn. Bald. & communiter DD. text. etiam similis in *leg. 1. §. Ex incendio, ff. de Incendio, ruin. naufrag.* ubi habetur, quod si quis animo comburendi in unam solam domum imposuit ignem, ex quo fuerunt combustæ aliæ plures, tenetur de omnibus: & ibi Glos. ordinaria & communiter DD. Tertio facit textus notabilis & expressus in *leg. Si quis aliquid, §. Quia abortionis, ff. de Pœnis,* ubi ponitur, quod si quis dedit mulieri poculum amatorium causa amoris & libidinis, & inde fuit secuta mors ipsi mulieri, tenetur pœna mortis, quia ex tali poculo verisimiliter potuit causari mors, & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alber. & communiter DD. Quarto facit notabile fundamentum: quia quando aliquod delictum vel factum est tale, quod non potest regulari & modificari animo & voluntate delinquentis; imò est tale factum, quod verisimiliter potest extendi ultra intentionem ejus; tunc efficaciter tenetur & punitur ex delicto secuuto licet habuisset animum

num minus delinquendi: text. est in jure in cap. fin. de Homicidio, lib. 6. ubi si quis mandavit aliquem verberari, hoc acto, ut nullatenus occidatur, vel membrum abscindatur; & mandatarius excessit modum & fines mandati, & offensus mortuus est: mandans tenetur de homicidio, nec sibi relevat protestatio; & ad hoc notant & commendant Glossa ordinaria, Joan. Andr. Dominic. Anch. & communiter DD. Abbas, in cap. Ne Cleric. vel Monach. penultim. column. num. 20. idem Abbas in cap. Ex litteris, de except. praelat. final. column. notat etiam & commendat Bartol. in leg. Non solum. §. Morte. ff. de Nov. oper. nunt. 7. column. num. 29. idem Bartol. qui notabiliter loquitur in leg. Divus Adrianus. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. fin. quest. Bald. in leg. Non ideo minus, cap. de Accusat. fin. column. num. 34. & ibi Ang. de Perus. & alii DD. idem Bald. in leg. Si quis servo. Cod. de Furtis. 2. column. num. 2. Angel. de Perus. in l. 1. Cod. de Nisi aggeribus non rumpendis, fin. col. Ang. de Aretin. in tract. Malef. in part. Sempronium mandatore. 14. quest. illum etiam reputat singularem Jas. in l. 1. Cod. de Servis fugit. 5. column. num. 28. limita tamen & intellige dispositionem illius textus in dict. cap. fin. quando mandans mandare verberare vel percutere cum ense, vel gladio vel alio genere armorum apto ad occidendum; vel simpliciter mandavit percutere, vel offendere: secus tamen est, si mandaret percutere vel offendere aliquo ligno, baculo, vel quolibet alio simili instrumento, quod communiter & verisimiliter non est aptum ad occidendum, & ex tali percussione mortuus sit; quia tunc non tenetur mandans poena mortis, tanquam homicida, sed poena arbitraria ex in juria; ita tenet singulariter Bald. in leg. Cum mandati. Cod. Mandati, in fin. & ibi Salyc. idem Bald. in l. Si quis mihi bona. §. Si coram. ff. de Acquir. hæred. & ibi Aret. Jas. & alii DD. Paul. de Castr. in §. Sed si mandavit, ejusdem legis, in fin. & ibi Alexand. 3. column. num. 15. Jas. fin. col. n. 12. August. in addit. Angel. de malef. in part. Sempronium mandatore, super 14. quest. Joan. de Anan. in cap. Sicut dignum. §. 1. de Homicidio, Jas. ubi reputat valdè singulare in l. 1. Cod. de Servi fugit. 5. col. num. 32. Alexand. cons. 140. 3. col. 2. vol. Hippolyt. de Marsil. in cons. 67. 4. col. num. 28. Sed etiam isto casu ego firmiter teneo contrarium; imò, quòd mandans & mandatarius teneantur poena mortis, per superiora mea fundamenta.

19 Item etiam ex superioribus infero unum, quod est singulare & quotidianum in practica scilicet. quòd si filius anniculus, vel de recenti natus reperiatur mortuus in lecto patris, vel nutricis suæ, præsumitur mortuus casu, vel aliqua cul-

pa, vel negligentia, non autem dolo; & per consequens non debent puniri poena mortis, vel ordinaria, sed tantum poena extraordinaria iudicis arbitrio, secundum qualitatem culpæ: & in terminis ita tenet Bonifac. in tract. Maleficior, in rubrica de Parricidiis, & eorum poenis 2. col. fin. quest. pro quo facit textus notabilis in cap. fin. de His qui filios occiderunt, & ibi DD. textus in cap. Consulisti. 2. quest. 4. & ibi etiam DD. jam iste casus contigit in hac civitate Salmanticensi; in persona cujusdam nepotis mei anniculi, qui repertus fuit mortuus in lecto nutricis suæ, & nulla accusatio fuit contra eam posita.

20 Secundus casus, in quo homicida excusatur à poena hujus delicti in totum, vel in parte, est, quando illud fecit ad suam defensionem; nam de jure divino, naturali, & positivo potuit aggressorem & offensorem ejus occidere; textus est capitalis & expressus in leg. Ut vim. ff. de Justit. & jur. cujus verba sunt: Ut vim atque injuriam propulsemus, jure evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, textus in leg. 1. §. Vim vi. ff. de Vi, & vi armata, textus in leg. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. ubi dicit text. vim enim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittunt. textus in leg. Si ex plagiis tabernarius, eodem tit. text. in leg. 4. eodem tit. text. in leg. Sed & partus. §. Queri potuit. ff. Quod metus causa, textus in leg. Furem nocturnum. ff. ad leg. Corn. de Sicar. text. in leg. 2. 3. Cod. ad legem Corn. de Sicar. textus in leg. 1. Cod. Unde vi, ubi dicit text. quòd vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ: text. in cap. Significasti, el 2. vers. Si vero de homicid. text. in Clement. 1. de Homicid. & utrobique communiter DD. & idem disponit lex 2. tit. 8. 7. part. & lex 3. & 4. tit. 13. lib. 8. Ord. Imò hoc casu etiam Clericum aggressorem potest offensus occidere, nec incurrit poenam excommunicationis, vel irregularitatis: textus est in cap. Si vero el 1. vers. Si vero Clericum, de sent. excom. textus in Clem. 1. versic. fin. de Homicidio, & utrobique communiter DD.

Imò etiam in animalibus brutis attenditur & est permissa ista defensio: quia si aliquod animal aggrediatur aliud causa nocendi, & illud animal se defendat, & interficiat; dominus ejus excusatur, & non tenetur emendare, nec dare animal pro noxa: text. est formalis & expressus in leg. 1. §. Cum arietes. ff. Si qua paup. fec. dic. & ad hoc notant & commendant ibi Glos. ordinaria, Bart. Alexand. Bald. Flor. & dicit Alber. esse pulchrum casum. Imò etiam licet offendere vel occidere furiosum, mente captum, vel dormientem aggressorem, qui in somnis surgit, &

aggreditur alium causa offendendi, vel occidendi; cum sit ista defensio naturalis: Item etiam, cum competat contra animalia bruta, ut supra dictum est; ergo similiter competat contra homines non sanæ mentis; & in terminis isto fundamento & ratione tenet Bart. *in leg. Ut vim. ff. de Just. & jur. 2. col. in fin.* ubi dicit, quod erat quidam Pisanus, qui in somnis se armabat de nocte, & ibat per civitatem cantando; Bald. *in l. 1. C. Unde vi. 9. col. num. 50.*

21 Imò etiam, quod magis est, potest quilibet consanguineus, vel extraneus offendere vel occidere illum, qui aggreditur causa offendendi vel occidendi consanguineum, vel penitus extraneum: ita probat text. *in leg. Lex Corn. ff. de Injur. text. in leg. 2. & 3. ff. de Lib. caus. text. in leg. 3. §. Cum igitur. ff. de Vi, & vi armata, textus in leg. Si quis in servitute. ff. de Furtis, ubi disponitur, quod pro defensione rerum & bonorum potest quis alium defendere & juvare: ergo à fortiori pro defensione personæ probat etiam text. *in cap. Delicto de sent. excomm. vers. Et quidem, lib. 6. textus in cap. Non inferendo, Caus. 23. quæst. 3. textus in cap. Fortitudo, ea caus. & quæst. textus in cap. Error. 83. dist. quibus disponitur, quod licitè potest quis repellere injuriam inferendam vicino, vel proximo suo: & in expresso licet non ita bene fundet, ita tenent Bartol. post Antiquos *in leg. Ut vim. ff. de Just. & jur. penult. col. num. 7. & ibi Bald. 3. column. 6. quæst. Angel. 1. col. num. 7. Jas. 6. col. num. 29. idem Bart. in leg. Prohibitum. ff. de Jur. fisci, lib. 10. & ibi Platea, & alii DD. idem Bartol. in leg. Devotum. Cod. de Metatis, lib. 12. idem Bartol. in leg. Si quis in servitute. ff. de Fur. ibi Angel. de Perus. & alii DD. Bald. in leg. 1. Cod. Unde vi. 6. col. 8. quæst. principali, & ibi Petr. de Bellapert. fin. col. Salyc. penult. col. num. 17. Flor. in leg. Scientia. §. Qui eum alter. ff. ad leg. Aquil. 2. col. num. 10. Innoc. in cap. Si vero el 1. de Sent. excom. 1. col. in med. & ibi Abb. Panorm. fin. col. & quæst Felin. 2. col. Anania in cap. 1. de Homicidio, fin. col. quæst. 8. Quod extende, modo ille qui erat offendendus, clamet, & petat auxilium, modo non. Item etiam, modò aggressor sit laicus, modò clericus: ita concludunt DD. *ubi suprâ.****

Advertendum tamen, quod in hoc se offert subtilis difficultas: Quæ possit esse ratio, per quam extraneus possit offendere vel occidere aggressorem alterius extranei, cum uterque sit proximus, & magis non debeat uni quam alteri? Cui noviter respondeo, quod defensio est ad eò justa & permissa de jure naturali, & positivo, quod potest fieri per alium, etiam extraneum; & aggressio, & injustitia ex parte aggressoris facit & operatur, ut possit à quocum-

que extraneo offendi, & occidi. * Confirmatur, quia homicidium & delictum ex parte delinquentis est prohibitum de jure divino, ut in mandato: *Non occides*: & ex hoc dixi, & consului in quæstione de facto, cum quidam defendit alium, qui per judicem injustè extrahebatur ab Ecclesia, quod licitè potuit facere: & ita eum viribus meis defendi. * Item etiam, quia aggressor offendit principaliter adversarium, & similiter rempublicam, & in consequentiam omnes de populo; idè quilibet potest talem injuriam propulsare, & ei resistere. Et per ista in quæstione ardua de facto defendebam quendam civem pauperem hujus civitatis, qui dum vidisset duos in rixa, ex qua unus evasit mortifere vulneratus, mediator pacis inter eos extitit quodam baculo, vel lancea, qua apprehendit & percussit aggressorem culpabilem, taliter quod ex percussione decessit; & fuit in maximo periculo & dicebam in favorem ejus, quod non erat condemnandus pœna mortis: Primò, quia ex genere & qualitate personarum, & instrumenti, & loci præsumebatur quod non habuit animum occidendi, sed pacem mittendi: Secundò, quia licet velit offendere & occidere prædictum aggressorem, licitè potuit facere pro defensione aggressi; & licet in defensione aggressorem occiderit, vel modum defensionis excesserit, non tenetur saltem pœna mortis ordinaria, sed mitiori extraordinaria: & ita fuit defensio, favente gratia divina.

22 Item adde, quod in tantum est verum, quod quis potest offendere vel occidere aggressorem suum; ut habeat locum & procedat etiam si nullam percussorem, vel offensionem realem aggressor recipiat: sed eo ipso quod aggressor veniebat & accedebat cum armis contra eum, verisimiliter causa offendendi, licitè & justè potest aggressor eum occidere, quia per hoc dicitur esse in discrimine vitæ constitutus; nec debet expectare ut prius recipiat aliquam offensam, vel percussorem: & ista est magis utilis & principalis doctrina, quæ sit in ista materia: & in expresso ita probat text. *in leg. Is qui aggressorem. C. ad leg. Cornel. de Sicar. ibi, in dubio vitæ discrimine constitutus, & ad hoc notant & commendant ibi Odofred. Cyn. Jac. Butr. & ejus additionator, Alb. Bald. Salyc. & communiter DD. & reputat singularem Ang. de Perus. qui ex hoc tradit advocatis veram formam practicandi, & articulandi, quem esse in discrimine vitæ constitutum, ut possit aggressorem suum licitè occidere: text. *in l. Si quis percussorem, eod. tit. cujus verba sunt: Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur, quia defensor suæ salutis in nullo peccasse videtur; text. in l. Si ut ai. legas, eod. tit. ibi, eum qui inferendæ cædis volun-**

tate præcesserat jure cæsum videri, probat etiam text. in leg. 5. ff. ad legem Aquil. ubi dicit text. Sed & si quemcumque alium se ferro petentem quis occiderit, non videbitur injuria occidisse & dicit Glossa ordinaria: petentem etiam si me prius non percussit; nam sufficit terror armorum, & ibi expressè notant Bartol. & alii DD. in leg. 2. §. 1. ff. de Vi & vi armata, & ibi Bartol. Angel. & communiter DD. idem etiam tenet expressè Bartol. in leg. Si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad leg. Aquil. idem Bartol. in leg. Si furorem. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. 2. column. Petr. de Bellapert. in l. 1. Cod. Unde vi. 1. column. in fin. vers. Sed quæritur, & ibi Angel. de Perus. 2. column. num. 8. Salyc. 2. col. Florian. in leg. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. 1. column. numer. 3. Ang. in tract. Malef. in parte, & dictus Titius se defendendo. 2. col. vers. Dixi, quod licita est defensio, & ibi ejus additionator, qui hoc summè commendat: Bonifac. in tractat. Etiam maleficiorum, fol. 6. in Rubr. de insultu, & percussione. 2. col. versic. Sed quid si Titius, Angel. de Aretino in §. Jus autem gentium, Institut. de Jure natur. gent. & civ. penult. column. versic. Tene tamen menti, idem Angel. in §. Injuria, Institut. de lege Aquil. 1. col. n. 3. Hippol. de Marsil. in cons. 4. col. 4. num. 17. & cons. 31. penult. col. num. 52. Bald. in leg. Et si certus. §. fin. ff. ad Syllan. idem Bald. in l. Multis. Cod. de Liber. caus. in fin. Jas. in l. Ut vim. ff. de Just. & jur. 2. column. num. 9. qui notabiliter loquitur & ibi Philip. Dec. 4. col. num. 10. Hippol. de Marsil. in leg. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. 4. column. numer. 37. idem Hippol. in sua Practica. §. Ex prædicta. 4. col. num. 19. Pro qua sententia & conclusione ego allego expressam legem partitæ, quæ hoc expressè disponit, in leg. 2. tit. 8. part. 7. Quod perpetuo nota, quia est singulare & quotidianum in practica.

Quod extende, etiamsi aggressor veniat & resultet contra alium diverso genere armorum, puta cum baculo, ligno, vel instrumento, animo percutiendi, & inferendi sibi injuriam: nam aggressus potest ei resistere & se defendere cum ense, ferro, vel quovis alio instrumento fortiori; & si eum occidat, cum aliter ab illa injuria non posset evadere, non tenetur aliqua pœna: quia talis defensio est licita pro defensione rerum, ut in leg. Furem. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & in leg. Itaque. ff. ad leg. Aquil. & in leg. 3. §. Cum igitur. ff. de Vi & vi armata, & in leg. 1. Cod. Unde vi, cum similib. ergo à fortiori pro defensione personæ & honoris, quæ dignior est, ut in l. Servorum. §. fin. ff. de Pœnis, cujus pulchra verba sunt: Quia & solus fustium ictus gravior est, quam pecuniaria damnatio, ut etiam in leg. Julianus, vers. 1. ff. Si quis omissa, causa

testamenti. Imò, quod magis est, hoc procedit & habet locum eadem ratione, etiamsi aggressor veniat & resultet contra alium sine aliquo genere armorum, sed tantum manu vacua minans eum, & volens alapam præbere: nam si aggressus aliter illam injuriam evadere non possit, licitè poterit eum occidere: & in expressò ita tenet Bald. in leg. 1. Cod. Unde vi. 4. col. num. 11. & ante eum ibi Bartol. 2. column. num. 7. Jas. in leg. Ut vim. ff. de Justit. & jur. 2. column. n. 10. Angel. in tractat. Malefic. in parte, & dictus Titius se defendendo. 2. column. vers. Dixi quod licita est defensio, & in vers. Ex his infert. Bald. Anton de Butr. in cap. Olim el 1. de Restit. spoliat. penult. column. num. 35. Anania in cap. Significasti, el 2. de Homicid. antepen. column. vers. Ex prædictis.

23 Quæ omnia regulariter extende, etiam si aggressus potuit securè evadere injuriam offensam fugiendo. Quod declaro isto modo: quia si fuga adduceret sibi periculum salutis; ut quia inimicus aggressor esset propè, & fugiendo & terga vertendo posset de facili ab eo percuti, tunc non tenetur fugere, sed suam salutem tueri, per jura superiora. Et idem est, si fuga adduceret sibi periculum honoris; quia quilibet tenetur & debet honorem suum tueri & conservare, & omni lucro preferre, ut in leg. Julianus, versic. 1. ff. Si quis omissa causa testament. cujus verba sunt: Non enim caret dolo pater, qui honore proprio omissa propter compendium alienam institutionem maluit, & ibi notant & commendat Alber. Bald. Angel. & communiter DD. textus in leg. Miles. §. Socer. ff. de Adult. text. in leg. Isti quidem. ff. Quod metus causa, text. in leg. Si qui advocatorum. Cod. de Postulando, textus in leg. In eadem causa. ff. Ex quibus caus. major. textus in leg. Justa. ff. de manu vind. Si verò aggressus potuit securè & sine aliquo periculo salutis & honoris fugere; quia de longe viderit inimicum & aggressorem suum, vel prope, & dissimulando potuit domum vel locum tutum intrare, & rixam sine dedecore evitare, vel si forte erat vilis persona, in qua non esset considerabile periculum honoris: tunc teneretur fugere; quia sibi non noceret, & alteri tertio aggressori, & etiam reipublicæ prodesset: argumento text. in leg. 1. §. Denique Marcellus. ff. de Aqua plu. arcen. text. in leg. 1. §. Si quis. ff. de Aqua quot. & æstiv. textus in leg. 2. §. Adversus. ff. Ne quid in loco publico, textus in leg. Veteres. ff. de Itinere actuque privato, text. in leg. Opus. ff. de Operibus publicis, text. in leg. fin. ff. de Injur. & in effectum istam sententiam & resolutionem ponit Bald. in leg. 1. Cod. Unde vi. 4. col. num. 14. & ante eum ibi Petr. 2. column. in med. Cyn. penult. column. num. 6. Faber. penult. col.

Alberic. 4. *column. in fin.* Bartol. *in leg. Ut vim. ff. de Just. & jur. fin. column. & quæst.* Hippol. de Marsil. *in leg. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Et ista est verior & æquior opinio, quam ego sequor; licet contrarium teneant Bart. *in leg. 1. Cod. Unde vi. 2. column. & ibi Salyc. 3. column.* Bald. *in leg. Ut vim. ff. de Justit. & jure fin. column.* Anania *in cap. Suscipimus, de homicidio, penult. column.* Intelligo tamen, quod teneatur aggressus isto casu pœna levi arbitraria, non verò pœna ordinaria; cum tantum dicatur excessisse modum defensionis.

24 Advertendum tamen, quod si aggressus excessit modum defensoris in aliquo de prædictis casibus; quia verè & realiter non erat in discrimine vitæ constitutus; vel potuit sine dedecore & salvo honore suo fugere, & non fecit, vel post receptam offensam insecutus est inimicum suum, qui jam recesserat, vel alias modum suæ defensionis excessit; non tenetur pœna ordinaria, sed mitius debet puniri pœna arbitraria propter culpam & excessum: quia non videtur esse in tanta culpa, qui justum dolorem temperare non potuit, argumento textus *in leg. Si adulterium cum incest. §. Imperatores. ff. de Adulter.* ubi dicit textus, quod licet maritus non possit uxorem repertam in adulterio occidere; tamen, si de facto occidat, mitius punitur, quia difficillimum est justum dolorem temperare: quem textum in suo casu notant & commendant ibi Bartol. Alberic. Angel. & communiter DD. text. *in leg. 1. §. fin. ff. ad legem Corn. de Sicar.* textus *in leg. Divus Adrianus. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* textus *in leg. Si quis in gravi. §. Si maritus. ff. ad Syllan.* textus *in leg. Gracius. Cod. de Adult.* textus *in leg. 1. §. Quæri. ff. ad Turpil.* textus *in leg. Qui cum major. §. Si libertus. ff. de Bonis liber,* cujus pulchra verba sunt: *Ignoscendum est enim ei si voluit ulcisci provocatus,* textus *in cap. Olim, el 1. de Restit. spoliat.* textus *in cap. Significavit, de pœnit. & remis.* Et confirmatur ratione; quia imputandum est aggressori qui causam delictorum præbuit; argumento, text. *in leg. Quoniam multa facinora. Cod. ad leg. Jul. de Vi,* & ibi communiter DD. Item etiam confirmatur ratione; quia homo intenso dolore promotus non est in plenitudine intellectus, secundum Philosophos. Et in expresso istam sententiam & conclusionem principalem tenet Bald. *in leg. Ut vim. ff. de Justit. & jure, final. column. & ibi Jas. qui valdè commendant, column. 2. Dec. 4. column. num. 7. idem Bald. in leg. 1. Cod. Unde vi. 6. column. 10. quæst. & ibi Cyn. ante eum, penult. column. Fab. penult. column. Salyc. 3. column. num. 15. idem Bald. in cap. 1. de Pace tenenda, & ejus violatoribus, in lib. 2. Feudor. 2. column. idem Bald. in cap. 1.*

§. Si quis verò, de pace juramento firmanda in lib. 2. Feud. final. column. Florian. *in leg. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. 1. col.* Ang. *in tractat. Malef. in parte, & dictus Titius se defendendo. 5. column. versic. Advertas,* idem Angel. *in §. Jus autem gentium, Instit. de de jur. natur. gent. & civil. 3. column.* Hippolyt. de Marsil. *in leg. 1. ff. ad legem Cornel. de Sicar. 5. column. num. 41. idem Hippolytus in leg. 2. Cod. eodem titul. 2. column. num. 15. idem Hippolytus in sua Practica. §. Quoniam. 11. column. num. 63. Joan. Andr. in addit. ad Spec. in titul. de Homicidio super rubric. in fin. Abb. Panormit. in cap. 1. de Injuriis. 2. column. idem Abbas in cap. Delicti, de except. final. column. idem Abb. in cap. Cum te de re judic. penult. column. idem Abb. in cap. Olim, el 1. de Restit. spoliat. 7. column. num. 15. & ibi Anton. final. column. & aliis DD. Joan. de Anania in cap. 1. de Homicidio, final. column. 9. quæst. Felin. qui bene loquitur in cap. Significasti, el 2. eodem titul. fin. column. idem Felinus in cap. Dilecti, de except. & ante omnes ita videtur tenere, Glossa ordinaria in titul. 1. quæst. 23. in Verbo propulsandam, in fin. & ibi DD. Pro qua sententia & conclusione considero in nostro regno notabilem, l. part. 14. titul. 17. 7. part. Quod est singulare & quotidianum in practica: & jam istum casum habui de facto in hac civitate, in persona cujusdam pauperis incarcerati; & labore & diligentia, favente gratia divina, per prædicta liberavi eum à pœna mortis.*

Imò, quod magis est, in tantum hoc est verum; ut procedat & habeat locum, etiam si quis fuit aggressor solis verbis, & sic injuria verbali, & aggressus & sic offensus facto & realiter se defendit inferendo sibi injuriam realem, vel mortem; quia etiam tali casu mitius debet puniri, per rationes prædictas; & in terminis ita tenet August. de Arimino *in addit. ad Angel. de Malef. in parte, verba contumeliosa. 5. col. versic. Adde istam doctrinam,* idem August. *in parte & dictus Titius se defendendo. 8. column. versic. Tu autem in hac materia, &c.* ubi reputat hoc esse valdè singulare.

* Et ex his etiam infero, & dixi in quæstione de facto, quod si aggressor ante vel post vulnus illatum cecidit in terram, aggressus potest eum ibi licitè offendere, vel occidere; vel saltem non teneatur pœna ordinaria: quia fortè si postea surgeret, offenderet & occideret; & de hac quæstione fui interrogatus ab Episcopo hujus civitatis, & ita respondi. *

25 Pulchrum tamen & valde necessarium dubium est: si fortè quis occidit alium, quorum unus fuit aggressor, sed nescitur nec potest constare quis eorum sit: an supervivens homicida præsumatur

matur aggressor, & teneatur pœnâ mortis; vel interfectus & occisus præsumatur aggressor, ut homicida excusetur? In quo articulo reperio varias & diversas sententias & opiniones. Prima est: quòd in dubio supervivens homicida excusetur, & non teneatur aliqua pœna; cùm non sit magis præsumptio contra unum, quàm contra alium; & in hoc casu meliùs quam in alio urget (E) & concludit ratio generica textus in leg. *Absentem*, ff. de Pœn. cujus verba sunt: *Santius est nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare in casu dubio*, text. in leg. *Interpretatione*, eodem titul. & utrobique DD. Item etiam adhuc magis in specie facit text. in l. *Scientiam*, §. 1. vers. *Cum instrumenta*, ff. ad leg. *Aquil.* ubi disponitur, quòd si duo causa solatij, vel aliàs transilirent ignem, vel aliqua ligna ardentia, & ambo concurrerunt & sibi obviaverunt, taliter quòd unus eorum flamma consumptus est; superstes vivus non teneatur, si non potest constare quòd alter ab eo eversus est: & per illum textum istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. 1. §. *Cum arietes*, ff. *Si qua pauper, feci dica* in verbo *sibi*. Petr. de Bellaper, in leg. 1. *Codic. Unde vi*, fin. column. Ex quo textu notabitur infertur, quòd si duo equites currunt in platea, vel in via publica, & obviaverunt sibi, & invicem se percutiunt, ut aliquis equus eorum moriatur; nullus tenetur alteri: & ad hoc notat, & commendat ibi Bald. dicens, quòd iste casus contingit de facto, & in eo consuluit: & similiter ego in hoc regno vidi istum casum, & ita consului.

Secunda opinio est: quòd si superstes erat homo bonæ opinionis & famæ, quietus & pacificus, qui non consueverat delinquere; præsumatur provocatus, & homicidium fecisse ad suam defensionem; & sic non teneatur sed absolvendus sit: argumento, text. in leg. *Non omnes*, §. *A barbaris*, ff. de *Re militari*, ubi similes recessit à militia, ut dubitetur an ex justa causa, vel non? creditur sibi quòd ex justa causa recessit, si est homo bonæ famæ & æstimationis: ita tenet Alberic. in dict. §. *Cum arietes*, & ante eum Rayner. quem refert Florian. tenet etiam Petr. de Bellaper in leg. 1. *Cod. Unde vi*, fin. col.

Tertia opinio est, quòd imò isto casu teneatur superstes, qui remansit unus, pœna mortis ordinaria, nisi probet se fecisse ad suam defensionem: & in expressò ita tenet Ricar. Mal. in

dict. §. *Cum arietes*, quem ibi refert Alber. & ibi etiam tenet Bald. & Florian. tenet etiam Bald. in leg. 1. *Cod. Unde vi*, 6. col. num. 30. idem Bald. in capit. 1. de *Pace tenen.* & *ejus violat.* 2. column. in lib. 2. *Feudor.* Ang. in tract. *Malefic.* in parte, & dictus Titius se defendendo, penultim. column. Et ista est (F) verior opinio, & tenenda, quam ego sequor tanquàm veram & juridicam: Primò, quia ex parte accusatoris, vel iudicis procedentis ex officio probatur delictum homicidii, in quo semper præsumitur dolus in ipso delinquente, nisi contrarium probetur, ut in leg. 1. *Cod. ad legem Cornel. de Sicar.* & sic meritò debet condemnari, nisi probet exceptionem defensionis. Secundò, quia quando quis se fundat in aliqua negativa pro fundamento suæ intentionis, vel exceptionis, necessario oportet illam probare, ut in leg. 1. ff. de *Exception.* & in leg. *Magis puto*, §. *Non passim*, ff. de *Rebus eorum*, & in leg. 4. ff. de *Fideicomis.* liber. & in leg. *Cum lege*, ff. de *Probat.* & tradit magistraliter Bart. in leg. *In illa stipulatione, si calendis*, ff. de *Verbor. obligat.* 2. col. & ibi communiter Moderni. Sed in nostro casu accusator, vel iudex ex officio probavit delictum; reus verò accusatus vel inquisitus opponit exceptionem defensionis, & fundat in ea totaliter intentionem suam ad evitandam condemnationem: ergo de necessitate sequitur, quòd tenetur illam probare. Et ex his rationibus quievit animus meus in tam periculoso articulo, & per eas firmiter & sine scrupulo resideo in hac sententia & opinione. Neque obstat text. primus pro prima opinione adductus in dict. leg. *Scientiam*, §. 1. vers. *Cum extra ment.* ff. ad legem *Aquiliam*. Quia ibi nullo modo constat, quòd unus everterit vel propulsaverit alium, sed ambo simul currendo sibi obviaverunt, & inciderunt; unde, si unus eorum perit, magis imputandum est casui fortuito, quàm dolo, vel culpæ, nec potest alicui eorum delictum imputari: in nostro verò casu & quæstione verè & realiter constat, quòd superstes interfecit alium; licèt non constet, quis eorum fuerit aggressor. Neque etiam obstat textus in leg. *Non omnes*, §. *A barbaris*, ff. de *Re mil.* adductus pro secunda opinione. Quia non loquitur in casu, vel delicto, in quo insit & præsumatur dolus, sicut in homicidio.

26 Item, prosequendo materiam, utiliter quæro: Si reus accusatus, vel inquisitus de homi-

(E) Conferunt ad eandem regulam, quæ doctè, ac diligenter traduntur à Dec. & Cogn. in leg. *Semper in dubiis*, ff. de *Reg. jur.* Hipp. sing. 218. & in l. 1. à num. 67. ad leg. *Corn. de Sicar.*
Tom. III.

& in leg. 1. à num. 83. leg. de *Rapt. vir.* Dec. cons. 415. Alc. leg. 3. *præsumpt.* 39.

(F) Videto omnino Alciat. *Reg.* 3. *præsumpt.* 39. Boer. *decis.* 237. *quibus lubenter accedo.*

cidio confiteatur se occidisse hominem, sed ad suam defensionem, nec aliæ appareant probationes, an talis confessio qualificata valeat & admittatur, ut non possit ex ea condemnari? vel an talis confessio sibi noceat & præjudicet, ut possit ex ea condemnari; & per consequens possit per judicem acceptari pro ea parte, qua confessus est, & pro alia respuit, in quantum dixit se fecisse ad suam defensionem? Et videtur quòd talis confessio non præjudicet confidenti, ut ex ea possit condemnari nec possit acceptari pro parte, & pro parte non; quia quando unus actus est merè individuus, & continet plura capitula connexa, non potest pro parte acceptari, & pro parte respui & negari; sed aut totus debet acceptari, aut totus respui & renuntiari; ita probat text. notabilis in leg. *In hoc iudicio*, ff. *Famil. ercis.* ubi habetur, quòd sententia vel alius actus iudiciarius non potest pro parte valere, & pro parte non; text. in leg. *Dicere*, ff. *de Arbitriis*; textus in leg. *Etiā*, §. 1. ff. *de Minor.* text. in leg. *Carmelia pia*, ff. *de Jure patron.* & utrobique communiter DD. Confirmatur; quia qualitas non potest separari à suo subjecto, ut in leg. *Pomponius*, §. *Cum quis*, ff. *de Acquir. poss.* & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Cumanus in *dist. leg. Pomponius*, §. *Cum quis*, 2. column. Sed, his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò, quòd talis confessio præjudicet confidenti, ut ex ea possit condemnari, nisi probet qualitatem defensionis. Cujus ratio fundamentalis est; quia in delicto homicidii semper præsumitur dolus, ut latius suprà dictum est; ergo ipse delinquens teneatur probare contrarium, & non sit standum suæ assertioni. Confirmatur, quia licet in his, quæ consistunt in propria conscientia & mente alicujus, stetur ejus assertioni cum juramento, ut in cap. *Si verò*, el 2. *de sent. excomm.* & ibi Gloss. ordinaria, & communis opinio: text. in cap. *Pastoralis*, de *except.* & ibi DD. Gloss. ordinaria in §. *Sed iste quidem*, de *actio. in glos. magna in medio*, & ibi communiter DD. Glos. in leg. *Atqui natura*, §. *Cum me absente*, ff. *de Negot. gest.* Glos. in leg. *Si cui*, §. 1. ff. *de Accusat.* Gloss. in cap. *Si diligenti*, de *præs.* Glos. in cap. *Significasti*, el 2. *de Homicidio*, & utrobique communiter DD. tamen, si præsumptio juris militat contra ipsum, non statur ejus-assertioni, etiam cum juramento: ita tenet & declarat Bartol. in leg. *Inter omnes*, §. *Recte*, ff. *de Furtis*, 1. column. & ibi communiter DD. pro quibus facit text. in leg. *Si non convicii*, Cod. *de Injur.* text. in cap. *Vidua*, de *Regularibus*, text. in cap. *final.* *Qui matrim. accus. pos.* & ex isto fundamento & ratione istam principalem sententiam

& conclusionem, scilicet, quòd reus accusatus vel inquisitus possit condemnari ex tali confessione sua qualificata, nisi probet se fecisse ad suam defensionem; tenet singulariter Bartol. in leg. *Aurelius*, §. *Idem quæsi*, ff. *de Lib. legat.* 2. column. num. 2. & ibi Alexand. in *Addit.* suis, Bald. in leg. *Unica*, Cod. *de Confessis*, 10. column. num. 42. idem Bald. in *capit. Dudum*, de *Electio. antepenult. col. num. 35.* Imol. in leg. *Decem*, ff. *de Verbor. oblig. penult. column. in fin.* & ibi Alex. & alii DD. idem Alexand. in leg. 1. §. *Si quis simpliciter*, eod. tit. 2. column. num. 7. Angel. de Aret. in *tract. Malef.* in parte, *comparent inquisiti & partim negant. & partim confitentur*, 2. column. & ibi ejus additionator, Abbas Panormitan. in cap. *Convenissent*, de *Instit.* 2. column. num. 7.

Unum tamen est: quòd isto casu ex tali confessione non debet puniri pœna ordinaria delicti, sed minori pœna ordinaria; quia cum talis condemnatio procedat ex quadam præsumptione, quam habet delinquens contra se, meritò non debet sibi imponi ordinaria. Nec obstat si subtiliter replices, quòd semper reus delinquens deberet excusari, saltem à pœna ordinaria; cum semper & regulariter delictum præsumatur commissum dolo, ut in leg. 1. *Cod. ad legem Cornel. de Sicar. cum similib.* ergo licet constet per veras & legitimas probationes, non deberet puniri pœna ordinaria. Quia respondeo, quòd illud est verum & procedit, quando constat de delicto per veras & legitimas probationes, non elisas aliqua exceptione, vel qualitate; sed cum in nostro casu constet de delicto per solam confessionem partis, & illa non sit pura, simplex, & absoluta, sed qualificata, & modificata, dicendo, fecit ad sui defensionem; probatio redditur dubia & incerta; unde meritò pœna non debet imponi ordinaria. Et certè ista est vera & perfecta declaratio & intelligentia hujus articuli, & in terminis ita tenet Abbas Panormit. in cap. *Auditis*, de *præscription. penult. col. num. 32.* & illud dictum sequitur, & reputat unicum, & non alibi Felin. ibi, col. 16. num. 30. idem Felin. in cap. *Significasti*, el 2. *de Homicid. pen. col. in fin.* idem Felin. in cap. *Cum venerabilis*, de *except.* 4. col. num. 15. idem Felin. in cap. *Afferte*, de *præsumption. penult. colum.* reputat etiam mirabile Augustinus de Arimini in *Addit.* ad Ang. de *Malefic.* in parte, *comparent inquisiti, & partim confitentur*, 3. column. idem Augustinus in parte *de anno presentis*, vers. *Tamen in hac materia*, reputat etiam singulare & quotidianum in practica Jas. in leg. *Ut vim*, ff. *de Just. & jure* 3. column. in fin. Hippolytus de de Marsil. in sua *Practica*, in §. *Postquam*, 4. col. num. 24. ubi dicit, quòd per hoc evasit quidam à pœna mortis:

Idem

Idem Hippolytus in leg. *Repet. ff. de Question. 6. column. num. 3.* idem Hippolytus in *Consiliis suis, consil. 53. final. column.* Thomas de Ferraria in *Cautelis suis, cautela 5.* reputat etiam mirabile Palacios Rub. in *Repet. cap. Per vestras, de donat. inter virum & uxor. 4. fol. column. 3. versic. Ex his.* Et istam opinionem ego sequor; licet Socin. in leg. 1. ff. *Si certi. petat. 5. column. num. 15.* teneat contrarium in puncto juris: Idem Socin. in leg. *Non utique. ff. de Except. final. column.* Philippus Decius in leg. *Ut vim. ff. de Justit. & jur. 7. column. numer. 20.* Et ex hoc ego, licet indignus eripui quendam pauperem a pœna mortis: nam fuit infamatus ab alio, quod de nocte dum dormiret secum in lecto, commissit cum eo peccatum nefandum contra naturam; & fuit positus in tortura, & confessus fuit, quod in somnis, dum cogitaret quod accedebat ad quandam mulierem, accessit ad illum tanquam ad feminam, sed non deliberatè & in sana mente: & viso processu, dixi, & judicem informavi, quod nullo modo erat sibi imponenda pœna mortis ordinaria; cum non potuit constare veritate aliter quàm per suam confessionem qualificatam; & tandem maximo labore & diligentia obtinuit.

27 Item adde, quod reus accusatus, vel inquisitus de homicidio, poterit probare se fecisse ad suam defensionem, per conjecturas, & præsumptas probationes, quæ judicis arbitrio relinquuntur; quia contra dolum præsumptum contraria probatio præsumptiva sufficit, argumento textus junctâ Glossa ordinaria in leg. 1. *Cod. ad leg. Cornel. de Sicar. in cap. 1. de Præsumpt.* & tenent Bald. in leg. *unic. Cod. de Confessis, column. 12. numer. 46.* & Jas. in leg. *Ut vim, de justit. & jur. 2. column. numer. 7.* Imò, quod magis est, hoc casu testes deponentes de credulitate sufficienter probant; ita singulariter determinant Jas. in *Rubrica. ff. de Jurejurand. 3. column. num. 7.* Hippolytus de Marsil. in *Rubrica. Cod. de Probat. 3. column. num. 10.* Philippus Decius in leg. *Ut vim. ff. de Justit. & jur. 6. column.* Item etiam hoc casu admittuntur testes consanguinei, affines, domestici, & familiares: ita singulariter tenet Spec. post Doctorem antiquum, quem allegant in *titul. de Inquisitione. §. 1. versic. Sed nunquid. 4. colum. num. 22.* Bald. in leg. *Parentes. Cod. de Testib. & ibi Salycet. Angel. de Aretin. in §. 1. Instit. de Grad.* idem Angel. in *tractat. Males. in parte, & dicitur Titius se defendendo. 5. column.* Jas. ubi reputat singulare in *rubric. ff. de Jurejur. 3. col. num. 7.* idem Jas. in leg. *Sed & si quis. ff. Si quis cautio 2. column.*

28 Tertius casus, in quo homicida excusatur in totum, vel in parte, est, quando offensus

vel vulneratus decessit propter culpam & negligentiam adhibitam in cura ejus: ita probat textus in leg. *Qui occidit. §. final. vers. fin. ff. ad leg. Aquil. & in terminis ita tenet Glossa singularis in leg. Si ab hostibus. §. fin. ff. Solut. matrimon. quam ibi ad hoc notant & commendant Bald. Imol. Alexand. Jas. & communiter Moderni, & reputat singularem Paulus de Castro: Quo casu, an vulnus esset mortale, vel non, & proficeret cura, vel fuit excessus in ea? statur judicio medicorum: text. est singularis in *Jure, in leg. Semel. Cod. de Re militari, lib. 12. & ibi Bart. & communiter DD. & reputat singularem Imol. in cap. Proposuisti, de probat. facit etiam textus in cap. Significasti, de homicid. Et si quæras, an unus tantum testis peritus sufficiat, vel plures requirantur? Dico, quod si casus contingat in loco, in quo detur copia plurium peritorum, duo vel plures debent intervenire; aliàs verò, si non detur copia eorum, unus tantum sufficit: ita probat textus singularis & unicus in leg. 1. §. fin. ff. de Verbor. obligat. & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, & communiter DD. & reputat singularem & unicum Bald. in leg. *Directus. Cod. de Testament. manum.* idem Bald. in leg. *Judices. Cod. de Sentent. & interlocut. omn. jud.* idem Bald. in cap. *Causam matrimonii, de probat. Felin. in cap. Veniens, de testib. penult. column.* Jas. in *dist. §. fin.* probat etiam text. formalis & expressus in *Authent. de Non alienand. aut permutan. reb. Eccles. §. Quod autem, collat. 2. & ibi DD.***

29 Quæro tamen valdè utiliter & necessariò: si non probetur, quod offensus & vulneratus decessit ex vulnere, vel offensa; & similiter ex adverso non probetur, quod ex culpa vel negligentia adhibita in cura decessit; sed tantum simpliciter probetur, quod vulnus fuit sibi illatum, & post aliquod tempus decessit, an præsumat decessisse ex vulnere, vel non? In quo articulo resolutivè dico & teneo, quod si post vulnus illatum in continenti decesserit, præsumat ex vulnere & ejus occasione decessisse: si verò probetur, quod post vulnus illatum semper & continuò fuit infirmus, & tandem decessit, similiter præsumat ex prædicto vulnere & ejus occasione decessisse: si verò probetur, quod post vulnus illatum fuit perfectè sanus, & salutem recuperavit, & postea superveniat alia infirmitas, & decesserit, non præsumitur ex vulnere & ejus occasione decessisse, sed ex alia infirmitate naturali superveniente; si verò post vulnus illatum probetur mors secuta simpliciter, sine alia majori declaratione vel probatione ab una parte, vel alia; tunc est majus dubium; sed similiter teneo quod præsumat ex vulnere decessisse; quod reputo singulare, & quotidianum, &

per alium non sic declaratum. Et licet ista mea resolutiva doctrina non probetur specialiter aliqua lege, sufficeret ratio naturalis; quia quære legem ubi est ratio naturalis; est infirmitas intellectus, secundum Aristotelem 8. *Phisic. c. 3.* tamen bene probat text. in l. *Ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. text. in l. Si vulnerato, eod. tit. text. in l. Si ex plagis, eod. tit. text. in cap. Continebatur, de homicidio, text. in cap. Significasti, el 2. eod. tit. text. in cap. 2. de Clerico percussore.* Ex quibus venit reprobanda, vel saltem declaranda Glos. singularis & unica, in l. 1. *Cod. de Emendatione servorum*, ubi dicit, quod si vulneratus surgit, & ambulavit super baculo post triduum, non præsumitur decessisse ex vulnere, sed potius culpa & negligentia ipsius vulnerati; quam summè notant & commendant Salyc. & alii DD. & reputat singularem & unicam Ang. de Perus. *ibi*: Quia certè illa Glossa est falsa; quia solum debet attendi, an vulnus fuerit mortale, vel non, & an ex eo & occasione ejus decesserit? Non verò an infra triduum, vel post triduum, vel aliud tempus ambulaverit, vel non, per supradicta. Vel saltem veniat declaranda hoc modo; quod in casu quo sit dubium, an vulnus fuerit mortale, vel non, propter excessus, quos fecerit vulneratus; præsumatur, non esse mortale, quando post triduum, vel aliud breve tempus bene ambulaverit, & ista est intentio & declaratio Angel. & Salyc. *ibid.* ita tenet, & declarat Bald. in l. 1. *Cod. de Ædil. action. pen. col. num. 12.* Bart. quem omnino vide in leg. *fin. ff. ad leg. Corn. de Sicar. penult. col. num. 2.* Abbas, & alii DD. in cap. 2. *de Clerico percussore.* Felinus qui notabiliter loquitur in cap. *Presbyterum, de homicidio, Hippolytus de Marsil. in sua Pract. §. Sed quia. 3. column. num. 16.*

30 Item etiam primò, & principaliter quæro, an ille qui alium offenderit vel vulneravit animo & intentione occidendi, vel ambulaverit, vel insecutus sit eum causa occidendi, sed realiter non occiderit, an teneatur pœna mortis tanquam homicida? In quo notabili & quotidiano articulo dico, quod aliquando quis cogitat & in mente deliberat delinquere; & alium interficere; & si non processit ad aliquem actum percussione, nullo modo tenetur: text. est in leg. *Cogitationis. ff. de Pœnis*, cujus verba sunt: *Cogitationis pœnam nemo patitur*, & ibi notant Glos. ordinaria, Bartol. Alber. & communiter DD. textus in l. 1. §. *Sola cogitatio. ff. de Furti, text. in l. Si quis uxori. §. Nec verbo, eod. tit. text. in leg. Fugitivus.*

ff. de Verborum signif. text. in leg. Sæpè, versic. fin. eodem titul. text. in leg. Si quis testamentum. §. fin. vers. fin. ff. ad legem Aquil. text. in l. Bovem. §. 1. ff. de Ædil. edict. text. in leg. 3. ff. de His qui notant. infam. text. in cap. Cogitationis, & in cap. Cogitatio, de pœnis, dist. 1. Ex quo dicebat Alber. in l. *Quicumque. Cod. de Servis fugit. 2. column.* quod in delictis regulariter tria considerantur, scilicet animus, factum, & delictum: animus, ut quis intendat delinquere: factum, ut sequatur delictum: delictum, ut per legem sit punibile. Quod intellige in foro contentioso; secus verò in foro conscientie; quia si quis animo deliberavit alium occidere; vel offendere, vel alium delictum, vel peccatum committere, statim peccat mortaliter: text. est in cap. *Unum. §. Criminis. 25. dist. & ibi Glossa ordinaria, Archid. & communiter DD. text. in cap. Omnis, de pœnis dist. 1. & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. textus in cap. Sed pensandum. 6. dist. & probatur auctoritate Domini nostri in Evangelio Matth. cap. 5. dicentis: Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo, & habetur transumptivè in cap. *Qui viderit, causa 32. quest. 5.**

Aliquando quis ultra animi deliberationem processit ad actum facti: & tunc in delictis atrocibus tenetur pœna ordinaria, licet delictum non consummavit: unde in nostro casu, si quis alium percussit, vulneravit, vel causa occidendi ambulaverit, tenetur pœna mortis, licet realiter non occiderit, text. est capitalis & expressus in leg. *Is qui cum telo. Cod. ad leg. Corn. de Sicar. cujus verba sunt: Is qui cum telo ambulaverit hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, leg. Cornelia de Sicariis pœna coeretur. text. in leg. 1. ff. eod. tit. text. in leg. Divus Adrianus, eodem tit. text. in leg. Si quis non dicam rapere. Cod. de Episcop. & Cler. text. in §. Item lex Corn. Instit. de publ. judic. & utrobique communiter DD.* Adde tamen, quod hoc casu ista sententia & conclusio de generali consuetudine non servatur; quia reus delinquens non punitur pœna mortis ordinaria, sed mitiori pœna extraordinaria iudicis arbitrio, si delictum non est consummatum, nec homicidium secuutum, licet ad aliquem actum facti processit, ita (G) singulariter tenet Specul. in tit. *de Accusatore. §. 1. col. 6. vers. Quid si 1. argument. text. in leg. Aut facta. §. Eventus. ff. de Pœnis*, & illud dictum sequuntur & valde commendant Ang. Paul. & Moderni

in

(G) Adde latam additionem Chuc. ad Dec. in l. *Non vult hæres esse, in verb. Necessitas. ff.*

de Reg. jur. & quæ non diligenter observamus in thes. recept. sent. in verb. Voluntatem, n. 70.

in leg. 1. §. fin. ff. Quod quisque juris, Bald. *in leg. Si fugitivi. Cod. de Servis fugitivis. 1. column. num. 3.* Cynus *in dict. leg. Is qui cum telo. Cod. ad leg. Cornel. de Sicar. 2. column. in medio*, & ibi Faber. *in Breviario. 1. column.* tenet etiam & reputat notabile Salycet. ibi *2. column. in fin.* non allegando Specul. sed allegando Bald. qui illud tenebat in voce legendo: Nicol. de Neapol. *in §. Item lex Cornel. Institut. de Publ. jud.* tenet etiam & reputat mirabile Augustinus *in Addit. ad Angel. de Malef. in parte, & ex intervallo, penult. column.* idem Augustin. *in parte in platea communi, final. column.* Jason. *in rubr. Instit. action. penult. col. num. 31.* Hodie tamen in nostro regno hoc intellige & declara, ut procedat & habeat locum quando quis ambulaverit causa alium occidendi, vel processit ad actum facti, & realiter percussit, & intulit sibi aliquod vulnus, ex quo non fuit secuta mors sine prodicione, vel insidiis; secus verò si percussit, vel vulneravit alium proditoriè, vel alevosè, vel præcedentibus insidiis; vel habito prius consilio, tractatu, vel elloquio super hoc; quia tunc propter illam qualitatem, per quam tollitur defensio ipsi vulnerato & offenso, aggravatur pœna, & tenetur delinquens pœna mortis ordinaria, licet realiter non occiderit: ita expressè disponit *lex 2. tit. 13. lib. 8. Ordin.* quæ sic quotidie in isto regno practicatur; & illa decisio potest confirmari, quia qualitas prodicionis, vel alevosæ semper aggravat delictum, text. est *in cap. 1. §. Porro quæ fuit prima causa beneficii amittendi*, & ibi DD. text. *in cap. 1. §. Si voluerit, de capitaneo, qui curiam vendidit, in lib. 2. Feudor.* & ibi communiter DD.

* Et istud casum habui de facto in hac civitate Salmanticensi: nam quidam vicinus alterius, nulla vel levissima causa interveniente, quadam nocte cum quibusdam sociis aggressus est domum alterius, & clamavit; & dum esset in lecto & clausis portis, aperuit eam, & atrociter eum verberavit, & pudibunda per vim abscidit: & certè, si essem iudex, imponerem pœnam mortis; & cum essem advocatus pauperum, nolui pro eo patrocinari. Simpliciter etiam iste casus postea mihi contigit in quodam servo hujus civitatis, & quadam famula; quia inter se convenerunt dominam interficere cum veneno, & datum fuit in prandio, & ipsa non fuit mortua; sed nolui patrocinari.*

Aliquando verò ultra animi deliberationem processit quis ad actum facti in delictis non atrocibus nec gravissimis; & tunc non tenetur pœna ordinaria, si delictum non consummavit, sed mitius punitur iudicis arbitrio: ita probat textus *in leg. 1. §. final. ff. Quod quisque juris*: & ibi tenent Glossa ordinaria & communiter DD.

& per illum textum ita etiam tenent Glossa ordinaria & communiter DD. *in leg. Si quis non dicam rapere. Cod. de Episc. & Cler.* probat etiam textus *in leg. 1. ff. de Extraordin. crimin.* & ibi communiter DD.

Item etiam juxta prædicta utiliter & necessariò quæro: Si quis est offensus & vulneratus taliter, quòd ex illo vulnere speratur mori, an possit reus delinquens accusari tanquam homicida ad pœnam mortis? In quo breviter & resolutivè dico, quòd de jure communi, si vulneravit animo occidendi, benè potest statim accusari tanquam homicida; quia non requiritur effectus consummatus: sed attenda hodie generali consuetudine, secundum quam requiritur, quod sequatur mors, & secundum jura nostra regia, quæ expressè hoc volunt; non potest delinquens tanquam homicida accusari, antequam realiter offensus moriatur; cum ante non dicatur data actio, vel accusatio: argumento text. *in leg. Cedere diem. ff. de Verborum significat. & in leg. In illa stipulatione, & in leg. Hoc jure, de verbor. oblig. cum materia*: & in expressò ita tenet Bart. *in leg. Damni infecti. §. Sabini sententia. ff. de Damno infecto. 2. column. num. 4.* & ibi Angel. de Perus. Paul. de Castr. Imol. Cuman. Roman. & communiter DD. Anania, *in cap. Significasti, el 2. de Homicid. 2. column.*

Majus tamen dubium est: Si reus delinquens tantum est accusatus de vulnere, & pendente accusatione & processu offensus moriatur, an possit tanquam homicida condemnari ad pœnam mortis? Et breviter & resolutivè dico, quòd si accusatio fuit proposita tanquam de vulnere illato animo occidendi, benè potest sequi condemnatio de rigore juris; argumento textus *in dict. l. Is qui cum telo. Cod. ad leg. Corn. de Sicar.* aliàs verò, si tantum fuit proposita simpliciter de vulnere, non potest sequi condemnatio, sed requiritur novus processus & accusatio, quia mutatur species & qualitas delicti, & pœna ejus; argumento textus *in leg. Si vulnerato. ff. ad leg. Aquil.* Item etiam, quia non esset sententia conformis libello, nec super re & causa in Judicium deducta; argumento, text. *in leg. Habebat. ff. de Institoria, & in leg. fin. Cod. de Fideicom. liber.* & idem esset hodie attenda generali consuetudine, vel attenda dispositione nostrarum legum regni, quibus requiritur quòd realiter sequatur mors; quia non potest sequi condemnatio de homicidio, si tantum fuit accusatus de vulnere. Quòd tamen intellige, præterquam si accusatio vel inquisitio comprehendat etiam casum mortis; quia proposita est de vulnere: asserendo esse mortale, vel hoc acto, & protestatione facta, quòd si sequatur mors, puniatur reus pœna mortis: nam tunc, secuta morte pen-

den-

dente processu & accusatione , potest licitè condemnari tanquam homicida ad pœnam mortis; quia quando jus supervenit actori , vel accusatori ex causa de præterito, benè confirmatur actio vel accusatio proposita: textus est notandus & expressus in leg. *Si rem alienam*, leg. 1. §. final. ff. de Pign. act. & tradunt plenè Bart. Paul. & communiter DD. in leg. *Non potest videri*. ff. de Judic. & in expressò ita tenent & declarant Bartol. post Antiquos in dist. leg. *Damni infecti*. §. *Sabini sententia*. ff. de Damno infecto, column. 2. num. 6. & ibi Alberic. Paul. Imol. Roman. & communiter DD. Joan. Andr. in *Addit. ad Spec. in tit. de Inquisitione, super Rubric. Florian. in leg. Si vulnerato*. ff. ad leg. Aquil. Bald. in leg. 4. ff. de Jure dot. Ang. de Malef. in part. in platea, penult. column. idem Angel. in part. una alia percussione. 1. column. Imò, quod magis est, hoc casu non posset valere processus super injuria, nec ad hæredes transire; sed agendum esset lege *Cornelia de Sicariis*, argumento textus in leg. *Prætor & dixit*. §. *Si dicatur*. ff. de Injuriis, de quo articulo latiùs in delicto Injurie dico.

* Advertendum tamen quòd prædicta debent intelligi, quando mors esset secuta pendente processu, & accusatione, ante sententiam diffinitivam latam. Sed dubium maximum est, quid sequatur post ipsam sententiam diffinitivam latam ante executionem, vel post executionem? vide omnino suprà, in cap. 1. num. 26. & 27. & infrà in cap. 6. de Injur. num. 14. *

32 Item etiam secuudò & principaliter quæro, si quis occidat posthumum nondum natum, sed existentem in ventre matris suæ, an teneatur pœna mortis, sicut si vivum & natum interficeret? Et resolutivè dico, quod si quis mulieri prægnanti poculum dedit, vel quid aliud dolo fecerit, ex quo abortus secutus est, & sic posthumus decessit postquam anima erat ei infusa; tunc tenetur pœna mortis; & si pater, mater, vel ascendens illud fecerit & commiserit, tenetur pœna parricidii: text. est in leg. *Si quis aliquid*. §. *Abortionis*. ff. de Pœnis, text. in l. pen. Cod. ad leg. *Cornel. de Sicar.* & utrobique communiter DD. Si verò anima nondum erat ei infusa, non tenetur pœna mortis, sed pœna arbitraria: textus est notabilis, qui sic debet intelligi, in leg. *Mulierem*. ff. ad legem *Corneliam de Sicar.* text. in leg. *Cicero*. §. 1. ff. de Pœnis, cujus verba sunt: *Sed & si quam visceribus suis post divortium, quia prægnans fuit, vim intulerit, ne jam inimico marito filium procrearet, ut temporali exilio coerceatur, ab optimis Imperatoribus nostris rescriptum est*, textus in leg. *Divus Severus*. ff. de *Extraord. crimin.* & utrobique communiter DD. cujus ratio potest esse: quia quod nondum

vivit, mori non potest: Item, non dicitur homo ante infusionem animæ, cum ex corpore & anima componatur & formetur, ut in cap. *In quadam, de celebrat. Missar.* cujus verba sunt: *Nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum conjunctione verus homo subsistit, & talis anima rationalis dicitur infundi in masculo post quadraginta dies, in fœmina vero post nonaginta dies, secundum Aristotelem, lib. 7. de Historia Animalium, c. 3. & secundum Avicenam Medicorum Principem in cap. Non de animalib. & secundum Beatum Augustinum in Questionibus suis, quest. 54. & quòd ex corpore & anima verus homo & creatura subsistat, tenet Aristot. in 2. de Anima, & in cap. 1. de Partibus animalium: & in expressò istam sententiam & conclusionem tenent Glossa ordinaria in leg. *Divus Severus*. ff. de *Extraord. crimin.* & ibi Bartol. Alber. Angel. & communiter DD. antiq. Glossa ordinaria in leg. penult. Cod. ad legem *Corn. de Sicar.* & ibi Jacob. Bald. Salyc. & communiter DD. Alber. qui notabiliter loquitur in leg. *Qui in utero*. ff. de *Statu hominum*. 3. column. vers. *Si autem quaeritur*. Glossa ordinaria in cap. *Sicut de Homicidio*, & ibi Abbas, Cardin. & communiter DD. in cap. *Si aliquis, eodem titul.* Bonifacius in tractat. *Malef. in titul. de Homicidio*. 1. column. in medio Angel. de *Malef. in parte, & ex intervallo*. 4. column. versic. *Quid si quis faciat*, & ibi ejus additionator: Hippolytus de Marsil. in leg. *Si mulierem*. ff. ad legem *Corn. de Sicar.* Summa Angelica in verba *Homicidium*. 4. column. versic. *Utrum sibi homicida*, & idem expressè disponit, lex 8. titul. 8. part. 7.*

Quod primò extende, ut procedat & habeat locum in casu dubio, quando non possit constare, an anima fuerit infusa, vel non: quia delinquens tenetur pœna mortis, nisi prober negativam; cùm dederit operam rei illicitæ: & in terminis ita tenent Anania in dist. cap. *Sicut de homicidio*, & ibi Cardin. & alii DD. argumento textus in cap. *Ad audientiam*, & in cap. *Significasti*, el 2. & in cap. penult. eodem titul. Sed ego teneo contrarium, argumento text. cum ratione in leg. *Absentem*. ff. de Pœnis, & in leg. *Interpretatione*, eodem tit. Et jura prædicta, in quibus fundantur Doctores suprà allegati, loquuntur quoad irregularitatem, non verò quoad pœnam corporalem: & ita videtur tenere Spec. in tit. de *Dispensatione*. §. *Iustè*, antepen. column. versic. *Item qui hominem*.

Secuudò extende, etiamsi monstruosum hominem vel posthumum occiderit: ita Bald. in leg. *Quod dicitur*. ff. de *Liber. & posthum.* argumento illius textus. Quod tamen intellige, quando membra erant diminuta, vel ampliata; ut quia ha-

habebat unum brachium, vel plura brachia, vel haberet unum pedem, vel plures pedes, unum digitum, vel plures digitos: secus verò si non esset in forma humana, quia haberet caput animalis bruti, vel quid simile: ita Bald. Angel. Paul. Imol. & communiter DD. in dist. 1. Quod dicitur, ff. de Liber. & posthum. argumento text. in leg. Non sunt liberi, ff. de Statu homin. & in leg. 3. Pen. Cod. de Posthum. hered.

33 Dubium tamen est: Si quis dederit alicui poculum amatorium, non animo occidendi, sed causa amoris, vel libidinis; & recipiens moriatur, an teneatur pœna mortis? Et resolutivè dico quòd sic: text. est notabilis in leg. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de Pœnis, cujus verba sunt: Qui abortionis aut amatorium poculum dant, & si dolo non faciunt, tamen, quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur; honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur: quòd si ex ea mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiantur, & ibi Glos. ordinaria, Bartol. & communiter DD. licèt Alber. ibi in fin. videatur dicere, quòd mitiùs puniatur, ex eo quòd non fecit dolo, animo occidendi: sed quidquid dicat, textus est ibi formalis contra eum. Nec obstat textus in leg. Cornelia, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. cum similib. ubi habetur, quòd nunquam debet imponi pœna mortis, quando homicidium committitur sine dolo: Quia in præsentī casu intervenit dolo, saltem implicitus, ex eo quòd fecit rem illicitam dando poculum amatorium, ex quo verisimiliter potuit sequi mors: unde meritò tenetur pœna mortis; & facit bonus textus, in cap. fin. de Homicidio. Si verò sine dolo, causa amoris liciti, vel causa conceptionis dederit poculum, quo mors secuta est; ille qui dedit non tenetur pœna ordinaria, sed tantùm pœna relegationis, vel extraordinaria judicis arbitrio: textus est in leg. 3. versic. Sed ex senatusconsulto, ff. ad leg. Corn. de Sicar. cujus verba sunt: Sed ex senatusconsulto relegari jussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat decesserit. Imò, quod magis est, licet ex poculo non sit secuta mors, nec aliquod damnum, ille qui dedit deberet puniri extra ordinem, judicis arbitrio: quia satis est quod ex eo potuit sequi mors, vel grave damnum, & in se est res illicita, & mali exempli: ita

probant prædicta jura. Ex quibus collige, quòd omne illud quod in se continet malum & iniquum exemplum in republica, potest, & debet per judicem puniri.

34 Item (H) principaliter quæro: Si quis voluit occidere Titium inimicum suum, & erravit in persona, quia occidit Cajum, credens esse prædictum Titium inimicum suum; an teneatur pœna mortis, tanquam homicida? Et videtur quòd non; quia respectu ipsius occisi non habuit dolum, neque animum delinquendi, quod principaliter requiritur in hoc delicto, ut in leg. Cornelia, ff. ad legem Cornel. de Sicar. cum similib. Item, quia omnis actus ex errore factus nunquam nocet gerenti, sine consensu, ut in leg. Si per errorem, ff. de Jurisdic. omn. jud. Item, dolo vel contumacia circa unum, non porrigitur ad alium, ut in leg. Fulcinus, quid ergo, versic. Quod si adversus, ff. Quibus ex caus. in pos. eat. Sed breviter, hoc non obstanti, contrarium est tenendum, imò, quòd teneatur pœna mortis, tanquam homicida: quia ibi verè & realiter consensit delinquens, licèt erravit in persona; & dolo & animo, quem habuit respectu corporis occisi, sufficit: ita probat textus singularis in jure in leg. Eun. qui nocentem, §. fin. in principio, ff. de Injuriis, cujus verba sunt: (Si injuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cum sim Cajus Seius prævalet quòd principale est, injuriam eum mihi facere velle: nam certus sum ego, licet ille putet me alium esse, quam sim, & ideò injuriarum habeo actionem) & ad hoc illum text. notant & commendant ibi Bart. Alber. Ang. de Perus. & communiter DD. antiqui: idem Bart. in leg. Divus, ff. ad legem Cornel. de Sicar. 2. column. & 2. quæst. Bartol. in leg. Si per errorem. 1. column. 2. oppos. ff. de Jurisdic. omn. judic. & ibi communiter DD. & illum text. ad hoc notat & commendat Alber. in leg. Quicumque. Cod. de Serviis fugit. 1. column. in fin. & ibi Salycet. 2. column. in princip. Bald. in leg. Si quis non dicam rapere, Cod. de Episcop. & Cleric. penult. column. num. 9. Alber. in leg. Item Mela, §. Sed si plures. 2. column. in fin. ff. ad legem Aquil. & ibi Flor. 3. column. in fin. Anchar. de Anania in cap. fin. de His qui filios occidi. Bonifac. in tract. Malefic. in tit. de insultu, & percussione, 8. column. vers. Sed quid si percussi, facit etiam bonus text. in leg. fin. Cod.

Un-

(H) Videto hac de re Placam, leg. 1. De lib. capit. 27. Cramman. cons. 5. Jul. Clar. in pract. §. Homicidium, vers. Dicunt etiam, & in §. ult. quæst. 77. vers. Sed quid si aliquis & intellige non solum mitiorem, sed & numero suf-

fragantium potioem videri opinionem, quæ hac in specie statas ordinariasque pœnas infringit, atque imminuit; etsi de jure contraria verior atque antiquior sit habenda.

Unde vi, in leg. Doli, §. 1. de Servo corrupto, text. in leg. Aut qui aliter, §. Si quis dum putat, ff. Quod vi qui clam. textus in leg. Falsus, §. Qui alienum, ff. de Furtis, textus in leg. Si postulaverit, §. Si liber homo, ff. de Adulter. text. juncta Glos. ordinaria & communi opinione in cap. Si vero, el 2. de Sentent. excomm. Ex quibus collige, & perpetuò nota, quòd in hoc delicto homicidii sufficit dolus in genere, licet non sit commissus in specie: & interminis ita tenet Bald. in leg. Si quis non dicam habere, Cod. de Episc. & Cler. penult. column. num. 9. post Joan. Andr. quem ipse allegat in cap. Cum quis, de regul. jur. & certè probant apertè jura superiora. Neque obstat text. in leg. Illud, §. fin. ff. de Injur. & in leg. Si cum servo, eod. tit. ubi habetur, quòd si quis velit offendere & percutere servum proprium, & ex errore vel casu alium percussit, non tenetur: Quia ibi non erat dolus, nec dabat operam rei illicitæ; unde meritò non tenetur: ita tenent & declarant ibi Bart. Alber. Angel. & communiter DD. Nec obstat si replices de textus, in leg. Scientiam, §. Qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. ubi si quis, se defendendo ab aliquo, tertium prætereundem vel mediatorem percussit, tenetur lege Aquilia ad interesse. Quia in illa actione non requiritur dolus, sed tantum culpa; unde tenetur ita demum si aliqua culpa ei possit imputari, aliàs non; & secundum Angel. in dict. leg. Si cum servo, ff. de Injur. & secundum Decium, in leg. Ut vim, ff. de Just. & jure, 5. column. num. 12.

35 Et ex superioribus infertur ad quæstionem valde difficilem & necessariam: Si fortè quis voluit offendere vel occidere Titium inimicum suum, quem benè cognovit, & in ejus persona non erravit, tamen casu offendit vel occidit Seium, ibi proximè stantem vel prætereundem, vel fortè mediatorem inter eos causa pacis & concordia, ut quotidie fit; an talis homicida teneatur pœna mortis? Et videtur quòd non teneatur; quia non fuit in dolo circa offensum, vel occisum, nec habuit consensum in illo delicto: Item etiam per text. in leg. Illud, §. fin. & in leg. Si cum servo, ff. de Injur. ubi disponitur, quòd si quis voluit percutere vel offendere servum, proprium, & casu percussit alium proximè stantem, vel prætereundem, non tenetur aliqua pœna: per quæ jura istam quæstionem movet Bartol. in dict. leg. Si cum servo, & relinquit indecisam. Sed, his non obstantibus contrarium videtur de jure verius imò, quòd teneatur pœna mortis, tanquam homicida: ita probat textus singularis in leg. Eum qui nocentem, ff. de Injuriis, & jura quæ supra proxima quæstione in confirmationem allegavi: per quem text. ita tenet Bart. in leg. Respiciendum, §. ff. fin. de Pæn.

final. quæstion. Salycet. licet non alleget illum text. nec auctoritatem Bartol. in leg. Quoniam multa facinora, Codic. ad legem Juliam, de vi, 2. column. in fin. & ibi Angel. de Perus, 3. col. vers. Ex quo collige. Joannes Igneus in leg. 1. §. Servi appellatione, ff. ad Syllan. 54. column. num. 129. Joann. Anan. in cap. final. de His qui filios occid. 3. column. Unum tamen est: quòd talis homicida non tenebitur pœna mortis ordinaria, sed tantum pœna extraordinaria judicis arbitrio; quia saltem respectu ipsius offensi & occissi non intervenit dolus, nec animus delinquendi; & in terminis ita tenet Angel. de Perus. in dict. leg. Si cum servo, ff. de injuriis. Alexand. de Imol. in addit. ad Bartol. in dict. leg. Respiciendum, §. fin. ff. de Pœnis, Jas. in leg. 1. ff. de Legibus, 3. column. num. 18. idem Jas. in leg. Clam possidere, §. Qui ad nundinas, ff. de Acq. posses. 14. column. num. 57. idem Jas. in leg. Si pater, Cod. de Hæredit. Instit. 3. column. idem Jas. ubi reputat singulare, & refert se per hoc liberasse quendam à magno discrimine, in leg. Si per errorem, ff. de Jurisdic. omn. jud. 4. col. num. 17. Anania sibi contrarius in cap. 2. de Maleficis, 12. column. Bonifacius in tract. Malef. in tit. de insultu, & percussioni, 8. colum. vers. Sed quid dum velles, Platea in §. Item lex Cornelia de Sicaris, Institut. de public. judic. 3. col. in medio. Sed certè in puncto juris prima opinio Bartol. & sequacium est verissima, & judicio meo sine dubio; cum talis homicida verè fuit in dolo, & dabat operam rei illicitæ: Sed quia secunda opinio est æquior, & à tot & tantis Doctoribus approbata, esset tenenda in practica, argumento illius rationis laudabilis quam ponit text. in leg. Absentem, ff. de Pæn. cujus verba sunt: Sanctius est nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, & jam ego in causa ardua mihi commissa practicavi: & pro ea facit benè lex 6. tit. 15. 7. part. & l. 14. tit. 13. lib. 8. Ordin. Advertendum tamen, quòd si non daret operam rei illicitæ, offendendo vel occidendo aliquem contra juris dispositionem; sed in casu licito & à jure permissio, si quis vellit & intendat offendere vel occidere aggressorem suum, quando ab eo sit provocatus, vel postquam fuerit ei datus pro inimico, secundum formam text. in leg. 76. in legibus Tauri: si fortè tunc prætereundem, vel mediatorem casu occiderit, non teneretur; sed veniret absolvendus, argumento præditorum jurium: quæ tantum loquuntur eo casu, quo homicida de jure non poterat adversarium occidere, nec offendere: ergo secus erit in nostro casu, quando licitè & justè poterat illum ex aliqua causa occidere, vel offendere: & in terminis ita ten. Joann. Igneus in leg. 1. §. Servi appellatione, ff. ad Syllan. 54. colum. num. 130. ubi benè loqui-

quitur & fundat. Nec obstat text. expressus & terribilis in *l. Scientiam*, §. *Qui cum aliter*, vers. *Sed si defendendi*, ff. ad leg. *Aquil.* ubi disponitur, quòd si quis dùm se defenderet ab aliquo provocante, prætereuntem vel mediatorem offenderit, vel occiderit, tenetur & debet puniri, cujus verba sunt: *Sed si defendendi mei causa, lapidem in adversarium missero, & non eum, sed prætereuntem percussero, lege Aquilia tenebor.* Quia ille textus debet intelligi, quando defensor erat in aliqua culpa in modo & excessu defensionis: quod patet, quia tenetur lege *Aquilia*; ergo necessariò præsupponendum est, quòd fuit in aliqua culpa saltem levissima, quæ in illa actione venit & consideratur, ut in leg. in *l. Aquilia & levissima culpa venit*, ff. ad leg. *Aquil.* undè patet & probatur ex modo & qualitate defensionis, de qua in illa lege, quia de longè projectebat lapides in adversarium, ideò meritò ex illa lege tenetur: & in expresso ita tenet & declarat Phil. Dec. in leg. *Ut vim*, ff. de *Just. & jur.* 5. col. num. 12. & ante eum Ang. de Perus. in *dict. leg. Si cum servo*, ff. de *Injuriis*. Quod perpetuò tene mente, tanquam notabile & quotidianum.

36. Item quartò principaliter quæro, si plures occiderunt vel percusserunt aliquem, an omnes teneantur, vel quis? Et quia articulus est necessarius & quotidianus, volo magistraliter declarare per veras & resolutivas conclusiones. Prima conclusio: Si plures ex dolo & proposito processerunt contra aliquem, & eum occiderunt, omnes simul tenentur pœna mortis tanquam homicidæ, modò omnes eum percusserint, modò aliqui eorum, modò unus tantùm: ita probat textus à contrario sensu, in leg. *Si in rixa*, ff. ad leg. *Corn. de Sicar.* & ibi tenent Glos. ordinaria, Bart. Angel. de Perus. & Hipp. de Marsil. Spec. in tit. de *Homicidio*, 1. column. vers. *Pone, quod quatuor homines*. Platea in §. *Item lex Corn. de Sicar. Instit. de Public. judic. fin. col. Fel. in cap. Significasti*, el 2. de *Homicidio*, 4. col. num. 10. probat etiam text. in *cap. fin. 23. quæst. fin.* & idem expressè disponit *lex 57. in ll. stilli*. Nec obstat si dicatur, quòd licèt quis procedat contra alium animo occidendi, si tamen de facto non occidat, non tenetur pœna mortis, saltem ex generali consuetudine, ut suprà dictum est: ergo in nostro casu illi qui non percusserunt, non teneantur pœna mortis. Quia respondeo, quod illud procederet quando non esset secuta mors; sed in nostro casu & quæstione verè & realiter est secuta mors, & unus alteri præstitit favorem & auxilium, & est perinde ac si omnes mortem intulissent, ut in leg. *unica*, vers. *Sin autem*, Cod. de *Raptu virginum*, & in leg. *Is qui opem*, ff. de *Furtis*, & in leg. *Furti*, §. *Ope*, eod. tit.

Secunda conclusio, si plures non ex propo-

sito, sed mota inter eos rixa occidunt aliquem, & constat quòd unus eorum percussit, alii verò non, ipse solus tenetur: & idem est si unus eorum dedit vulnus mortale, alii verò dederunt alia vulnera levia, & non mortalia; nam ipse solus tenetur de morte, alii verò tenentur tantùm de vulneribus: textus est singularis & expressus in *dict. leg. Si in rixa*, ff. ad leg. *Corn. de Sicar.* cujus verba sunt: *Si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscujusque in hoc collecto- rum contemplari oportet*, & ibi tenent Glos. ordinaria, Bart. & communiter DD. Salyc. in leg. *Quoniam multa facinora*, Cod. ad leg. *Jul. de vi*, 6. column. num. 23. Gandin. in tract. *Malef. in rubr. de homicidiariis*, 5. column. vers. *Item hæc omnia intelligas*. Bonifacius in tit. de *Insultu & percussione*, 7. column. in medio, & idem expressè disponit prædicta *lex 57. in legibus stilli*. Unum tamen est: quòd si nullum vulnus de per se esse mortale, sed omnia simul juncta sic, ex quibus est causata mors; omnes tenentur tanquam homicidæ, & invicem inter se auxilium præstantes: ut probat textus in *dicta leg. Si in rixa*. juncta communi opinione.

Tertia conclusio: Si constat quòd omnes illi plures percusserunt, quia offensus habet tot vulnera, quot sunt personæ delinquentium; sed unum tantùm vulnus est mortale, & non apparet, nec constat, quis illud dedit, vel intulit; tunc omnes tenentur pœna mortis: ita probat textus notabilis in leg. *Item mela*, §. *Sed si servum plures*, ff. ad leg. *Aquil.* cujus verba sunt: (*Sed si servum plures percusserint, utrum omnes quasi occiderint, teneantur videamus; & si quidem apparet cujus ictu perierit ille, quasi occiderit tenetur: quòd si non apparet, omnes quasi occiderint, Julianus ait teneri.*) & per illum textum ita tenet Glos. ordinaria in *dict. leg. Si in rixa*, & ibi Bartol. 3. column. in medio, & communiter alii DD. Dynus. in *regula in obscuris*, final. column. & quæst. de *Regul. jur.* in 6. Alber. in leg. *Si is qui cum telo*, Cod. ad leg. *Corn. de Sicar. in fin.* Ang. de Perus. in leg. *Quoniam multa facinora*, Cod. ad leg. *Jul. de vi*, 2. col. in fin. Platea in §. *Item lex Corn. de Sicar. Instit. de Publ. jud. final. column.* Aug. in *Addition. ad Angel. de Malef. in parte Andream auxiliatorem*, penultim. column. Paul. Grilland. in tractat. de *Relaxatione carceratorum*, in rub. de *absolutione innocentis*, 6. quæst. 4. volum. Archidor. in *cap. fin. 23. quæst. fin.* Anania in *cap. Significasti*, el 2. de *Homicidio*, 1. column. in fin. idem etiam probat textus in leg. *Ita vulneratus*, vers. *Idemque*, ff. ad leg. *Aquil.* textus in leg. 1. §. *final. cum leg. seq. ff. de His qui dejer. vel effu'er.* textus in leg. 2. §. *Si quis*, & in leg. 4. §. *Hoc edicto*, ff. de *Vi bon. rap.* & in expresso ita disponit

lex 57. in legib. stilli. Sed attende, quòd prædicta jura communia loquuntur in actione & pœna civili pecuniaria, non verò in criminali: unde teneo, quòd isto casu nullus debet puniri pœna mortis, sed pœna extraordinaria judicis arbitrio, cum ictis uniuscujusque debeat contemplari, & ignoretur quis intulit vulnus mortale, ut *in dict. leg. Si in rixa.* & in expressò ita tenet singulariter Alb. *in dict. l. Item mela, §. Sed si servum plures*, dicens ita fuisse determinatum in civitate Mutinæ de consilio Doctorum Bononiensium: idem Alb. *in dict. l. Si in rixa, 2. col. Cyn. in l. Quoniam multa facinora, Cod. ad leg. Jul. de vi, Gandin. in tract. Malef. in tit. de Homicidiariis, 4. col. Bonifac. in tit. de Insultu, & percussione, 7. col. vers. Sed quid in rixa.* Alex. notabiliter & melius quam alibi, *in consil. 15. 1. vol.* & istam sententiam & opinionem ego sequor, tanquam æquam & veram, quæ apertè fundatur ex superioribus: Neque obstat prædicta *lex Stilli*, quia illa procederet, probata consuetudine, non aliàs. Item non obstat, quòd isto casu videantur omnes teneri, tanquam opem & favorem præstantes: Quia respondeo, quòd ad hoc non fuerunt ex proposito coadunati, sed casualiter ex superveniente rixa; unde meritò non tenentur: argumento *text. in leg. 2. §. Homines, ff. de Vi bonor. rapt.*

Quarta conclusio: Si unus tantùm vulneravit, & hoc constat, quia offensus vel occisus unicum tantùm vulnus habet, & non constat nec apparet quis illud intulerit; tunc nullus tenetur, sed omnes liberantur à pœna mortis, licèt possit judex eos suo arbitrio punire. Cujus ratio est; quia cum ille tantùm qui dedit vulnus, deberet teneri, & puniri pœna mortis, & non alius, ex eo quòd ictus cujuslibet contemplari debeat, ut *in dict. leg. Si in rixa*; ergo si non potest constare quis sit ille qui dedit vel intulit illud vulnus, nemo debet teneri; quia alias innocens puniretur: quod esse non debet argumento *text. in leg. Absentem, ff. de Pœnis*, cujus verba sunt: *Imò sanctius est nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare.* Et ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Glos. singularis & unica *in l. Item Mela, §. Sed si servum plures, ff. ad leg. Aquil. in glos. 1. & ibi Alber. Bald. & Flor. tenet etiam Bart. in dict. leg. Si in rixa, ff. ad leg. Corn. de Sicar. 1. col. in fin. & ibi Alber. 2. col. idem Angel. in l. Quoniam multa facinora, Cod. ad leg. Jul. de vi, 2. col. in fin. & ibi Salyc. pen. col. in medio. Spec. in tit. de Homicidio, 1. col. vers. Pone quod quatuor homines; Anania in cap. Significasti, el. 2. de Homicidio, 8. & 10. col. & ibi Felinus 3. col. num. 9. Arch. in cap. fin. 23. quæst. fin. Joan. Ign. in l. 1. §. Si quis in villa, ff. ad Syllan. 22. column. nu-*

mer. 25. August. de Arimin. *in Addit. ad Ang. de Malef. in part. Andream auxiliatorem, antep. column. Platea in §. Item lex Corn. de Sicar. Instit. de Publ. jud. fin. column.* Hippol. de Marsil. notabiliter *in rubr. Cod. de Probat. fol. 20. num. 418. idem Hippol. in leg. 1. ff. ad leg. Corn. de Sicar. 9. col. num. 90. Anchar. in cons. 16. Alex. in cons. 2. 7. vol. & in terminis idem disponit lege 57. in leg. Stilli.* Et certè istum casum jam habui in practica in hac civitate Salmanticensì in personam cujusdam pauperis, & per suprà dicta auxilio divino, & maximo labore meo eum liberavi à pœna mortis: Et postea iste idem casus contigit & injuste de facto fuit quidam homo furca suspensus, & fuit Judex recusatus & solus judicavit, & fuit appellatio interposita, & appellationem non admisit, & in articulo mortis dixit nunquam fecisse. Ex quibus omnibus collige, quòd est utilis, imò necessaria practica, ut judex maleficiorum in hoc crimine homicidii semper faciat describi per Notarium causæ, quæ vulnera offensus & occisus habeat, & in qua parte corporis, & magnitudinem, & qualitatem eorum; ut sic appareat & possit constare, an omnes delinquentes, vel quis eorum, vel nullus debeat puniri?

37 Item etiam principaliter quæro, an homicida, ultra hoc quòd tenetur criminaliter pœna mortis, teneatur etiam civiliter ad interesse ipsi occiso, & hæredibus ejus? Et breviter dico quòd sic; quia regula & conclusio generica est, quòd ex quocumque crimine publico oritur actio criminalis ad vindictam, & actio civilis *in factum* ad interesse, vel damnum parti applicandum: *text. est singularis in leg. Qui nomine, ff. ad leg. Corn. de Falsis*, quem ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alb. & communiter DD. antiqui, Glos. ordinaria *in l. Defuncto, ff. de Publ. jud. & ibi DD. Bart. in leg. Infamem, eod. tit. 1. column. num. 4. & ibi Imol. & alii DD. idem Bartol. in leg. 2. §. Hoc editto, ff. Vi bon. rap. 2. column. & 2. oppos. & ibi alii DD. & illum textum ad hoc reputat singularem Angel. de Perus *in l. Quærela, Cod. de Falsis, in fin.* facit etiam *text. in leg. Quicquam, ff. pro socio*, & ibi Glos. ordinaria & communiter DD. antiqui. Ex quibus deducitur & infertur, quòd hæredes occisi possint agere prædicta actione civili *in factum* contra homicidam pro expensis factis in ejus cura, & pro operibus quibus caruit defunctus, si forte erat officialis, & similiter pro omni alio interesse vel damno sibi ex morte contingenti, & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Glos. singularis *in leg. Qua actione, §. Si quis in consultatione, ff. ad leg. Aquil. & ibi Odofr. & alii DD. antiqui, Azor in Summa, Cod. ad leg. Aquil. 3. col. Rofred. in libellis suis, in rub. de actione di-**

directæ legis Aquil. 8. column. num. 10. versic. Item quærit dominus meus, Spec. in titul. de Injuris. §. Sequitur. 1. column. vers. Sed nunquid pro libero homine. Abb. Panorm. in cap. 1. de Injur. 2. column. num. 6.

Sed advertendum, quòd ista conclusio & illatio non videtur vera: Primò, quia pœna pecuniaria descendens ex delicto, non transit ad hæredes lite non contestata, ut *in leg. Ex iudiciorum, vers. fin. ff. de Accusat. & in leg. unica. Cod. Ex delictis defunctor. & utrobique communiter DD.* Secundò, quia ista actio civilis pro expensis, damno, vel interesse: videtur competere accessoriè & incidenter, ratione ipsius delicti: Sed jus accusandi non transit ad hæredes jure hæreditatio, sed competit ut cuilibet de populo, ut *in toto tit. ff. de Public. judic. ergo nec ista actio civilis in factum accessoria, & in expressò ita tenent Abb. post Antiquos, licèt sc non fundet in leg. Qua actio. §. Si quis in collucatione. ff. ad leg. Aquil. fin. quæst.* Sed ego teneo primam sententiam & illationem. Neque obstant jura adducta in primo fundamento: Quia respondeo, quòd procedunt quando moritur ipse reus delinquens: secus verò si moriatur ipse actor, qui passus est damnum, vel offensam; quia tunc, etiam lite non contestata, actio civilis pecuniaria transit ad ejus hæredes: textus *in leg. 1. §. Hæredes. ff. de Priv. delict. text. in leg. Hæc actio. ff. Quod met. caus. textus in leg. Hæc actio. ff. de Calumn. text. in leg. Injuriarum actio, la 1. ff. de Injur. text. in leg. Inde neratius. §. Si infans. ff. ad leg. Aquil. textus in ff. Non autem omnes, Instit. de perpet. & temp. act.* Neque obstant etiam secundum fundamentum: Quia respondeo, quòd isto casu ista actio civilis *in factum* pro damno, vel interesse, non competit accessoriè & incidenter, sed principaliter, & de per se; ut aperte probat text. *in dict. leg. Qui nomine. ff. ad leg. Corn. de falsi, & ita volunt apertè DD. in locis supra allegatis.*

38 Juxta quod tamen utiliter & necessariò quæro; Præsupposito quòd hæredes occisi possint agere civiliter contra homicidam pro damno, vel interesse & operibus; quibus caruit defunctus, si fortè erat officialis, ut supra proximè dictum est, qualiter, & pro quibus annis æstimantur illæ operæ; cùm incertum sit, per quod tempus viveret? Et certè iste articulus est valdè dubius, & non clarè decisis in jure nostro: Et videtur quòd prædictæ operæ æstimentur usque ad centum annos; cum de jure tantùm quis præsumatur vivere, ut *in leg. fin. Cod. de Sacros. Eccles. & in leg. An usufruct. ff. de Usuf. & in Authent. ut Ecclesia Romana. §. 1. collat. 2. & ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenent Florian. in leg. 1. ff. de His Tom. III.*

qui dejec. vel effuder. Jas. in l. Eum qui ita 7. column. n. 11. ff. de Verb. obl. Roder. Suar. in repet. leg. Quoniam in prioribus. Cod. de Inof. test. fol. 21. col. 1. vers. Secundo infertur ex hoc. Sed, his non obstantibus, contrarium est tenendum & judicandum, imò quòd fiat æstimatio, & computatio vitæ & annorum, secundùm dispositionem text. *in l. Hæreditatum. ff. ad leg. Falcid. quem text. in suo casu reputat singularem & unicum ubi Bartol. Imol. Alex. & Vinc. & reputat mirabilem Alb. & in terminis per illum textum istam sententiam & conclusionem tenent Spec. in titul. de Injur. §. seq. 2. col. versic. Sed usque ad quod tempus. Rosfred. in libellis suis in rub. de actione directæ leg. Aquil. 9. col. num. 13. Alb. in l. Ex hac lege. ff. Si quadr. pauper. feci. dica. Faber. Ang. & Platea in §. 2. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. Palac. Rub. in repet. rubr. de don. int. vir. & uxor. fol. 14. ff. 25. col. 11. vers. Et ex hoc infertur unum quotidianum.* Et idem videtur tenere Bald. *in leg. Hi. §. Nihil. ff. de Trans. ubi dicit, quòd dispositio text. in dict. leg. Hæreditatum, non solùm habet locum in casu quo loquitur, sed etiam generaliter in omnibus actibus hominum; ita Summa Angelica in verb. Restitutio. 1. 11. col. versic. Homicida, & ante eos hoc voluit Glos. ordinaria in dict. l. Cum hi. §. Modus. ff. de Trans. & ibi Ang. & alii DD. Glosa etiam in leg. Omnium, la 2. ff. de Usufruct. licèt Imol. Alexand. & Vincent. in dict. l. Hæreditatum, videantur tenere superiorem primam opinionem; in quantum volunt, quòd dispositio textus in dict. leg. Hæreditatum tantùm procedat & habeat locum in æstimando legato alimentorum, propter detractionem legis Falcidiæ non verò in aliis casibus; quia alias semper fit æstimatio & computatio usque ad centum annos. Adde tamen, quòd si occidisset ad sui defensionem, licèt modum defensionis excedat, non tenetur istud damnum vel interesse solvere: ita Summa Angelica: *in dicto loco: Vel meliùs dicas, quòd hoc casu, licèt in totum non teneatur; tamen teneatur in aliquo judicis arbitrio propter excessum; & est de mente Angel. in dicta Summa.* Si verò offensus non sit occisus, sed remaneat vivus; tunc fiet æstimatio & comparatio, ut delinquens teneatur ei solvere operas, quibus cariturus est annuatim, quolibet anno quo vixerit; ut dixi & declaravi Infrà in ista materia delictorum in delicto injuriæ.*

39 Item sextò principaliter quæro: Si quis mandavit alteri quòd occideret, vel aliud delictum committeret, qualiter ipse mandans, & mandatarius tenentur? In quo breviter & resolutivè co, quòd si homicidium vel delictum sequatur, vel consumetur, uterque tenetur pœna ordinaria delicti; text. est *in leg. Non solum. §. Si man-*

dato. ff. de Injuriis, text. in leg. *Lex Corn. §. fin. eod. titul. textus in leg. 1. §. Dejecisse. ff. de Vi & vi armat. textus in leg. Non ideo minus. Cod. de Accusat. textus in leg. penult. Cod. Si reus vel accasat. mort. fuer. textus in leg. Servos. Cod. ad leg. Jul. de vi text. in leg. Is damnus. ff. de Reg. jur. textus in leg. Hoc jure*, versic. 1. eodem titul. Nec obstat si dicatur, quod rei turpis nullum est mandatum, nullus contractus, nullaque actio, vel obligatio: text. in leg. *Si remunerandi. §. Si passus*, vers. fin. ff. *Mandati*, cujus verba sunt: *Rei turpis nullum mandatum est, &c. & in leg. A reo. §. fin. ff. de Fidejussorib.* Quia debet intelligi quoad actionem parientiam inter mandantem & mandatarium; sed non quoad actionem vel accusationem parientiam ei, in cujus præjudicium mandatum est: ita Bartol. in *dist. 1. Non solum. §. Si mandato. 1. column. & 1. oppos. ff. de Injur.* & ibi communiter DD. Jacob. But. Salyc. & alii DD. in *l. Non ideo minus. Cod. de Accus.* & isto casu mandatarius tenetur ex ipso delicto, & mandans tenetur etiam ex ipso delicto propter mandatum; non tamen principaliter ex mandato. Ex quo infertur primò, quod in accusatione debet poni locus & tempus commissi delicti; non verò locus & tempus mandati. Secundò, quod inspicitur locus & tempus delicti quoad pœnam augendam, vel minuendam. Tertio, quod mandatum debet puniri in loco delicti commissi; non verò in loco ubi mandatum est. Quarto, quod tempus accusationis & querelæ currit à tempore commissi delicti, & non à tempore mandati: ita probat textus in leg. *Si quis uxoris. §. Nec verbo. ff. de Furtis*, cujus verba sunt: *Quare, & opem ferre, vel consilium dare tunc nocet, cum secuta contractatio est*, & ibi DD. text. in leg. *Qui servo eod. tit.* per quem ita tenent Bart. in *dist. leg. Non solum. §. Si mandato. ff. de Injur. 3. column. num. 9.* Angelus de *Malef. in parte, Sempronium mandatorem. 7. column. versic. Septimò queritur.*

Quod notabiliter extende, etiamsi delictum ex maximo intervallo sequatur; quia semper præsumitur delictum esse commissum virtute præcedentis mandati: ita singulariter Innoc. in *cap. ad Audientiam, de homicidio. 1. column. numer. 2.* & ibi Anchar. Anania, & alii DD. tenent etiam Bartol. in *dist. leg. Non solum. §. Si mandato. 3. column. num. 2.* Baldus in leg. *Non ideo minus. Cod. de Accusat. fin. column. & quæst. & ibi Salyc. 4. column. num. 14.* Nec obstat, quod in dubio semper videtur actus gestus potius nomine proprio, quàm alterius, nisi expressè dicatur quod gerit pro alio, vel nomine alterius, vel tanquam ejus procurator; ut in leg. 3. §. *Et si pro tutore. ff. Judicatum solvi*, & in leg. *final. ff. de Institoria*, & in leg. *Quæcumque. ff. de*

Procur. & in leg. Papinianus. ff. Mandati, & in leg. *Cum post. §. 1. ff. de Aminist. tut. & in leg. & magis. ff. de Solut. & utrobique communiter DD. & tradit plenè & magistraliter Bartol. in leg. 1. §. Nuntiatio. ff. de Oper. nov. nun. 2. col. num. 12.* & ibi communiter DD. Quia notabiliter respondeo, quod illud habet locum in civilibus causis, in quibus actus non potest competere nec convenire nisi uni; secus tamen est in delictis, in quibus potest uterque teneri. Item & secundò, quia in delictis vertitur odium, & non gratia vel favor: Ideò contra utrumque fit interpretatio, ut uterque teneatur. Item & tertio, quia cum delictum procedat ex rencore & inimicitia, non est præsumendum, quod ratione suæ personæ fecit; sed mandantis: unde uterque tenetur.

40 Adde tamen quod si mandans revocavit expressè mandatum ipsi mandatario, & nihilominus mandatarius fecit & commissit delictum; non tenetur mandans: argumento textus juncta Glossa ordinaria & communi opinione, in *cap. Quicumque, de sentent. excommun. lib. 6.* Idem est, si tacite revocavit; quia mandans fecit pacem cum inimico, & hoc pervenit in notitiam mandatarii: argumento, textus in leg. 3. §. *fin. Cum leg. seq. ff. de Adim. legat.* Quod adhuc notabiliter extende, etiamsi talis revocatio expressa vel tacita non intimetur nec notificetur ei, in cujus præjudicium erat factum mandatum: ita tenent Innocent. in *dist. cap. ad Audientiam, de homicid. 1. column. & ibi Anch. 2. column. Anania 4. column. quæst. 6.* Bart. in *dist. leg. Non solum. §. Si mandato. 3. column. num. 12.* Alberic. in leg. *Non ideo minus. Cod. de Accusat. 2. column. & ibi Bald. fin. column. & quæst. Salycet. 4. col. num. 14.* Flor. in leg. *Liber homo, la 2. ff. ad leg. Aquil. 2. column. Angel. de Malef. in parte Sempronium mandatorem. 6. column. vers. Quintò querit Bartol.*

41 Item adde: quod si post mandatum non est secutum delictum, quia mandatarius non potuit facere, vel quia mandatum est sibi revocatum, an teneatur in aliquo ratione mandati suscepti? breviter dico, quod si delictum erat atrox, ex solo mandato tenetur, & debet puniri pœna arbitraria; argum. text. in *l. 1. ff. de Extraord. crimin. & in l. 1. §. fin. ff. Quod quisque juris.* Si verò delictum non erat atrox, sed leve, in totum excusatur, & non tenetur aliqua pœna: text. est in *l. Item apud Labeonem. §. Si curaverit. ff. de Injuriis*, text. in leg. *Si quis uxori. §. Nec verbo. ff. de Furtis*: text. in *l. Sæpè, in fin. ff. de Verb. sign. & in expressò ita tenent Bart. in dist. leg. Non solum. §. Si mandato. ff. de Injur. 1. col. n. 3.* Alber. in leg. *Item apud Labeonem. §. Si curaverit. ff. de Injur. & ibi Ang. & alii DD. Salyc.*

in leg. Non ideo minus. Cod. de Accus. 2. column. num. 4. & 4. column. num. 13. Floria in leg. Liber. homo, la 2. ff. ad leg. Aquil. 2. column. num. 6. Ang. de Malef. in part. Sempronium mandatore. 1. column. vers. Quæro secundo. * Intellige omnia ista, quando mandatarius acceptavit mandatum; non verò aliàs: ut probant jura in hac materia allegata *

42 Dabium tamen est in hac materia, an mandatarius qui suscepit mandatum, aliquo casu excusetur: Et resolutivè dico, quòd si loquimur in his quæ sunt à jure prohibita, & mandatarius non est persona subjecta ipsi mandanti, nunquam excusatur: Si vero illud, quod mandatur non est simpliciter prohibitum, licèt mandati non non esset licitum nec permissum; ut si mandavit aliquid facere in fundo alieno, & mandatarius hoc fecit ignoranter; excusatur & nulla pœna tenetur: ista est Glossa singularis in leg. In rem actio. §. Tignum. ff. de Re vend. quam ibi ad hoc notant & commendant Bart. & communiter DD. & est utilissima secundùm eos pro colentibus terram de mandato aliorum, & fabris ædificantibus ignoranter in ædificiis alienis de mandato alicujus; & illam Glossam reputant singularem Imol. in l. de Pupill. §. Si quis forte. ff. de Oper. nov. nun. in fin. Alexand. & Modern. in §. Nuntiationem, ejusdem leg. Si verò quod mandatur est de genere prohibitorum, sed mandatarius est persona subjecta ipsi mandanti, ut filius, servus, uxor, famulus, pupillus, vel adultus, qui subest potestati tutoris vel cyratoris; tunc in gravibus & atrocibus delictis non excusatur; quia in talibus non debuit parere: textus est in leg. Servus, la 1. ff. de Actio. & oblig. cujus verba sunt: Servus non in omnibus rebus sine pœna domini dicto obediens esse solet, sicut si dominus hominem occidere, aut furtum alicui facere, servum jussisset, & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. textus in leg. Si mulier. §. Si servus, in fin. ff. Rer. amot. textus in leg. 5. tit. 5. 7. part. adeo quod in his mandato Principis vel Imperatoris non est parendum; imò melius est cuncta mala pati in bonis & persona, quàm ei consentire: textus in cap. Dominus ea jubet. 11. quæst. 3. ubi dicit textus Si bonum est quod præcipit Imperator, jubentis, exequere voluntatem: si malum, responde, oportet Deo magis obedire quàm hominibus, textus in cap. Qui resistit, ea causa, & quæst. & quasi per totam quæstionem. In levibus verò delictis bene excusatur talis persona subjecta; textus est notabilis in leg. Liber homo, la 2. ff. ad legem Aquil. cujus verba sunt: Liber homo si jussu alterius damnum injuria dederit, actio leg. Æquil. cum eo est, qui jussit, si modo jus imperandi habuit; quod si non habuit, cum eo agendum est, qui fecit, & ad hoc notant

& commendant ibi Glossa ordinaria, Albericus, Baldus, Florian. & communiter DD. textus in l. Ad ea, quæ non habent atrocitatem. ff. de Reg. jur. textus in leg. Is damnum, eodem titul. textus in leg. Non videtur. §. Qui jussu eodem titul. textus in leg. Is qui in puteum. §. Si tutoris. ff. Quod vi aut clam, textus in dict. leg. 5. tit. 15. part. 7. Et adde, quod in illa materia quælibet injuria vel offensa personalis dicitur delictum atrox, ut mandatarius non excusetur: Ita Bartol. in dict. leg. Non solum. §. Si mandato. 2. column. num. 7. quod est singulari secundùm Angel. de Malef. in part. Sempronium mandatore. 4. column. & 4. quæst. Unde, si talis persona subjecta offenderit baculo, vel manu vacua, de mandato ejus cui debet obedire, non excusatur. Unum tamen est: quòd licèt talis persona subjecta, quæ suscepit mandatum, non excusetur in gravibus & atrocibus delictis; tamen mitiùs debet puniri, & non pœna ordinaria delicti: Ita probat textus in leg. Servos. Cod. ad legem Jul. de vi, & ibi tenent Glossa ordinaria, Cynus, Jacob. Butr. Alberic. Baldus, Angelus, Salycet. & communiter DD. & per illum textum ita tenet Glossa ordinaria & expressa in dicta leg. Servus, la 1. in Glossa final. ff. de Actio. & obligat. alia Glossa in leg. Ad ea quæ. ff. de Reg. jur. tenent etiam Alberic. in leg. Liber. homo, la 2. in fin. ff. ad legem Aquil. Salycet. in leg. Non ideo minus. Cod. de Accusat. 3. column. num. 10. Angel. de Malefic. ubi reputat singulare in part. Sempronium mandatore. 4. column. & quæst. probat apertè textus in leg. 8. titul. 10. 7. part. Et hoc semel practicavi in quadam muliere, quæ de mandato mariti auxilium ei præstitit in falsa moneta fabricanda.

Si verò illud quod mandatur est de genere prohibitorum, sed ex aliqua causa est permissum ipsi mandanti; ut occidere alterum vel adulteram in fragranti crimine; tunc etiam illud non potest committi aliis, nisi solis filiis: text. est in leg. Græchus. Cod. ad leg. Jul. de Adult. & ibi tenent Glossa ordinaria, Odofred. Cyn. Angel. Salycet. & communiter alii DD. & per illum textum ita tenent Bartol. in dict. leg. Non solum. §. Si mandato. 2. column. num. 5. Salycetus in leg. Non ideo minus, de accusat. 3. column. numer. 10. Ex quo notabiliter infertur quòd licèt ille, cui est licita & permissa offensa vel vindicta propria auctoritate non possit eam committere vel demandare alteri, ut est Glossa singularis & unica in leg. Cum fundum. ff. de Vi & vi armata, & ibi DD. tamen benè poterit committere & demandare filiis, propter identitatem personarum. De quo articulo dixi latiùs in delicto Adulterii.

Item prædicta intellige, quando mandatarius, com-

commissit delictum nullo pretio vel pecunia interveniente: secus verò aliàs; quia tunc gravior punitur uterque, tam mandans quàm mandatarus; ut dixi & posui suprà in isto delicto.

43 Item adde, quod nedum mandator tenetur secuuto delicto; sed etiam tenetur persuasor, seu consultor: Inter quos ista est differentia; quia mandator dicitur ille, qui propter seipsum & ejus contemplatione mandat delictum fieri: persuasor verò vel consultor dicitur ille, qui consultit vel persuadet alicui ut committat delictum, & hoc facit contemplatione ejus cui fit persuasio, vel datur consilium; text. est in dict. l. *Non solum*. §. *Si mandato*, vers. *Attilicinus*. ff. de *Injur.* cujus verba sunt: *Attilicinus autem ait, & si persuaserim alicui aliàs nolenti, ut mihi ad injuriam faciendam obediret, posset injuriarum mecum agit*, text. in leg. *Qui servo*. ff. de *Furt.* text. in leg. *Si quis uxori*. §. *Nec verbo*, eod. tit. text. in leg. *Sæpè* vers. *fin.* ff. de *Verb. sig.* text. in l. *Consului*. ff. de *Regul. jur.* text. in l. *Hæc verba*. ff. ad leg. *Jul. de Adult.* textus in leg. 1. §. *Incidit*. ff. ad *Turpil.* textus in leg. 3. in *fin.* Cod. ad leg. *Jul. Majest.* textus in cap. *Si quis vidua*. 50. dist. textus in cap. *Sicut dignum*. §. *Qui verò*, de *Homic.* textus in cap. *Nallus*, de *regul. jur. lib. 6.* textus in cap. *Felicis de pæn.* text. in *Clem. 1. de pæn.* & tenet Bartol. in dict. leg. *Non soluti*. §. *Si mandato*. 5. column. & quæst. & 3. col. num. 16. Glossa ordinaria in §. *Interdum*; vers. *Cum ope*, & *consil. instit. de obl. quæ ex delict. nas.* Et an isto casu debeat fieri distinctio; si esset aliàs facturus, vel non? vide in prædictis locis.

44 Adde tamen in hoc, quòd licèt mandans non teneatur postquam revocavit mandatum expressè, vel tacitè, si revocatio perveniat in notitiam mandatarii: tamen persuadens & consulens non excusatur, licèt revocaverit persuasionem, vel consilium; sed oportet omninò facere quòd non sequatur maleficium, vel quòd denunciatur ei, in cujus personam debebat maleficium committi. Cujus ratio est: Quia mandatum sit tantùm gratia mandantis; unde verisimile est, quòd revocato mandato, non fiet delictum: sed persuasio; vel consilium datur & fit gratia accipientis; unde, si semel concepit in animo facere, difficulter desistet; unde ibi non sufficit simplex revocatio: ita notant Innoc. in cap. *Ad audientiam*, de *Homicid.* 1. column. num. 2. & ibi communiter DD. Bartol. in dicto §. *Si mandato*, *fin.* column. penult. quæst. Bald. in leg. *Mandatum*. Cod. *Mandati*. penult. column. & quæst. Salycet in leg. *unica*. Cod. de *Raptu virg.* 5. column. num. 26. Angelus de *Malef.* in part. *Sempronium mandatore*, penult. column. versic. 23. Quæro, Paul. Grillan. in tract. de *Pænis omni fariam coitus*. 10. quæst. 4. column. num. 14.

45 Item adde, quòd nedum potest quis alteri mandare expressè ut committat delictum; sed tacitè & per conjecturas: Unde, si quis iratus, & præcedente odio vel rixa cum aliquo, dixit fillo, servo, famulo, & amico: *vade*, & *non revertaris domum meam donec aliquid novi sentiam in hoc negotio*: vel similia verba protulit, & ille abiit & recessit, & occidit, vel offendit inimicum mandatis; tenetur ipse mandans ex tali delicto, quia visus est ei mandasse ut committeret: Ita expressè tenet Bartol. in leg. *Si quis mihi bona*. §. *Sed quid si mandavit*. ff. de *Acquir. hæred.* argumento illius textus, & dicit Bartol. quòd ita fuit servatum Florentiæ in contingencia facti, & amputatum fuit caput cuidam militi, qui talia verba protulit; & illam sententiam & conclusionem Bart. tenent ibi Eald. Angel. Imol. Paul. de Castr. Rom. Aretin. & communiter DD. Baldus in cap. *Veritatis de dolo & contum.* 2. column. num. 5. Abbas in cap. *Pemne Cleric. vel Monachor.* penult. column. numer. 20. Idem Abbas in cap. *Ex litteris*, de *except. prælat.* & ibi Anchar. 2. column. Felin. in cap. *Petrus*, de *Homicid.* 2. col. num. 5. Angelus de *Malef.* in part. *Sempronium mandatore*. 21. quæst. & ibi ejus additionator. Quod tamen limita & intellige ex qualitate injuriæ vel offensæ receptæ: nam si injuria vel offensa erat gravis, quæ requirat vindictam mortis, vel aliam gravem injuriam; videatur mandasse inimicum occidi, vel offendi: si verò erat levis, non videtur mandasse, nisi fieri aliquam aliam levem offensam in recompensam prioris; & sic tali casu de homicidio non tenebitur, argumento text. & eorum quæ ibi notantur in leg. *Ut vim*. ff. de *Justit. & jur.* & in leg. 3. §. *Cum igitur* ff. de *Vi & vi armat.* & in leg. 1. Cod. *Unde vi*, & in leg. *Scientiam*. §. *Si quis cum aliter*. ff. ad leg. *Aquil.* ubi habetur, quòd semper deffensio debet fieri attenda qualitate injuriæ vel offensæ receptæ: & ita tenent & declarant Ludov. Rom. in dict. leg. *Si quis mihi bona*. §. *Sed quid si mandavit*, & ibi Aret. Jason. *fin.* column. num. 21. Alexand. in leg. 1. Cod. de *His quibus indig.* 1. col. num. 6. Jason. in leg. 1. Cod. de *Servis fug.* 5. col. num. 3. Augustin. de *Arim.* in *Addit. ad Ang. de Malef.* in part. *Sempronium mandatore*, super 21. quæst.

Advertendum tamen, quòd prædicta sententia & conclusio, quæ habet, quòd prædicta verba proferens videtur mandasse ut fiat homicidium, & tenetur ex eo; detur valdè dubia: cum certum sit, quòd in criminalibus non debet puniri quis pœna ordinaria delicti, quando probatio non est certa & liquida, sed dubia & conjecturata, ut eleganter tenent Innoc. in cap. *Qui verisimile*, de *præsumpt.* & ibi communiter ali DD. ergo in nostro casu & quæstione, iste qui talia

ver-

verba protulit, non debet teneri pœna ordinaria delicti, imo nec pœna corporali, sed tantum extra ordinem iudicis arbitrio: & ista consideratione valdè dubitat Jason. de ista sententia & conclusione, *in dist. §. Sed quid sit mandavi.* Idem Jas. *in dist. leg. 1. ff. Si cert. pet. colum. 5. num. 21.* Idem Jas. *in leg. 1. Cod. de Serv. fugit. 5. column. num. 28.* Sed iudicio meo superior sententia & conclusio videtur vera, & eam sequor: Nec obstat consideratio contraria Jason. Quia procedit & habet locum quando probatio delicti est dubia, & verè & plenè non constat de ipso facto & delicto: Sed in nostro casu benè & apertè constat de ipso delicto secuto, & de ipso mandato ipsius mandantis: quòd licèt sit generale: tamen de jure habet virtutem & effectum mandati specialis; & jure nostro tantum valet generica dispositio quoad genus, & quoad ea quæ possunt comprehendi sub genere; sicut particularis dispositio, quoad speciem; ut *in leg. Precibus, Cod. de Impub. & aliis substit. & in leg. Centurio, & in leg. Lucius, cum materia, ff. de Vulg. & pupil.*

46 Item etiam adde, quòd si quis erat inimicus alterius, & allocutus est secretè aliquem ad aurem, & in continenti ille cum quo locutus fuit occidat, vel offendat inimicum ejus; quod ex hoc videtur mandasse homicidium vel offensam fieri & perpetrari: quia ex celeritate actus, his simul junctis, præsumitur mandatum præcessisse: & sic tenebitur, argumento text. *in leg. Si ventri, §. fin. in fin. ff. de Privil. credit. textus in leg. 1. §. Quæ onerando, vers. Et in summa, ff. Quar. rer. actio non detur, textus in leg. fin. ff. Si quis testam. liber. esse jus. erit, textus in leg. Sed Julianus, §. Sed & si filius, ff. ad Maced. text. in leg. Dubium, Cod. de Repud. textus in cap. Officii, vers. Si extra de eject. & ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet expressè Bart. *in dist. l. Si ventri, §. fin. in fin. ff. de Privileg. cred. & ibi Angel. de Perus. Raph. Cuman. & Alexand. in Addit. ad Bartol. Bald. in leg. 1. Cod. de Serv. fug. 3. col. num. 10. idem Bald. in cap. Veritatis, 2. column. num. 5. de Dolo & contum. tenet etiam additionator Abb. in cap. Ex litteris super 3. not. de except. priv. Felin. in cap. Petrus, 2. column. num. 5. de Homic. Hippol. de Marsil. ubi reputat singulare in leg. 5. §. Præterea, 7. col. num. 27. ff. de Question. idem Hippolyt. in Cons. suis, cons. 3. num. 8. Confirmatur ex sentent. Bartol. in leg. Post contractus, 3. column. num. 8. ff. de Donat. & ex doctrina & sententia Bald. in leg. Eam quam, 10. column. num. 40. de Fidecommis. & ejusdem Bald. in leg. Si prædium, Cod. de Præd. mino. & ejusdem Bald. in leg. 1. Cod. de Ædil. act. penult. column. num. 12. Adde tamen,**

quòd hoc casu ille qui locutus est ad aurem, non punitur pœna ordinaria delicti, nec adhuc pœna corporali, per ea quæ suprà proximè dixi.

* Advertendum tamen, quòd ista opinio videtur contraria his quæ proximè dixi, imò videtur, quòd teneatur iste ad pœnam ordinariam. Et certè ista opinio videtur vera & tenenda; quia superior procedit & habet locum quando mandatum præcessit & intervenit per verba generalia: Ista verò habet locum & procedit, quando nullum mandatum probatur præcessisse in specie, vel genere; sed tantum quædam præsumptio vel suspicio per secretam locutionem ad aurem: sufficiat tamen ad torturam. *

47 Item septimò & principaliter quæro: Si quis est offensus ab alio, & consanguineus, famulus, vel amicus ejus eum occiderit, vel offenderit, an primò offensus ex hoc teneatur, si contra eum non probetur aliquid mandatum expressè vel tacitè intervenisse? Qui articulus est notabilis & quotidianus: In quo breviter dico, quòd non tenetur: Primò, quia hoc casu deficit omnis probatio contra eum; ergo nullo modo debet teneri maximè in criminalibus: argumento text. *in leg. Qui accusare, Cod. de Edendo, textus in leg. Sing. Cod. de Accus. text. in leg. Actor. quod asseverat, Cod. de Probat. cum similib.* Secundò, per textum notabilem & expressum *in cap. Quia præsulatus 1. quest. 4. & juncta Glos. & communi opinione ubi dicit, quòd si parentes offensi graviter percusserunt inimicum ejus non tenetur ipse offensus, si contra eum non fuerit probatum mandatum, vel quid aliud ex quo teneatur. Tertiò per text. in cap. Petrus, extra, de Homicid. juncta Glos. & communi opinione, ubi, si conjuncti vel amici dixerunt coram injuriato, se velle sumere vindictam pro eo; tenetur, si non prohibuit; aliàs, si prohibuit, & fecit quod in se fuit, non tenetur: ergo si absque ejus scientia & notitia ipsi fecissent, non tenetur. Quartò, per textum *in cap. Sicut tuis, de Simon.* ubi habetur, quòd si consanguineus, vel amicus alicujus electi ad dignitatem, dedit pecunias pro eo ad eam obtinendam, non nocet ei, si non intervenit ejus scientia; vel si intervenit, & prohibuit. Quintò per text. *in cap. Cui ad sedem, de restit. spol.* juncta Glos. Magistrali *in medio,* & communi opinione, ubi habetur, quòd ex spoliatione facta per consanguineos, amicos, vel famulos, non tenetur quis, nisi probetur mandatum, vel rati habitio: Et in expressè istam sententiam & conclusionem tenet Bald. ubi reputat esse menti tenendum, *in leg. Ad invidiam in fin. Cod. Quod metus causa.* idem Bald. *in leg. 1. Cod. de Serv. fugit. 4. column. num. 11. idem Bald. in cap. Veritatis, 2. column.**

num. 5. extra de Dolo & contum. Spec. in tit. de Legato, §. *Iusta* 16. column. num. 53. vers. *Quòd si amici mei*, Roman. in leg. de Pupillo, ff. *Si quis ipsi prætore*, 2. column. ff. de Oper. nov. nunt. & ibi notabiliter Alexand. 5. column. numer. 24. Jason. 9. col. num. 14. qui respondent ad Bart. ibi 4. col. num. 19. quæst. 10. qui videtur tenere contrarium; tenet etiam Summa Angelica in verb. *Homicidium*, §. 20. singulariter & meliùs quàm alibi Felin. in cap. *Petrus*, extra, de *Homicidio*, 1. col. num. 20. Quod notabiliter limita, præterquam si talis offensus vidit, scivit, vel cognovit eos velle occidere, vel offendere: quia tenetur ex eorum facto, si potuit prohibere, & non prohibuit: argumento text. in leg. 2. 3. & 4. ff. de Noxal. text. in leg. 3. versic. Item *his*, ff. ad leg. Corn. de Sicar. text. in cap. *Constitutis*, el 1. de Testib. & ibi Abb. & communis opinio; & in terminis ita tenet Bald. in cap. *Veritatis*, de dolo, & contumacia, 2. column. num. 5. Alexand. & Jas. in leg. de Pupillo, §. *Si quis ipsi prætore*, ff. de Oper. nov. nunt. Faber. in §. 1. *Instit. de Noxal.* 2. column. Felin. in cap. *Petrus*, de homicid. 2. column. num. 6.

* Ex quibus notabiliter potest inferri, quòd si quis insequatur mulierem causa libidinis, vel realiter ad eam habuerit accessum, & offendat vel occidat alium, quem habet suspectum; de ea non tenetur mulier: & ita dixi & consului de facto. *

48 Item octavò & principaliter quæro: Qualiter puniatur opem vel auxilium præstans? In quo articulo resolvitivè dico, quod aliquando quis præstat opem vel auxilium ante delictum commissum: aliquando in ipso actu, & tempore quo delictum committitur: aliquando post delictum commissum. Primò casu, quando quis præstat opem vel auxilium delinquenti ante delictum commissum; quia præstat sibi arma, feramenta, vel pecuniam causa inveniendi assassinum, vel scalam causa faciendì furtum, vel domum ad committendum delictum, vel aliud simile auxilium; punitur eadem pœna qua ipse principalis delinquens: ita probat textus in leg. *Nihil*, ff. ad leg. Corn. de Sicar. cujus verba sunt: *Nihil interest, utrum occidat quis, an causam mortis præbeat*, & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD. text. in leg. *Is qui opem*, ff. de Furt. text. in leg. *Furti*, §. *Ope*, eod. tit. text. in leg. *Prætor ait*, la 2. §. *Si cum servum*, ff. de *Vi bon. rap.* text. in leg. *Is cujus ope*, ff. ad leg. *Jul. de adult.* text. in leg. 1. §. *Incidit*, ff. ad *Turp.* textus in leg. *Si sciente*, ff. ad leg. *Pomp. de parric.* textus in §. *Interdum*, *Instit. de obligat. quæ ex delict. nas.* textus in cap. *Notum* 2. quæst. 1. textus in cap. *Sicut dignum*, §. *Illi autem, cum §. seq. de Homicidio*, & utrobique communiter DD. &

facit illa regula generalis, quæ habet, *qui causam damni dat, damnum dedisse videtur*: quam ponit text. in leg. *Qui occidit*, §. *In hac*, ff. ad leg. *Aquil.* Et ultrà DD. in prædictis locis, istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in leg. *Non ideo minus*. Cod. de *Accus. fin.* column. num. 32. Salycet. in leg. *Unica*, Cod. de *Rapt. virgin.* 5. column. num. 27. Cin. Bald. Angelus, & alii DD. in leg. 1. Cod. de *Nisi agger. non rump.* Hippolyt. de Marsil. in leg. *Si in rixa*, ff. ad leg. *Cornel. de Sicar.* 5. column. num. 29. Angel. de *Malef.* in parte *Andream auxiliatorem* 2. & 3. column.

49 Secundo casu principali, quando quis præstat opem vel auxilium in ipsomet delicto, assistendo & associando, ut habiliùs & faciliùs delictum committatur; tunc etiam tenetur eadem pœna, qua ipse principalis: text. est formalis & expressus in leg. *Utrum, cum leg. seq. ff. ad leg. Pomp. de parric.* text. in leg. 1. Cod. de *Crimin. peculatus*, text. in leg. *unic.* vers. *Sin autem*, Cod. de *Rapt. virg.* ibi: *Quam eorum sodalium, comitum, vel sequacium, & qui eis auxilium præbuerunt*, text. in leg. 1. vers. *Sin verò*, Cod. de *Fals. monet.* ibi: *Qui ad hoc ministerium præbuerunt eum eo qui fecit, supplicio capitali plectend.* text. in cap. *Felicis*, de pœnis, lib. 6. text. in *Clem. 1. de pœnis*, & utrobique communiter DD. Quod intellige & extende, etiamsi ille qui opem vel auxilium præstitit, nihil aliud fecerit, ad aliquem aliud actum facti procedat: quia tenetur eadem pœna, & nulla debet sibi fieri remissio; dum tamen scienter, dolosè, & ex proposito fecerit: secus tamen si simpliciter, vel casualiter ibi adsit, quia non tenetur, licèt ex hoc principaliter delinquens fieret audatior: vel si delinquens dixerit ei, *venias mecum*; & ipse associavit illum ignoranter: ita probat textus expressus & notabilis in leg. 2. §. *Homines*, ff. *Vi bon. rap.* cujus verba sunt: *Homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, ut damnum daretur*, & ibi communiter DD. & tenet Glos. singularis & ordinaria in leg. *Culpa caret*, ff. de *Reg. jur.* ubi dicit, quòd licèt quis sciat & videat delictum fieri, & non prohibuerit, etiam si possit, non tenetur; & ibi communiter DD. Et in effectu omnia prædicta tenet Innoc. licet sic non declarat, in cap. *fin. de Clerico percussor.* Bartol. in leg. *Si in rixa*, ff. ad leg. *Corn. de Sicar. penult.* column. Bald. in leg. *Raptores*, Cod. de *Episc. & Cleric.* 2. column. Idem Bald. in leg. 1. Cod. de *Serv. fugit.* 1. column. num. 6. Idem Bald. in leg. *Data opera*, Cod. *Qui accusar. non poss.* 5. column. num. 25. & *penult. column. num. 95.* Idem Bald. in leg. *Ob hæc verba*, ff. de *His qui not. infam.* 2. column. num. 5. Idem Bald. in cap. 1. de *Beneficio Fratris*, 2. column. in lib. 3. *Feudor. Roro.*

in leg. 3. §. Sed in eo, ff. ad Syll. Felin. ubi hoc reputat singulare in cap. Sicut dignum, de homic. 3. column. num. 5. Angel. de Malef. & ejus additionator, in parte, dictus Andreas armatus, 1. column. Idem Angel. in part. dict. maleficio semper astitit, 1. column. & 7. col. vers. Quæro quando, Bonifacius in tract. Malef. in tit. de insultu, 8. col. vers. Sed pone. Paul. Grilland. in tract. de Relaxatione incarcerator. in rub. de absolute innocenti. 7. quæst. Hippol. de Marsil. ubi valde commendat in leg. Si in rixa, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. column. 6. num. 33. idem Hippolyt. in leg. Unica, Codic. de Raptu virg. num. 87.

Advertendum tamen, quod licet præstans opem vel auxilium ante delictum commissum, vel in ipso delicto, æquali pœna debeat puniri ut dictum est, tamen debet intelligi quando præstitit per aliquem actum proximum ipsi facto vel delicto, associando, adjuvando, vel assistendo cum armis: secus verò, si per actum remotum ab ipso facto, vel delicto; quia tunc non tenetur eadem pœna qua principalis; sed mitiori extraordinaria judicis arbitrio; ita singulariter probat text. in leg. 1. Cod. de Crimine peculatus, & ibi expressè tenet Bald. tenet etiam Salycet. in leg. Unica, Cod. de Rap. virg. 7. col. versic. Ex prædictis. Ang. de Perus. in leg. Is qui opem. ff. de Furtis, 1. col. num. 4. idem Angel. in leg. Furtis, §. Ope, eodem titul. Cardin. in cap. 1. de Offic. delegat. 1. col. 1. not. & ibi Felin. 6. col. vers. Limita primò. tenet etiam & reputat mirabile August. de Arim. in addit. Ang. de Malef. in parte, dict. maleficio semper astitit, 6. column. vers. Item adde in hac materia, & 7. colum. vers. Item adde aliam mirabilem limitationem, ubi dicit, quod ex hoc evasit quidam à pœna mortis.

Dubium tamen necessarium est, quod dicatur auxilium remotum ipso facto, vel delicto? In quo reperio, quod Doctores ubi supra apertè sentiunt; quando ante delictum commissum quis præstitit arma ad illud committendum; vel quando in ipso delicto quis assistebat fortè, ut prospiceret an veniret judex, vel officialis, vel alius tertius, qui delictum impediret. Sed certè hoc est falsum, & non tenendum; quia his casibus, & similibus æquali pœna teneretur, per jura superius allegata, & communem opinionem DD. & ad hoc in terminis pro hac sententia & conclusione facit textus in §. Interdum Instit. de oblig. quæ ex delict. nas. cujus verba sunt: Qui vel ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur: commodaverit, sciens cujus gratia commodaverit, probat etiam text. in leg. 10. titul. 9. 7. part. & in leg. 18. titul. 14. eadem partit. ubi expressè hoc deciditur. Unde dico & teneo, quod illa superior sententia & conclusio

Tom. III.

DD. procedat & debeat intelligi, quando quis præstitit opem vel auxilium valde remotum ipsi facto, sine quo etiam commodè potuit delictum fieri & committi: quod bonus & rectus judex considerabit, secundum qualitatem facti & negotii, super quo cogitavi, quia exemplum est valdè difficile, & à Doctores non positum, nec declaratum: & ultra eos potest esse optimum exemplum, quando quis sciens alium velle committere delictum, requisitus, vel non requisitus dixit & consuluit, quod genus armorum esset aptius, & magis nocivum ad faciliter: & celementer occidendum, vel quis locus esset securior, vel propinquior ad fugiendum vel evadendum; vel si dixit & persuasit, quod si fecerit delictum, faciliter posset defendi fuga, vel in Ecclesia & loco sacro: vel dixit, quod faciliter consequetur veniam & pacem ab hæredibus & consanguineis occisi, vel ab ipso principe: vel dixit, quod in eo habebit maximum favorem in ejus defensione & liberatione, & in omnibus quæ sibi tangant. Et denique alia similia exempla posset casus, & experientia, quæ est rerum magistra, demonstrare.

50 Tertio casu principali, quando quis præstat opem vel auxilium delinquenti post delictum commissum, ut non capiatur à iudice; vel fuit ejus receptator in domo vel fundo proprio, vel alieno; vel cautum & certum eum fecit, qualiter posset abscondi, & evadere; vel quælibet aliud simile refugium ei præstitit pro defensione suæ personæ ut non caperetur à iudice: certè tunc non tenetur eadem pœna, qua principalis; quia delictum jam est commissum, & immediate non dedit nec præstitit auxilium ad ipsum delictum committendum, sed tantum ad fugiendum & evadendum.

Pulchrum tamen dubium est hoc casu, qualiter iste adjutor vel receptator teneatur? Magistraliter & resolutivè dico, quod tenetur pœna extraordinaria Judicis arbitrio: text. est formalis & expressus in leg. 1. & 2. ff. de Receptatoribus, & ibi Glos. ordinaria, & communiter Doct. antiqui: text. in leg. 1. & 2. Cod. de His qui latrones, & ibi Glos. ordinaria: text. in leg. Congruit, ff. de Officio Præsidis, ubi habetur, quod punitur; sed ex eo quod non declaratur pœna, debet intelligi arbitraria: argumento text. in lege 1. versic. Idcirco, ff. de Effractor. text. in l. Hodie, ff. de Pœnis, text. in leg. Sanctio legum, eod. tit. text. in leg. 2. Cod. de Crimine stellionat. text. in l. Lex Julia, §. Hodie, ff. ad legem Juliam repet. Nec obstat text. in dict. leg. 1. ff. de Recept. ubi dicit, quod perinde puniatur receptator, sicut principalis delinquens: Quia debet intelligi, quod puniatur propter delictum; non tamen simili pœna: & ita exponit ibi Gloss. ordi-

R

di-

dinaria, Bart. Alberic. Angel. & communiter DD. & in terminis ita singulariter tenet Bart. in leg. *Furtis*. §. *Oper. ff. de Furtis*, 2. column. num. 4. dicens, quòd in hoc aliquando graviter errant iudices, & assessores: & ibi Angelus, & communiter DD. Bald. in leg. *Non ideo minus*, Cod. de *Accusat. fin. column. Salyc. in leg. Unic. Cod. de Raptu virginum*, 5. colum. num. 27. Angel. de Aretin. in §. *Interdum*, Instit. de obligat. quæ ex delicto nasc. Felin. in cap. *Sicut dignum, de homicid.* 2. col. Anchar. in cap. *Accessorium, de regul. jur.* 6. & 7. opposit. Hippolyt. de Marsilis in leg. *Si in rixa*, ff. ad leg. *Cornelium, de Sicar.* 5. colum. num. 29. Idem Hippolyt. in leg. *Unic. Cod. de Raptu virginum*, 17. col. num. 86. Angelus de *Malef.* in parte, *Andream auxiliatorem*, 2. & 3. column. Idem Angel. in part. dicto *maleficio semper astiti*. 4. column. & ibi ejus additionator, Paul. Griland. in tract. de *Relaxatione incarcerator. in rub. de absoluteione innocent.* 7. quæst. princip.

Quod tamen intellige, præterquam si præcessisset inter eos antea promissio illius auxilii: quia tunc tenetur eadem pœna qua principalis, quia videtur præstare auxilium ad delictum committendum: ita eleganter tenet Bart. in dict. leg. *In furti*, §. *Ope*, ff. de *Furt.* 2. column. num. 6. tenet etiam Angel. de *Malef.* in parte, dicto *maleficio semper astitit*, 5. column. Augustinus de Arimino & ejus additionator in parte *Andream auxiliatorem*, 2. column. & etiam istum casum vidi de facto in hac civitate Salmanticensi in quodam homine vocato *Morientes*; qui talia verba protulit, & fuit condemnatus ad pœnam mortis. Secundò limita & intellige, nisi in continenti post delictum commissum adjuvavit, & opem & auxilium præstitit; quia præsumitur ex proposito & communicato consilio fecisse: ita Bald. in leg. *Non ideo minus*, Cod. de *Accusatione fin. column.* Felyn. in cap. *Sicut dignum, de homicidio*, 3. column. num. 4. Hippolyt. in leg. *Si in rixa*, ff. ad leg. *Corneliam de Sicar.* 7. column. num. 39. Idem Hippolyt. in leg. *Unica*, Cod. de *Raptu virgin.* num. 86. Quod certè non est verum; quia considero, quòd hoc casu est præsumpta probatio, & non liquida & vera; & ideò non potest imponi pœna ordinaria delicti, per ea quæ suprà de isto delicto magistraliter diximus; sed tantum est iste puniendus pœna arbitraria.

Advertendum tamen, quòd prædicta debent intelligi, quando quis scienter receptavit delinquentem, & opem & auxilium ei præstitit: secus tamen est, si ignoranter; quia tunc nulla pœna tenetur: ita probat text. in leg. *Metredorum*, ff. de *Pœnis*, textus in leg. 3. versic. *Sed etenim*, ff. de *Incend. ruin. naufr.* text. in leg. 1. Cod. de *His qui latrones*, &c. ibi *sciens suscep-*

rit, text. in leg. *Eos*, Cod. de *Furtis*, text. in leg. *Si quis servum*, Cod. ad legem *Fav. de Plag.* text. in leg. *Ex maleficiis*, §. *Longe minus*, ff. de *Actio. & obligat.* text. in leg. *Cùm satis*, §. *fin.* Cod. de *Agric. & censi*, lib. 11. text. in leg. 1. Cod. de *Desertoribus*, lib. 12. text. in §. *Interdum*, Instit. de obligat. quæ ex delicto nasc. text. in cap. *Felicitis de pœnis*, in 6. ibi: *An postea receptaverit vel defensaverit scienter eundem*, ubi disponitur, quòd etiam in gravissimo crimine *læsæ Majestatis divinæ vel humanæ* receptator non tenetur, nisi fecerit scienter: & idem disponit lex 18. titul. 14. 7. partit. & leg. 37. titul. fin. lib. 8. ordinat. Et adde, quòd semper præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur; argumento text. in leg. *Verius*, ff. de *Probat.* & in terminis & specificè in nostro casu probat text. in leg. *pen. Cod. de His qui sibi adscribant in testamento*, quòd subintellige, nisi delictum esset notorium: quia tunc præsumeretur scientia in ipso receptatore, nisi probaret contrarium; ita probat text. in leg. *pen. Cod. de Peric. tut.* juncta Gloss. ordinaria & communi opinione.

Item adde, quòd si receptator esset consanguineus, vel affinis delinquentis, mitiùs debet puniri, propter justam causam quam habet in defensione sanguinis: textus est notabilis & expressus in leg. 2. ff. de *Receptator.* cujus verba sunt: (*Eos, apud quos affinis, vel cognatus latro conservatus est, nec absolvendos, nec severè admodum puniendos; non enim preest eorum delictum, & eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.*) facit etiam text. in leg. 4. §. *final.* ff. de *Re militari*, ibi & *datur venia valetudini, affectioni parentum & affinium*, text. in leg. 3. §. *Pietas*, ff. de *Liber. hom. exhib.* text. in leg. *Omnes*, la 2. Cod. de *Agric. & cens. lib.* 11. & in effectu istam sententiam & resolutionem ponit Glos. ordinaria in dict. leg. 1. ff. de *Recept.* & ibi Bart. Alberic. Angelus, & communiter DD. Salycet. & communiter Doct. in dict. leg. 1. Cod. de *His qui latron.* &c. Alberic. in leg. *Quicumque*, Cod. de *Servis fugit. fin. column. vers. & collig.* & ibi Salycet. 1. col. in fin. num. 4. Roman. in leg. *Si quis in gravi*, §. *Si quisque*, ff. ad *Syllan.* Gandin. qui notabiliter loquitur in tract. *Malef. in titul. de Receptatoribus malefactor.* quem vide: Angel. de *Malef.* & ibi ejus additionator in part. dicto *maleficio semper astitit, pen. & fin. col. vers. Quæro, quia suprà.* Platea in leg. 1. Cod. de *desertorib.* lib. 12. 2. column. num. 3. Hippolyt. in leg. *Una*, Cod. de *Raptu virgin.* 33. col. num. 196. Et ex prædictis dicebam in quæstione de facto, quòd si quis post delictum commissum dixit & monuit delinquentem, quòd confugere, quia iudex venit contra eum, jubet vel præparat ipsum capere; quòd teneatur extra ordinem, quia saltem

voce præstitit auxilium post delictum commissum, & hoc habui de facto in hac civitate in persona cujusdam pauperis incarcerati, sed cerè hoc casu levissima pœna esset puniendus quando solo verbo opem vel auxilium præstitit, & majus quando furtum intervenit, unum tamen est, quod in delicto furti, ille qui receptat furem, tenetur eadem pœna ordinaria delicti, qua ipse principalis; de quo articulo vide infra in delicto furti.

51 Nonò principaliter quæro, an homicida possit succedere in bonis occisi? In quo notabili articulo resolutivè dico, quòd homicida non potest succedere mediatè, nec immediatè, ex testamento, nec ab intestato in bonis occisi. Quod declaro isto modo: nam si ipse occisus & interfectus ante illata sibi vulnera, & antequam odium vel inimicitia esset inter eos contracta, instituit homicidam; & postea, cum non potuisset mutare testamentum, decessit cum illo testamento; talis homicida non potest ei succedere; sed reputatur indignus, & hæreditas aufertur sibi: & applicatur fisco; text est in leg. *Indignum*, ff. de *His quib. ut indign.* text. in l. *Si inimicitia*, eod. tit. text. in l. *Hæreditas*, Cod. eod. tit. text. in l. 3. §. *fin. cum leg. seq.* ff. de *Adimend. legat.* Si verò talis occisus & interfectus remitteret injuriam, & eum institueret, valet institutio præerita, vel confirmatur ex voluntate ejus; argumento prædictorum jurium. Item etiam, si talis occisus & interfectus moriatur ab intestato, & homicida sit proximior in gradu; similiter non succedat, imò hæreditas applicabitur fisco: textus est formalis & expressus in leg. *cum ratio*, §. *fin. ff. de Bonis damnat.* licèt in aliquibus libris littera ejus sit corrupta: & ibi tenent Glos. ordinaria, Bartol. Alber. & communiter DD. & per illum textum ita tenet Paul. de Castr. qui notabiliter loquitur in leg. *Si ab hostibus*, §. 1. ff. *Solut. matrim.* & ibi Angel Imol. & communiter Modern. Cinus in leg. *Hæreditas*, Cod. de *His quibus ut indign.* & ibi Bald. *penult. column.* Salyc. *fin. column.* Alexand. 3. *column. num. 6.* Corneus, *penult. column. num. 4.* Jacob. de Sanct. Georg. & communiter Modern. Bartol. in leg. *Codicillis*, §. *Matre*, ff. de leg. 2. & ibi Paul. Imol. & communiter alii DD. Bart. in leg. *fin. ff. Si quis aliquem testat. prohib.* 2. *column. num. 16.* Bald. in leg. *Eam quam*, Cod. de *Fideicommissis*. 3. *column. num. 10.* idem Bald. in leg. 1. *Cod. Si vir. & uxor.* 1. *column. num. 3.* & ibi Paul. Alexand. & communiter alii DD. Roman. in leg. 2. ff. *Si quis aliquem testat. prohib.* facit etiam textus in leg. *Sororem*, Cod. de *His quibus ut indignis*, textus in *Authent. de nuptiis*, §. *Ingratitudinem*, collat. 4. Adde tamen, quòd si essent alii cohæredes legitimi, & consanguinei in eodem gradu; non app-

Tom. III.

plicaretur fisco, sed eis accresceret, & succederent in solidum: argumento text. in leg. 2. vers. *Fratris*, ff. *Si quis aliquem testat. prohib.* per quem ita tenent Bart. Alber. & alii DD. in leg. *fin. §. fin. ff. de Bonis damnator.* Sed contrarium tenet Bald. in *dict. leg. Hæreditas*, Cod. de *His quibus ut indign. pen. col. num. 9.* imò, quòd portio homicidæ applicetur fisco: & idem tenet ibi Salyc. *fin. column. num. 10.* Alex. 3. *column.* Corneus, & Jacob. de Sanct. Georg. Idem Bald. in leg. *Eam quam*, Cod. de *Fideicommissis*. 3. *col. num. 10.* Nec obstat text. in quo se fundabat Bartol. in *dict. leg. 2.* Quia debet intelligi, quòd delictum unius hæredis legitimi non nocet aliis cohæredibus in suis portionibus; sed in sua propria bene nocet: & ita respondent prædicti DD. *ubi supra*: & ista est verior, communis, & tenenda opinio; licèt (si bene advertatur) iste fuit sensus & intellectus Bart. & aliorum DD. in *dict. leg. fin. ff. de Bonis damnatorum.* Quod tamen limita & intellige, quando talis hæres, vel legitimus successor realiter occiderit eum, cui deberet succedere: secus verò, si eum tantum vulneravit, & habuit tempus mutandi testamentum, vel faciendi de novo; quia si non fecit, non prohibetur succedere, nec privatur hæreditate: ita singulariter tenet Bald. in *dict. leg. Hæreditas*, *penultim. column.* Cod. de *His quibus ut indign.* argumento text. in leg. *fin. Cod. de Revoc. don. & in authent. ut cum de app. cognos.* §. *Causas*, *column. 8.* & ibi etiam tenet Salyc. *fin. col.* & communiter DD. Jas. in leg. *Si ab hostibus*, §. 1. ff. *Solut. matrim.* 1. *col. num. 4.* Palac. Rub. in *repet. cap. Per vestras*, de *donat. inter vir. & uxor.* §. 70. *fin. column. fol. 54.*

52 Decimò principaliter quæro: Si aliquis justus & legitimus hæres ex testamento, vel ab intestato successit occiso & interfecto, an possit postea instituere homicidam in bonis habitis ab ipso occiso & interfecto, vel talis homicida ei succedere ab intestato in prædictis bonis? Et breviter, & resolutivè dico, quòd non; imò, isto casu hæreditas applicatur fisco: text. est singularis & unicus, in leg. *Lucius*, in *fin. ff. de Jure fisci*, & ibi tenent Glos. ordinaria, Bartol. & communiter DD. antiqui: & illum textum ad hoc summè notat & commendat Jason. in leg. *Sorore*, Cod. de *His quibus ut indig.* idem Jas. in leg. *Si quis ex bonis*, ff. de *Vulg. & pupil.* 1. *column. num. 4.* ubi dicit se habuisse istum casum de facto in civitate Brixia. Hippolyt. de Marsil. in *consil.* 93. 2. *column.* Et similiter iste casus contigit de facto in hac civitate Salmanticensi, in filia Doctoris de Olarte: nam maritus ejus eam interfecit sine causa; & postea decessit filia ejus & non successit ei prædictus homicida, pater ejus. Nec obstat si subtiliter dicas, quòd

R 2

is-

ista sententia & conclusio non potest procedere; quia postquam hæreditas est incorporata patrimonio alterius, non dicitur amplius hæreditas primi, sed secundi, cui immediatè succeditur, ut in *leg. Et si plures, §. Filios impuberi, ff. de Vulgar. & pupil. cum similib.* Quia odium & pœna delicti hoc operatur, ut latiùs dixi suo in materia pacti *de non succedendo.* Et ex his deducitur & infertur, quod eadem ratione filii occisoris non possunt succedere ipsi occiso interfecto: Unde, si maritus interfecit uxorem divitem, vel filium, vel fratrem, vel alium consanguineum; sicut ipse non potest ei succedere, ita nec ejus filii: ne per indirectum sibi hæreditas, vel aliud ex ea acquiratur: argumento textus in *dist. leg. cum ratio, §. final. ff. de Bonis damnator. & in leg. Queritur, ff. de Bonis libertor. & in expresso ex isto fundamento ita tenet Gaudin. in tract. Malef. in rubri, de multis questionib. extravagantibus, fin. colum. in fin. ubi dicit, quòd cum iste casus accidisset de facto, ita fuit consultum per Doctores Bononienses: sequitur etiam, & commendat Hippolyt. de Marsilis in *dist. cons. 93. 2. column.* tenet etiam expressè Joann. Andreas in *Addit. ad Spec. in rubr. de success. ab intestato, 1. col. vers. Si frater.* Sed adde ultra eos, quòd erit notabile consilium, quòd tali casu pater renuntiet & remittat usum fructum, quem habet à lege in bonis filiorum; & tunc possunt filii succedere: argumento text. in *Authentic. excipitur, Cod. de Bonis quæ lib. & in terminis ita tenet Angel. in leg. Adoptivum, §. Patronum, ff. de In jus vocan. 1. column. num. 5. & probat text. notabilis in cap. 1. ff. Si vero violator, de pac. tenend. & ejus violator.* Et eadem ratione idem esset, si pater esset mortuus, vel filii emancipati; vel hodie conjugati, cum in nostro Regno habeantur pro emancipatis per *ll. Tauri*, quia tunc tales filii possent succedere.*

53 Undecimò principaliter quæro, an hæres teneatur vindicare mortem defuncti? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd sua propria auctoritate non potest, nec debet se vindicare: sed per viam juris & justitiæ tenetur accusare in judicio occisores, & mortem defuncti vindicare ante aditam hæreditatem; aliàs privantur ea, & applicatur fisco: text. est in *leg. Hæredem, ff. de His quibus ut indign. text. in leg. Portiones, eodem tit. text. in leg. 1. ff. de Jure fisci, text. in leg. Cum mortis, eodem tit. text. in leg. 1. Cod. de His quibus ut indign. text. in l. 1. Cod. ubi causæ fiscalis, text. in leg. 1. Cod. de Precibus Imper. offer. & utrobique communiter DD. & idem disponit, *leg. 13. tit. 7. 6. partit.* Imò, tali casu nedum tenetur talis hæres indignus bona restituere, sed etiam fructus medio*

tempore perceptos, text. est formalis & expressus in *dist. leg. Hæredem, ff. de His quibus ut indign. & ibi communiter DD. textus in leg. 1. Cod. eodem tit. & ibi etiam communiter DD.* Et adde, quòd de jure communi non erat statutum nec præfixum tempus, infra quod tenebatur accusare; sed tenebatur facere quam primum poterat: Gloss. est singularis in *jure in dist. leg. 1. Codic. de His, quibus ut indign. in gloss. 2.* quàm ibi ad hoc notant & commendant Bartol. Bald. Paul. Salycet. Alexand. Jas. & communiter Doctor. Sed hodie tenetur accusare infra quinque annos post mortem defuncti, à tempore scientiæ computandos: ita disponit prædicta *leg. 13. tit. 7. 6. part. & leg. 1. tit. 3. lib. 5. Ordin.*

Adde tamen quòd ab illa pœna, & necessitate accusandi excusatur minor 25. annorum quia hoc delictum, & culpa ejus consistit in omittendo: textus est in *leg. Minoribus, Codic. de His quibus ut indign. & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD.* Imò, quòd magis est, si dùm esset minor, addivit hæreditatem, & postea efficiatur major, non tenetur accusare, nec incidit in aliquam pœnam; quia semel jus accusandi in ejus persona fuit extinctum: Glos. est notabilis & expressa in *dist. leg. Minoribus, in Glos. penultima, & ibi communiter DD.* Item excusatur filius occisoris, quando ab ipso interfecto fuisset institutus; quia non tenetur patrem accusare, argumento textus in *leg. Filius, ff. de Cond. instit. & in leg. Si adulterium cum incestu, §. Liberto, ff. ad Legem Juliam, de adulter, & in expresso ita tenet Pilus in *Questionibus suis, questione 2.* quem refert & sequitur Alberic. in *Rub. Cod. de His quibus ut indign. & illum dictum dicit uicum & non alibi Jason. in leg. 1. Cod. eod. tit. de His quibus ut indign. 2. column. numer. 4.* Sed reperio quòd idem tenet Joannes Andreas in *Addit. ad Specul. in Rubric. de Success. ab intestato, 1. colum. vers. Sed incidit quæst.* Item excusatur hæres, qui accusavit, & succubuit ex defectu probationis; adeo quòd non tenetur appellare: textus est benè notandus in *leg. Propter veneni questionem, §. fin. ff. ad Syllan. & ibi tenent Bart. & communiter DD.* Idem Bart. & alii DD. in *dist. leg. Minoribus, Cod. de His quibus ut indign.* Cujus ratio est: Quia in dubio sententia semper præsumitur justa; ut in *leg. Herennius, §. Caja, ff. de evict.* Item excusatur hæres, si ignoret quis sit interfecto defuncti; vel si sciverit, non tamen habeat testes nec probationes: textus est formalis & expressus in *leg. Si ideo, Cod. de His quib. ut indign. & ibi communiter DD.* Item adde pro complemento hujus articuli, quòd si fortè hæres sit proximus, consanguineus interfecti, & accusavit*

occisores ejus, & per sententiam datus est eis pro inimico, juxta *legem Tauri*, non tenetur propria auctoritate se vindicare: argumento eorum quæ suprâ dixi: & similiter hoc videtur determinare Alb. in *leg. 1. Cod. de His quibus indign. fin. quest.*

54 Duodecimò principaliter quæro, an offensus, vel occisus ante mortem, vel hæredes consanguinei ejus post mortem possint remittere mortem & offensam ejus, & facere pacem, concordiam, vel transactionem cum ipso delinquente, vel homicida, ut excusetur à pœna delicti? Et certè iste articulus est valdè notabilis, utilis, & quotidianus; & non bene discussus ab aliquo; & ideo eum intendo perfectè & magistraliter declarare. In quo breviter & resolutivè dico sic, quòd in homicidio, vel quolibet alio delicto in quo venit imponenda pœna mortis, vel quælibet alia pœna corporalis, licitè & justè potest fieri pax, concordia, vel transactio inter partes gratis, vel mediante pretio vel pecunia, ante accusationem institutam, vel ea pendente: text. est capitalis, & expressus in *leg. Transigere, Cod. de Transact.* cujus verba sunt: (*Transigere, vel pacisci in crimine capitali, excepto adulterio prohibitum non est: in aliis autem publicis criminibus quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet citra falsi accusationem.*) & ibi ad hoc notant & commendant Glos. ordinaria & communiter DD. tam antiqui quàm moderni. Cujus ratio mentalis est; quia cuilibet licitum est consanguineum suum qualitercumque redimere: ut in *leg. 1. ff. de Bonis eorum qui ante sententiam mort. sibi consciverunt*, cujus verba sunt: (*In capitalibus criminibus à principibus decretum est non nocere ei qui adversarium corruerit: nam ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualitercumque redemptum voluerit.*) per quem istam rationem ponit Glos. ordinaria, & communiter DD. in *dict. leg. Transigere*. In aliis verò delictis, in quibus non venit imponenda pœna mortis, nec corporalis, non potest fieri concordia, vel transactio; & si fiat, nullo modo valet: text. est in *dict. leg. Transigere, text. in l. Si quidem, vers. fin. Cod. de Contrahend. & commit. stipul.* imò ex hoc solo reus habetur pro confesso: text. est in *leg. fin. ff. de prævaric.* cujus verba sunt: *In omnibus causis, præterquàm in sanguine, qui delatorem corrupit ex senatusconsulto pro convicto habetur*, text. in *leg. Quoniam, ff. de His qui notant. infam.* & tenent communiter DD. in *dict. leg. Transigere*. Et prædicta habent locum modò delictum sit publicum, modò privatum; quia eadem est ratio. Confirmatur etiam, quia in delictis debet attendi qualitas pœnæ, non titulus criminis: text. est in *leg. 2. ff. de Pœnis*, text. in *leg. Quoad statum,*

eodem titul. & ex ista ratione ita tenet Glos. ordinaria, & communis opinio in *dict. leg. Transigere*. Unum tamen est, quòd indistinctè in quolibet delicto, modò sit licita concordia & transactio: modò non, accusator desistens post institutam accusationem incidit in Turpillian. cujus pœna est quinque librarum auri fisco applicandarum: text. est in *leg. 3. vers. fin. ff. de Prævaricatorib.* text. in *leg. 1. §. Si quis autem, ff. ad Turpil.* text. in *leg. Ab accusatione, & quasi per totum, eodem titul.* text. in *leg. 1. & per totum, Codic. eodem titul.* per quæ jura tenet & declarat Bartol. in *dict. leg. Transigere, 1. lecturæ, 2. column. 3. oppos.* & ibi communiter DD. Bonifacius in *tract. Malef. in Rubr. de pœna desistentis ab accusat.* & in *titul. de Abolitionibus. Specul. in titul. de Abolitione, & purgat.* Quod tamen intellige, quando accusator destitit, non impetrata abolitione & licentia à judice: secus verò aliàs; quia non incideret in aliquam pœnam: textus est in *leg. 2. & per tot. Cod. de Abolition.* & idem disponit *lex 19. titul. 1. 7. partit.*

55 Advertendum tamen, quòd superior conclusio, quæ habet, quòd in delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel corporalis, valet transactio & concordia; debet intelligi respectu ipsarum partium, quoad hoc ut processus agitatus irriteretur, & nullum effectum habeat, & ulterius in illa causa & instantia non procedatur, nec ex tali processu possit sequi aliqua condemnatio: Item & secundò, quoad hoc ut non habeatur reus pro confesso & convicto propter pactum vel transactionem, prout habetur in aliis criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis: Item & tertio, quoad hoc ut non puniatur reus aliqua pœna, quia corrumpit accusatorem; licèt aliàs veniret puniendus, ut in *leg. Imperatores, ff. de Jur. fisc.* Non tamen valet nec prodest transactio, vel concordia, ut alter tertius non possit accusare: nam ea non obstante, quilibet consanguineus de his qui prosequuntur suam vel suorum injuriam, vel quilibet extraneus de populo, poterit de novo accusare, vel judex ex officio procedere contra ipsum reum, & probato delicto, poterit condemnari pœna ordinaria delicti: Ita probat text. notabilis & expressus in *leg. Qui cætu, §. fin. ff. ad Legem Juliam de vi*, cujus verba sunt: *Qui vacantem mulierem rapuerit, vel nuptam, ultimò supplicio punitur; & si pater injuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus reum postulare poterit, & ad hoc notant & commendant ibi Dynus, Alber. Angel. & communiter DD. text. in leg. Si maritus, la 2. §. Si negaverit, ff. ad leg. Jul. de Adult.* & ibi Bartol. & alii DD. text. expressior cæteris in *leg. 2. Cod. de Abolit.* & ibi Odofred. Cyn.

Cyn. Bartol. Alb. Bald. Salycet. & communiter DD. text. in cap. 2. de collu. detegend. & ibi Innoc. Abbas, & communiter DD. Confirmatur ratione; quia cum ex quolibet delicto oriatur duplex offensio; una ipsi parti, alia reipublicæ, ut in leg. *Licitatio*, §. *Sed quod illicitè*, ff. de Pub. & vest. cum similib. meritò pacto vel transactione partis non potest auferri jus vindictæ competens reipublicæ, & cuilibet de populo; argumento textus in leg. *Jurisgentium*, §. *Si paciscar*, ff. de Pact. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in dist. leg. *Transigere*, Cod. de Transact. in verb. *Prohibitum* ibi Bartol. 1. lectur. 3. column. 4. oppos. Petr. de Bellaper. 2. column. Cynus penult. & final. column. Jacob. Butr. Alberic. Faber. Bald. 2. column. 4. opposit. Ang. 2. column. Salycet. 2. column. Paul. de Castr. 2. column. numer. 5. Alexand. 2. column. num. 10. Jas. 2. column. num. 3. Gos. ordinaria in leg. *Eum qui*, §. *In popularibus*, ff. de Jure, & ibi Bartol. & communiter DD. Gloss. ordinaria in leg. *Divus*, ff. ad Syllan. & ibi Bart. Alber. Bald. Ang. Roman. & communiter DD. Gos. etiam ordinaria in leg. *Si quis homicidi*, Cod. de Accusat. & ibi Alber. Salyc. & alii DD. tenet etiam Bartol. in leg. 1. §. *Uisque adeo*, ff. de Injuriis, Paul. de Castr. & communiter Modern. in leg. *Jurisgentium*, §. *Si paciscatur*, ff. de Pact. Gandin. in tract. *Malef.* fol. 28. Bonif. in titul. de Pace, 1. & 2. column. fol. 42. Quod tamen intellige & declara isto modo; quod si post transactionem & concordiam factam cum offenso, vel hæredibus, alius tertius, veniret ad accusandum, vel judex ex officio velit inquirere & procedere in delicto; possit infra triginta dies repetere & prosequi eundem processum & instantiam per primum accusatorem coeptam & propositam: post 30. verò dies debeat accusare & procedere de novo ex novo processu, & ex novis actis; argumento text. in leg. *Libellorum*, §. *fin.* ff. de Accus. quem ad hoc summè notant & commendant ibi Bart. & communiter DD. Et hoc est verum de jure; sed de consuetudine judex potest ex officio procedere, & indistinctè quolibet tempore eundem processum & instantiam prosequi: Ita tenet Angel. in dist. leg. *Transigere*, 2. column. num. 7. Idem Angel. in leg. 1. in fin. Cod. de generali abolitione.

56 Hodie tamen in nostro regno habemus legem notabilem Partit. satis dubiam & difficilem in ejus intellectu apud peritos judices; & literatos, qua disponitur; quòd, facta concordia vel transactione inter accusatum & accusatorem gratis, vel interveniente pretio vel pecunia, non potest reus accusatus condemnari pœna mortis, vel corporali; & per consequens non potest am-

plius ab alio tertio accusari de illo delicto, nec poterit judex ex officio in eo procedere; ita disponit lex singularis & valdè quotidiana in isto regno in leg. 22. titul. 1. 7. partit. quod aperte probat illa lex in quantum dicit, *vala quanto para no recebir pro ende pena en el cuerpo el acusado*. Et confirmatur illa lex, & iste intellectus, quia benè potest fieri & disponi per legem vel statutum, ut facta transactione & concordia inter partes, ampliùs non procedatur in delicto: Ita expressè determinat Bald. in dist. leg. *Transigere*, 2. column. num. 6. Cod. de Trans. quem sequuntur ibi communiter DD. imò, quod magis est, in dubio, si lex vel statutum dicat, quòd facta concordia vel transactione inter partes, pœna remittatur, vel mitigetur; inducitur reo exceptio peremptoria & perpetua, ut talis pœna ei non imponatur ex illo delicto; quia in dubio lex nova, vel statutum, semper videtur aliquid addere juri communi, argumento text. in leg. *Furti*, §. *Pactus*, ff. de His qui notant infamia, & in terminis ita tenet Ang. in leg. *Jurisgentium*, §. *Si paciscar*, ff. de Pactis, prima column. num. 1. ubi subdit, quòd simile statutum est in civitate Perusii; & expressè Bart. in leg. *Damni infecti*, §. *Sabini sententia*, ff. de damn. infect. 2. column. in fin. & ibi communiter DD. Augustinus de Arimin. in Addit. ad Angel. de Malef. in parte, *hæc est quædam inquisitio* 6. fol. 2. column. Confirmatur etiam; quia Rex, vel Princeps, per rescriptum, vel privilegium ex plenitudine potestatis benè potest concedere veniam delicti, & pœnam ejus remittere, non stante parte legitima quæ accuset, ut infra dico: ergo à fortiori potuit Rex vel Princeps hujus nostri regni conditor prædictæ legis partitæ, pœnam corporalem delinquentibus remittere propter pacem & concordiam partium: & prædicta lex partitæ ita communiter in nostro regno practicatur, tam à iudicibus inferioribus, quàm à superioribus.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd prædicta lex part. hoc non voluit: & sic: ea non obstante, poterit alius accusare, vel judex ex officio procedere; & probato delicto, poterit judex pœnam ordinariam imponere, sicut de jure communi poterat, & erat dispositum: primò, quia regulariter, imò ferè semper leges partit. concordant cum jure communi, & ab eo non discrepant, ut habetur in proæmio & prologo earum, 1. column. in med. ibi: *Fizo, & ordenò las siete partidas sabiamente sacadas de las Leyes de los Emperadores, y de las fazañas antiguas de España*. Ergo prædicta lex non videtur corrigere jus commune; sed secundùm ejus dispositionem debet intelligi. Secundò pro ista mea sententia & conclusione con-

sidero notabilem & expressam *leg. partit.* quæ apertè fundat meum intellectum *in leg. 24. tit. 4. 3. partit.* ubi habetur, quòd in causis criminalibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, non potest fieri compromissum inter partes: & idem erat de jure communi, ut *in l. Non distinguemus, §. Julianus, ff. de Arbitr.* Quam legem *partit.* sic intelligo: quòd non valeat compromissum respectu alterius accusatoris volentis accusare, vel respectu volentis ex officio suo procedere; sed benè valeret compromissum respectu ipsarum partium, sicut valeret transactio: & in expressò ita probat text. juncta sententia Bartol. & communi, *in dict. leg. Non distinguemus, §. Julianus, ff. de Arbitr.* quæ disponit, idem, quod *prædict. lex partit.* Et confirmatur, quia compromissum nihil aliud est, quàm transactio, & valet argumentum, de uno ad aliud, ut dicit & tenet expressè Bart. & communiter DD. *in dict. leg. Non distinguemus, §. Julianus,* tenet etiam Gloss. ordinaria *in capit. exposita,* extra *de Arbitr.* & ibi notat & commendat Abbas Panorm. 2. column. num. 3. & communiter DD. Sed *prædicta lex 24. tit. 4. 3. part.* expressè dicit & disponit, quòd in causis criminalibus ingerentibus pœnam sanguinis nullo modo possit fieri compromissum inter partes; & illa lex necessariò debet intelligi respectu alterius accusatoris, vel judicis propter vindictam reipublicæ, cui non potest fieri præjudicium, licèt valeat respectu ipsarum partium quoad excludendum ipsum accusatorem compromittentem: Ergo apertissimè infertur, quòd *prædict. leg. 22. tit. 1. 7. partit.* disponens, quòd valet transactio inter partes in causis criminalibus; debet intelligi, ut valeat respectu ipsarum partium, non verò respectu alterius accusatoris; vel judicis: & certè istud est novum, & inevitabile fundamentum pro mea sententia & conclusione, cui responderi non potest. Tertio, & quidem notabiliter facit, quia si *prædicta lex part.* voluisset, quòd si accusator desisteret, facta concordia vel transactio inter partes, remitteretur pœna delicti; certè diceret & disponderet hoc procedere, quando ipsemet offensus, vel hæredes ejus, vel consanguinei ejus, de his qui prosequuntur suam vel suorum injuriam, desisterent ab accusatione, facta concordia & transactio; cum eis principaliter tangat negotium, & eis facta sit offensa? Sed illa lex simpliciter & indistinctè dicit, quòd accusatus possit facere pactum vel transactionem cum quolibet accusatore, etiam extraneo: ergo debet intelligi, ut tantum valeat respectu eorum, non verò respectu alterius accusatoris, vel respectu judicis. Confirmatur evidenti ratione; quia si concordia vel transactio noceret omnibus, sequeretur quòd in potestate

cujuslibet de populo, vel cujuslibet amici ipsius delinquentis esset absolvere & liberare eum à pœna delicti; maximè si offensus & occisus non haberet aliquos hæredes, consanguineos, vel esset ignotus; & daretur quotidie via & occasio delinquendi: quod est absurdum, & iniquum: Ergo apertè infertur, quòd illa lex tantum debet intelligi, quòd valeat concordia, & transactio respectu ipsarum partium, non verò respectu aliorum: & ista ratio videtur apertè concludere. Nec obstat illa *lex part.* in quantum dicit, *vala quanto para no recebir por ende pena en el cuerpo el acusado.* Quia debet intelligi, ut non imponatur sibi pœna propter pactum, vel transactionem; neque ex hoc habeatur pro convicto, & confessio: quòd esset aliàs in aliis delictis non ingerentibus pœnam sanguinis, ut *in leg. fin. ff. de Prævaric.* & expressè dicit *prædict. lex part. in 2. sui part.* Item quoad hoc, ut non puniatur tanquam corrupens accusatorem: quia aliàs puniretur, ut *in leg. Imperatores, ff. de Jure fisc.* Et recolò me disputasse intellectum illius legis partite, cum peritissimis judicibus hujus regni; & quidam ex judicibus curiæ regalis retulit mihi, quòd dum iste casus contingeret de facto in oppido *de Valladolid,* ubi quidam homo alium interfecit, & captus & accusatus fuit per hæredes vel consanguineos occisi, & durante lite fuit inter eos facta pax & concordia; & ea non obstante, fuit per judices curiæ regalis condemnatus ad pœnam mortis; & dum præparabatur executio sententiæ, quidam religiosi ad instantiam ipsius condemnati & consanguineorum & amicorum ejus, allocuti sunt Regem & Imperatorem nostrum, qui tunc temporis erat ibi, & dixerunt ei qualiter illa sententia erat nimis injusta, & contra *prædict. leg. part.* quia facta concordia & transactio inter partes, non potuit condemnari ad pœnam mortis, nec corporalem: & ipse Imperator jussit suspendere executionem sententiæ, & comparere coram se prædictos judices; qui sibi dixerunt, quòd prædicta sua sententia erat justa, quia illa *lex part.* non debebat intelligi prout verba sonant, & ut communiter aliqui putant; & visa & audita responsione eorum fecit comparere coram se aliquos ex peritioribus auditoribus sui regalis consilii; quorum major pars dixit idem, quod priores judices, & Imperator noster jussit, quòd prædicta sententia mandaretur executioni; & ita ille homo fuit suspensus; & ex hoc patet, quòd in isto regno esset valdè necessarium prædictam legem partite per Principem declarari.

* Adde, quòd istum eundem intellectum ad illam *leg.* tenet Greg. Lop. *in dict. leg. part. in verb. en el cuerpo,* cum pluribus aliis declaracioni-

ni-

nibus meis, quas hic pono; sed certè nunquam vidi ejus lectionem; sed post meam fuit edita: ipse verò nescio, an viderit meam? In hoc tamen discordes sumus, quòd ego teneo, quòd procedat illa lex, modò fiat pax & concordia gratis, modò pretio; ipse, quòd pretio. Item ambo dicimus quòd valet concordia ante accusationem propositam, & etiam postea.*

Unum tamen est: quòd licet superior mea conclusio & intellectus in puncto juris sit verissimus; tamen interim antequam illa lex partitæ per Principem declararetur, deberet servari & practicari ut verba sonant: & ita consulo quòd fiat, quia communis error & practica est jam redacta, in consuetudinem, & ita communiter observatur & practicatur in hoc regno, & minime sunt mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt, ut in leg. *Minime*, ff. de *Legib.* Et jam ego in hac civitate bis ita judicavi & practicavi, dum essem assessor cum iudice recusato: nam facta concordia & transactione partium, non imposui pœnam mortis delinquentibus, nec corporalem, sed mitiorem arbitriam, & mea sententia fuit confirmata in Cancellaria regia de *Valladolid* per Iudices regios causarum criminalium; & similiter per illam legem plures pauperes incarceratos labore proprio, & favente gratia divina, defendi & liberavi à pœna mortis.

* Item adde, quòd circa illam legem est pulchrum & singulare dubium: Quæ dicatur pœna corporalis? Et breviter & resolutivè dico, quòd pœna mortis naturalis; vel pœna abscisionis membri; vel pœna flagellorum; vel etiam pœna galearum; vel etiam (vide omnino infrà isto libro in finali folio) sola pœna infamiæ, quia æquiparatur morti naturali, ut est *Glos. sing. & ordin. in §. Suspectus, el 2. Institut. de Tuto. Suspect.* & vide leg. 7. tit. 33. part. 7.*

57 Advertendum tamen, quòd, posito quòd prædicta lex part. debeat intelligi & practicari, ut communiter intelligitur & practicatur; tamen debet intelligi & limitari modis sequentibus. Primo modo debet intelligi, ut procedat quando ipse offensus in vita remisit offensam & delictum in se commissum, vel hæredes ejus, vel consanguinei, de his qui prosequuntur suam vel suorum injuriam; secus verò esset quando extraneus accusator remitteret hoc; per ea quæ dicta sunt in superiori 3. fundament. & probat lex 1. tit. 11. lib. 1. ordin. ubi habetur, quòd ita demum valet remissio pœnæ, quam fecit Rex vel Princeps de aliquo delicto; quando inimici delinquentis desistunt ab accusatione, & remittunt offensam & delictum.

58 Secundò debet intelligi quando delictum principaliter est commissum in personam: secus

verò si principaliter sit commissum in rem. Et sic illa lex intelligitur & practicabitur in homicidio, injuria, vel simili delicto & offensa personali; non tamen in furto, vel simili delicto: argumento textus & eorum quæ ibi notantur in lege *Itaque Fol. §. de Furtis*; & in expressò in terminis similis statuti ita tenet Paul. de Castr. in leg. *Sequitur, ff. Quod autem, ff. de usucap. idem Paul. in leg. Si homo; eodem tit. 2. col. num. 2.* & ante eum tenet Bald. in leg. *Si quis in tantam, Cod. Unde vi. 2. column. in fin. num. 11.* dicens, quòd si cavetur lege, vel statuto, quòd delictum commissum inter conjunctas personas, &c. debet intelligi de delicto commissio in personam, non verò in rem.

* Item etiam videtur alius casus in quo procedat illa lex, scilicet, quando homicidium fieret in Ecclesia; & potest confirmari ex his quæ dico infrà, an & quando reus gaudeat immunitate Ecclesiæ? Et verissimè relatum est mihi quod in oppido de *Valladolid*, die & festo Corporis Christi quidam interfecit alium in quadam via publica, quæ ducebatur Corpus Domini nostri Jesu Christi; & facta concordia, fuit suspensus per iudicem causarum criminalium.*

59 Tertio prædicta lex debet intelligi, quando homicidium vel delictum fieret simpliciter, & sine aliqua qualitate, quæ nimis gravet: secus vero è contra, ut si fieret proditoriè, vel alevosè, vel cum veneno, vel cum sagitta, vel cum igne, vel cum alia simili qualitate; quia tunc non posset fieri concordia vel transactio inter partes; imò, ea non obstante, potest & debet Iudex reum condemnare pœna ordinaria: Ita probat textus notabilis in leg. 1. & 2. tit. 11. lib. 1. *Ordin.* ubi habetur & disponitur, quòd ita demum remissio Regis vel Principis, facta & concessa super aliquo delicto, valeat, quando delictum non esset commissum cum aliqua ex prædictis qualitatibus.

* Item pro hac sententia & conclusione facit quia propter immunitatem criminis licitum est leges transgredi; & ita tenet Gregor. Lopez in dict. leg. partit. hoc videtur valdè dubium quia prædicta lex ordinamenti expressè hoc decidit, quando remissio fit à Principe simpliciter, sed quando pars offensa expressè, & specialiter emittit delictum etiam commissum proditoriè vel alevosè, videtur, quòd valeat & teneat, sed adhuc teneo quòd hic est positum & scriptum. Nec obstat superior difficultas; quia respondeo, quòd lex partit. debet restringi prædicto modo.*

60 Quarto etiam dico quòd prædicta lex debet intelligi, quando quis semel commissit illud delictum: secus verò, si jam bis, vel ter commiserat aliud simile delictum, in quo fuit sibi remissa pœ-

pœna propter concordiam & transactionem partium, vel propter Principis indulgentiam & remissionem, vel ex maxima artis peritia, vel ex alia simili causa; quia tunc non valeret concordia vel transactio facta inter partes isto ultimo & novo delicto; imò, ea non obstante, debet reus condemnari pœna ordinaria delicti; argumento text. singularis *in leg. 3. Cod. de Episcop. aud.* ubi habetur, quòd remissio & indulgentia Principis non valet, quando reus aliud simile delictum jam commiserat, cujus verba sunt: *Remissionem veniæ crimina nisi semel admisa non habeant, nec in eos liberalitatis augustæ referatur humanitas qui impunitatem veteris admissi non emendationi potiùs quàm consuetudini deputarunt*, & ibi notant & commendant Odofred. Cyn. Bartol. Bald. Paul. & illum textum ad hoc summè notant & commendant Jas. *in leg. Nec damnosa. Cod. de Precib. Imper. offer. 2. column. num. 3.* Barbos. *in cap. Super litteris, de rescriptis. 21. column. num. 167.* ubi dicit, quòd ita vidit praticari Bononiæ; Palac. Rub. *in repet. cap. Per vestras, de donat. inter vir. & uxor. fol. 62. 4. col. n. 25.* facit bonus etiam textus *in leg. Capitalium. §. Solent, & in §. Grassatores. ff. de Pœnis*, ubi disponitur, quòd gravius puniatur ille, qui frequentius commisit delictum, quàm ille qui semel tantùm commisit: textus est *in leg. 3. versic. Si plures. ff. de Re militari*, textus *in leg. Servos. Cod. ad Legem Jul. de vi*; & utrobique DD. & in terminis idem disponit *lex 5. titul. 11. lib. 1. Ordin.* qua cavetur, quòd remissio & indulgentia Principis non prosit ei, qui aliàs aliud delictum simile fecerat; nisi de eo specialis mentio fieret.

61 Item etiam, retento communi intellectu & practica ad illam legem, utiliter & necessariò quæro: Si post mortem interfecti & occisi plures reperiantur consanguinei, de his qui possunt prosequi suam vel suorum injuriam, an omnes debeant remittere, vel consentire? vel quis eorum? Et certè est passus & articulus dubius, & quotidianus: Et videtur, quòd debeant remittere vel consentire omnes illi consanguinei, qui possunt accusare prosequendo suam vel suorum injuriam; qui sunt de jure communi usque ad septimum gradum, ut probat textus cum Glossa ordinararia *in leg. Si fœmina. Cod. ad Turpil.* & de jure regio, usque ad quartum gradum, ut *in leg. 2. titul. 1. 7. part. & in lege 26. eodem titul.* & latiùs dixi suprà suo loco; & ita fit & consulitur in isto regno per aliquos peritos literatos & advocatos. Sed ego resolutivè dico & teneo, quòd si in uno & eodem gradu proximiori sint plures consanguinei de his, qui possunt accusare prosequendo suam vel suorum injuriam, omnes debebunt consentire in

Tom. III.

concordia & transactione, & remittere mortem & offensam defuncti, ut reo non possit imponi pœna corporalis, cujus ratio est: quia isto casu, quando omnes sunt in eodem gradu, pariter admitterentur ad accusandum, nec unus præfertur alteri, nec judex potest unum ex eis eligere, quia æqualis ratio & conjunctio viget in omnibus: Ita probat textus formalis & expressus *in leg. 3. §. Si ad plures ff. de Sepul. viol. & ibi Glossa ordinaria Bartol. Alber. & Angel. in leg. Si plures. ff. de Accusat.* Si verò unus, vel aliqui consanguinei sint illi, vel in proximiori gradu, alii verò in remotiori; tunc illi qui sunt in proximiori gradu, possunt & debent consentire & remittere, & concordiam & transactionem facere; & non requiritur consensus nec voluntas aliorum existentium in remotiori gradu. Cujus ratio est: quia isto casu ille, vel illi soli, qui sunt in proximiori gradu, habent jus accusandi, & præferuntur omnibus aliis existentibus in remotiori gradu; argumento textus & communis opinionis *in leg. Si plures. ff. de Accusat. & in leg. 2. §. Si simul. ff. de Adulter.* Ergo in nostro casu, & in terminis nostræ legis partit. ille, vel illi soli dicentur & erit propriè pars, quæ possit remittere delictum: & in expressò in simili casu & statuto istam sententiam & conclusionem tenent Alber. post Guil. *in leg. penultim. §. final. ff. Nautæ, caup. stabul.* ubi dicit quòd stante simili lege, vel statuto, sola remissio & concordia proximioris in gradu valet & debet attendi, & non alia: tenet etiam Bald. *in leg. final. ff. de Verb. sig. 2. column. & 2. not.* per textum *ibi*: ex quo colligit & ponit talem doctrinam: quòd quando lege vel statuto aliquid committitur consanguineis alicujus, debet intelligi gradatim, ut semper proximiores præferuntur; quia ad eos videtur magis pertinere negotium, secundùm ordinem charitatis & conjunctionis: quod sequuntur & commendant ibi Salycet. Angel. & alii DD. tenent etiam Jacob. Salycet. & alii DD. *leg. 1. Cod. Unde vir, & uxor.* Idem Salycet. *in leg. final. Cod. de Testament. milit. & ibi Alexand. & Modern.* Idem Salycet. *in leg. Viduæ, Cod. de Nuptiis.* Paul. de Castr. *in leg. Si cum dotem. §. Si patri. ff. Solut. matrim.* Alexand. *in §. Autem tempore ejusdem legis.* Jas. notabiliter & meliùs quàm alibi, *in leg. Non solùm. ff. de Nov. oper. nunc. 1. column. numer. 3.* Imò, quod magis est si illo tempore remissionis, quo fit concordia & transactio, ille consanguineus erat proximior; licèt postea speretur nativitas alterius proximioris, non requiritur alia nova concordia & transactio fieri cum eo; ut si interfectus & occisus reliquit patrem, & uxorem prægnantem, & pater remisit & fecit concordiam & transactionem, & postea posthumus na-

S

tus

tus sit; non poterit revocari talis remissio, nec alia de novo requiritur: Ita Bald. *in loco supra proxime citato.*

62 Item etiam prosequendo prædictam legem quæro, an hæredes ipsius interfecti & occisi possint desistere ab accusatione, & facere concordiam & transactionem cum reo accusato? Et videtur quòd non: quia de necessitate juris tenentur mortem ejus vindicare; aliàs privantur hæreditate tanquam indigni, & applicatur fisco, ut supra dictum & probatum est. Sed teneo contrarium, imò, quòd licitè possint prædictam concordiam & transactionem facere: & jura communia, quæ imponebant eis pœnam privationis hæreditatis, intelligantur, quando non est permissa concordia vel transactio per legem; sed cum hodie sit licita & permissa per nostram legem partitæ, non privarentur hæreditate.

63 Item etiam quæro, si defunctus interfectus & occisus reliquit plures hæredes ex testamento, vel ab intestato: an omnes debeant consentire & desistere ab accusatione, & facere concordiam ac transactionem cum reo delinquente, ut non possit puniri pœna mortis, nec corporali? & certè articulus est difficilis, & quotidianus. Et videtur quòd sufficiat, quòd unus tantum desistat, & faciat prædictam concordiam & transactionem: Primò: quia jus vindicandi mortem defuncti est individuum, & competit cuilibet hæredi in solidum, argumento textus *in leg. 2. §. Ex his. ff. de Verb. oblig. cum materia: text. in leg. 4. §. Cato. eodem tit. text. in leg. Stipulationes non dividuntur, vers. 1. eodem tit. textus in leg. In executione, vers. 2. Ad opus, eodem titul. textus in leg. Hæredes. §. An ea stipulatio. ff. Famil. ercisc. textus in leg. fin. ff. de Servit. legat. & utrobique communiter DD. ergo unus solus hæres possit remittere, & facere prædictam concordiam & transactionem. Secundò, quia quando pupillus vel adultus habet plures tutores, vel curatores, unusquisque in solidum potest actum gerere, & valet & habet effectum, ac si ab omnibus esset gestus; textus est *in leg. 3. ff. de Admin. tut. textus in leg. 1. Cod. Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus, quia tale jus tutelæ, vel curæ est individuum, ut in leg. Inter tutores, ff. de Admin. tut. ergo in nostro casu valebit remissio & concordia unius hæredis tantum, cum sit jus individuum: & in expressò ita tenet Oldrad. Doctor antiquus summæ auctoritatis *in leg. Si plures. ff. de Legat. 3. quem refert Bartol. in leg. 4. §. Cato. ff. de Verb. obligat. penult. column. num. 33. & eam tenet & sequitur ibi Paul. de Castr. final. column. in fin. tenent etiam & sequuntur Rainer. & Alberic. in dict. leg. Plures. ff. de Legat. 3. Bald. in leg. 2. Cod. de Libert. & eorum liberis. 3. column. in fin.***

Idem Bald. *in leg. 1. ff. de Pañt. 2. column.* Idem Bald. *in cap. Cum omnes de const. 5. column. numer. 1.* Vel aliter & secundò videtur, quòd requiritur, quòd consentiat major pars hæredum, & desistat ab accusatione: Et major pars debet intelligi pro numero unciarum & partium hæreditatis; & si sunt pares & æquales in ipsa successione & hæreditate, major pars dicatur, quando sunt plures hæredes numero; & si fortè omnino sunt pares, major pars dicatur remittentium, & illa prævaleat & præferatur favore liberationis, argumento textus *in leg. Interpretatione. ff. de Pæn. textus cum ratione in leg. Absentem, eodem tit. textus magis in specie, in leg. Et suum hæredem. §. fin. Cum leg. sequentibus. ff. de Pañt. textus in leg. fin. Cod. qui bon. ced. quibus probatur, quòd liberatio semper est favorabilis in actu dubio: Item etiam, quòd si major pars creditorum, quibus debetur aliquod debitum, vult remittere partem debiti hæredi debitoris, ut adeat, & solvat; illa remissio valet & tenet, & præjudicat cæteris creditoribus contradicentibus: & ex isto fundamento in quæstione nostra istam sententiam & conclusionem tenent Bart. *in dist. leg. 4. §. Cato. ff. de Verb. obligat. penult. col. num. 34. & ibi Angel. fin. column. Socin. fin. column. in fin. Paul. de Castr. in leg. 2. §. Ex his, eodem tit. 2. column. num. 3. Bald. in leg. Cum inter veteres. Cod. de Fideicommiss. liber. Anchar. in Clem. 2. de Jure pat. 2. col. num. 4. Florian. in leg. Per fundum. ff. de Servit. rust. præd. fin. col. Angel. de Malef. in part. comparuerunt dicti inquisiti, & in termino defensionis. 3. & 4. column. & istam dicit magis communem opinionem Aret. *in leg. Pro hæred. §. fin. ff. de Acquir. hæred. 2. col. in medio.* Hiero But. *in repet. leg. 4. §. Cato de verb. oblig. penult. col. numer. 161. Joan. Crot. in rep. illius. §. 39. col. num. 106. qui dicit, & asserit hanc esse magis communem opinionem.***

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam: imò, quòd requiritur, quòd omnes hæredes consentiant, & desistant, & faciant pacem & concordiam; nec sufficit unus eorum; nec major pars. Primò, quia modò lex vel statutum aliquid requirat ab hærede, vel ab hæredibus fieri, semper debet intelligi ab omnibus hæredibus: text. est *in l. Si pluribus. ff. de Leg. 2. textus in leg. Si plures. ff. de Leg. 3.* Secundò, quia si hæredes possunt accusare mortem defuncti, est pro tanto; quia ipsi omnes representant in omnibus vicem defuncti: sed eo casu quo sunt plures hæredes, quilibet repræsentat eum pro parte, & omnes simul repræsentant eum in solidum, ut *in legat. 2. §. fin. junct. Glos. & communi opinione. ff. de Præt. stip. ergo, &c. Tertio, quia quando aliquid pertinet pluribus*

ut

ut singulis, omnes debent consentire, & non sufficit unus, nec major pars: text. est in leg. *Per Fundum*, ff. de *Serv. rust. præd. text. in leg. fin. ff. com. præd. text. in leg. 1. §. Denunciari*, ff. de *ventre inspic. textus in leg. de Pupillo*, §. *Si plurimum*, ff. de *Oper. nov. nunt.* Sed jus vindicandi vel remittendi pertinet ad hæredes, ut ad singulos, ut in leg. 3. §. *Si ad plures*, ff. de *Sepulc. violat.* & in l. 1. & per totum, ff. & *Cod. de His quib. ut indign. in leg. Hæres, cum leg. seq. ff. ad Syllan.* ergo in nostro casu & quæstione requiritur, quòd omnes hæredes consentiant, & faciant concordiam & transactionem. Quartò, quia licèt aliquod jus individuum pertineat pluribus, non potest unus alteri præjudicare, ut illud jus perimatur: text. est notabilis & expressus in leg. fin. vers. *Sed hæc omnia*, *Cod. de Auct. tutor.* ubi habetur, quòd si sunt plures tutores, licèt quilibet eorum habeat jus tutelæ & administrationis in solidum, ut in leg. *Inter tutores*, ff. de *Administr. tutor.* & ibi Bart. tamen, si agatur de ipsa tutela totaliter dissolvenda, non potest unus sine alio auctoritatem præstare: Confirmatur etiam ex textu unico & singulari in l. *Si quis hac leg.* §. *Quotiens*, ff. *Qui & à quibus*, secundùm Rainaud. & Antiquos ibi; ubi disponitur, quòd si libertus est ingratus, & sunt plures patroni offensi, omnes debent consentire, ut reducatur in servitutum, & non sufficit consensus unius, vel majoris partis; & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Alberic. & communiter alii DD. antiqui.

64 Item quæro: Si ex una parte concurrant hæredes extranei interfecti & occisi, & ex alia consanguinei: Qui præferantur in accusando? Et breviter dico, quòd hæredes extranei; quia in eis concurrit duplex ratio & causa: Prima siquidem est, quia repræsentant defunctum in omnibus, & per omnia, ut supra probavi. Secunda; quia necessitate juris tenentur accusare, & ejus mortem vindicare, ut in leg. 1. & per tot. ff. de *His quibus ut indign.* & in leg. 1. & per tot. *Cod. eod. tit.* unde ipsi præferuntur tam in accusando, quàm in remittendo, & in terminis reperio, quòd istam sententiam & conclusionem tenet Ripa in leg. 4. §. *Cato*, ff. de *Verbor. obligat. antepen. column.* quod reputo notabile in practica.

65 Item etiam quæro: Si inter hæredes, vel consanguineos reperiatur aliqua fœmina, vel nullus reperiaturs masculus; sed tantùm fœmina, an ipsa possit accusare, & remittere, & facere prædictam concordiam & transactionem? Et videtur quòd non, argumento text. in l. *Qui accusare*, ff. de *Accus.* ubi habetur, quòd mulier non potest accusare delinquentem, ratione sexus: ergo non possit remissionem facere: & in

Tom. III.

terminis ita tenet Glos. singularis & unica in casu simili in cap. 1. §. *Hoc autem notandum de his qui feudum dare pos. in usibus feudor.* quam ad hoc reputat singularem & unicam Angel. de Perus. in leg. *Si filius qui patri*, ff. de *Vulgar. & pupil. 2. column. in fin.* Sed Joan. de Imol. ibi distinguit in hoc, dicendo, quòd illa Glossa sit vera, & procedat stantibus aliis masculis; aliàs verò, masculis non stantibus, ipsa possit accusare, & facere prædictam remissionem, concordiam, & transactionem. Sed his non obstantibus, ego teneo, quòd indistinctè, modò sint alii masculi, modò non, fœmina possit accusare, & facere remissionem, concordiam, & transactionem; Nec obstat textus in *dist. leg. Qui accusare*, ff. de *Accusat.* Quia debet intelligi, quòd mulier non possit accusare de crimine publico, tanquam quilibet de populo; sed benè potest accusare prosequendo suam, vel suorum injuriam; imò tenetur accusare, tanquam hæres ex juris necessitate: text. est in l. *Non ignorat*, *Cod. Qui accus. non pos.* text. in leg. *Fœmina*, *Cod. ad Turpil.* & ibi communiter DD. Si potest accusare; ergo etiam remittere poterit: argumento text. in leg. *Qui hæres*, & in l. *His potest*, ff. de *Acquir. hæred.* textus in leg. *Ejus est nolle, qui potest & velle*, ff. de *Reg. jur.* Nec obstat etiam illa Glossa singularis & unica in contrarium adducta: Quia ultra hoc, quòd ejus auctoritas est probabilis, & non necessaria, procedit de consuetudine, non verò de jure communi; ut juribus supra allegatis; & in expressò ita tenent Aret. in *dist. l. Si filius qui patri*, ff. de *Vulg. & pup. penult. col.* & ibi Alexand. *penult. column. num. 24.* Rom. in l. 1. §. *Potuisse*, ff. *ad Syllan.* idem Roman. Aret. Alexand. & alii Moderni in leg. *Pro hæred.* §. *fin.* ff. de *Acquir. hæred.* Imò, quod magis est, si ex una parte concurrat uxor ipsius occisi & interfecti, & ex alia hæredes, vel consanguinei; crederem, quòd præferatur ipsa uxor, tam in accusando, quàm in remittendo; quia in eà concurrit major conjunctio & affectio, cum sint una caro, ut in cap. *Gaudemus*, §. *Quia verò de divorc. cum similib.* quod reputo notabile.

66 Item quæro; Si filius, vel hæres, vel consanguineus ipsius occisi & interfecti, qui habet jus accusandi, sit minor, & habeat tutorem, vel curatorem, an possit remittere mortem defuncti, talem concordiam & transactionem facere? & jam iste casus in ista civitate contigit, & in eò judicavi tanquam assessor. Et videtur, quòd si probatio delicti sit certa, non possit remitti; si verò est dubia, sic: argumento textus in leg. *Patrum curatoris*, *Cod. de Pactis*, textus in leg. *Præses*, *Cod. de Transact.* textus in leg. *Imperatores*, ff. de *Pactis*, textus in leg. *Lucius*, l. 2. §. *fin.* ff. de *Administr. tutor.* textus in leg.

S 2

Qui

Qui fundum. §. Si tutor. ff. Pro empt. textus in l. Tutor pupilli. ff. de Jurejur. quibus probatur, quòd tutor, vel curator non potest transigere, vel pascisci super delicto liquido; sed super dubio sic: & ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Gand. in tract. Malefic. fol. 29. 2. col. Bonifacius etiam in tract. Malefic. in tit. de Pace, fin. column. Sed, his non obstantibus, ego teneo contrarium imò, quòd ista sit vera doctrina & resolutio; quòd si talis minor sit adultus, ipse cum auctoritate curatoris possit remittere, & concordiam & transactionem facere; si verò sit impubes, possit solus ejus tutor facere. Nec isto casu requiritur decretum & auctoritas judicis, nec adhuc talis minor posset restitui, modò fecisset pretio recepto, modò gratis: quia interest minoris non habere rixas, vel discordias, nec litibus & sumptibus vexari, ut in leg. Minoribus viginti quinque ann. ff. de Minorib. & ille laudatur & commendatur de jure divino & humano, qui pacem servat, ut probatur auctoritate divina: Diligite inimicos vestros, & bene facite eis, qui oderunt vos & probatur in leg. 1. ff. de Censib. & in leg. Unica. Cod. de Caduc. tollend. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenent Spec. in tit. de Homicid. 2. col. num. 6. Bart. in l. Fideicommiss. Cod. de Transact. Alber. in l. Pactum curatoris, Cod. de Pactis, & ibi Bald. Paul. Salyc. Alexand. Jason, Jacob. de Sanct. Georg. & Philipus Dec. idem Alber. in l. Clarum. Cod. de Auctor. præstant. fin. quæst. idem Alber. in l. Tutoris. ff. de Pactis, Bald. & Modern. in l. Jurisjurandi. ff. de Jurejurand. Bald. Paul. & alii DD. in l. 1. Cod. de In integrum restit.

Item quæro, an filius spurius ipsius interfecti possit accusare tanquam consanguineus, qui prosequitur suam, vel suorum injuriam; & per consequens possit remittere mortem & delictum patris & facere pacem & concordiam? Et videtur quòd non; quia spurius non potest dici nec nominare filius, sed in omnibus habetur tanquam extraneus: textus est formalis & expressus in *Authentic. quibus modis nat. eff. sui. §. penult. vers. ultimo siquidem, collat. 7.* ibi *Iste nec naturalis nominatur, nec alendus est à parentibus, nec habebit quoddam ad præsentem legem participium nuptiarum textus in Authenti. licet in fin. Cod. de Natur. textus in Authentic. ex amplexu. Cod. de incest. liber. & ex isto fundamento istam sententiam & conclusionem tenet Angel. de Malefic. in parte comparent dicti inquisiti, & in terminis defensionis. 4. column. vers. Quid si statuto dicitur, & dicit: ita consúluisse Franc. de Ramo, Salycet. & alii plures DD. Sed, his non obstantibus ego teneo contrarium imò, quòd talis filius spurius possit accusare, & remittere; quia in*

his quæ concernunt jus sanguinis, sive commodum successionis bonorum, benè est habilis, capax, & reputatur filius; argumento textus in *leg. Hoc accusat. §. Omnibus. ff. de Accusat.* argumento etiam textus eorum, quæ ibi notant Bald. & DD. in l. Parentes. ff. de In jus vocando, & in expressò istam sententiam & conclusionem tenent Bartol. in leg. 2. ff. de Accusat. 2. quæst. Angel. in l. 1. Ejusdem titul. Bald. notabiliter in l. 1. Cod. Qui accusat. non possunt. 11. column. num. 50. ubi expressè tenet, quòd filius spurius potest accusare mortem & delictum patris, tanquam prosequens suam, vel suorum injuriam, si potest accusare, & remittere, & facere pacem & concordiam.

67 Item quæro, si fiat pax & concordia cum ipso, offenso & vulnerato super injurias & vulnera sibi illata, & postea sequatur mors, an illa pax an concordia ad illa extendatur, ut ampliùs non possit delinquens accusari de homicidio, nec per judicem imponi pœna corporalis? Et breviter & resolutivè dico, quòd si vulnus erat mortale, taliter quòd verisimiliter ex eo sperabatur mori, pax & concordia ad casum mortis extendatur, ut etiam illa videatur remissa; argumento textus cum ratione in *leg. Damni infecti. §. Sabini sententia. ff. de Damno infecto*; si verò vulnus non erat mortale, nec verisimiliter sperabatur mors: tunc pax & concordia ad eam non extendatur, sed benè possit de homicidio accusari; quia de ipsa morte non videtur cogitatum: argumento text. in *leg. Vulnerato. ff. ad legem Aquil. & in leg. Cum Aquiliana, & in l. Qui cum tutoribus. ff. de Transact. & in l. Tres fratres, cum materia. ff. de Pactis & in expressò istam sententiam, & resolutionem ponunt Bart. post antiquos in *dist. leg. Damni infecti. §. Sabini sententia. 1. column. & quæst. de Damno infecti.* & ibi Alber. Angel. Paul. Imol. Cuman. & communiter DD. Specul. in tit. de Accusat. 4. col. vers. *Sed pone si accusavit. 6.* Florian. in *leg. Si vulnerato. 1. column. num. 2. ff. ad legem Aquil. Angel. de Malef. in parte comparent dicti requisiti, & in terminis defensionis. 3. column. vers. Quid autem,* & ista opinio est tenenda in judicando; & consulendò: Quamvis Gandin. teneat expressè contrarium pluribus fundamentis in *tract. Malefic. 28. fol. in Quæstione incipien. sed pone quòd filii, & hæredes. 2. column.* imò, quòd indistinctè prædicta pax & concordia super vulnere facta non extendatur ad mortem inde secutam: Sed pro fugiendis opinionibus sit cautus reus delinquens, ut exprimat in concordia, quòd facit pacem tam pro vulnere, quàm pro morte, & omni damno, vel læsione, quæ ex tali vulnere possit sequi; secundùm prædictos DD. Ex quibus nota & collige, quòd quando finis*

habet necessariam causam cum principio, semper attendimus principium, & non finem; de quo vide omnino Bartol. & DD. & ibi posita in dict. leg. *Damni infecti*, §. *Sabini sententia*, ff. de *Damno infecto*.

68 Item quæro, infra quod tempus debeat fieri prædicta concordia & transactio inter partes, ad hoc ut valeat, & habeat effectum? Et resolutivè dico, quod debet fieri ante sententiam diffinitivam latam super delicto contra ipsum reum: ita expressè disponit prædicta *lex Partit.* ibi dum dicit, *tenemos por bien, que si la avenencia fuere fecha ante que la sentencia sea dada sobre tal yerro*, &c. Confirmatur quia transactio regulariter & semper fit super re dubia & incerta; unde, & post sententiam diffinitivam latam non debet valere, tanquam super re liquida, & certa: text. est in leg. 1. ff. de *Transact.* text. in l. 2. *Cod. eod. tit.* textus in leg. *Si causa cognita*, eod. tit. textus in leg. *Eleganter*, versic. *Si post rem judicatam*, ff. de *Cond. indeb.* & utrobique communiter DD. & licet remissio, & liberatio tanquam certi, & liquidi valeat post sententiam diffinitivam, ut in leg. 1. ff. de *Transact.* & ibi Glossa ordinaria & communis opinio: tamen prædicta *lex partitæ* noluit, quod post sententiam diffinitivam valeret talis remissio pœnæ in causis criminalibus, tanquam nimis præjudicialibus reipublicæ, cui competit jus vindictæ, & accusandi, propter bonum publicum, & exemplum subditorum. Ex quo sub infertur; quod talis concordia & remissio non posset fieri post conclusionem in causa ante sententiam diffinitivam latam; quia isti casus æquiparantur in jure argumento text. in leg. *Si rem*, §. *final* ff. de *Evictionib.* per quem ita tenent Bart. in l. *Si mater*, §. *Eandem*, ff. de *Except. rei jud.* in fin. Paul. de Castr. in l. *Si rem alienam*, la 1. §. *fin.* ff. de *Pign. act.*

69 Pulchrum tamen dubium est circa hoc: Si sententia diffinitiva jam est lata contra ipsum reum principalem delinquentem, & ab ea sit appellatum; an pendente appellatione valeat prædicta remissio, concordia, & transactio inter

partes, ut reus delinquens non possit condemnari ad pœnam mortis, nec corporalem, & sententia contra eum lata revocetur? Et videtur quod nullo modo valeat, nec habeat effectum; quia apertè repugnant verba prædictæ legis partit. in quantum dicit, *antes que la sentencia sea dada*. Confirmatur etiam, quia in dubio in qualibet dispositione à verbis legis non est recedendum, ut in leg. *Liberorum*, §. *Quod tamen Casius*, ff. de *legat.* 3. & in leg. *Labeo*, ff. de *Supe. leg.* rursus etiam confirmatur, quia sententia facit rem notoriam, in l. 1. ff. de *Transact.* cum similib. Item etiam, quia limitata causa limitatum parit effectum, ut in leg. *Age cum Geminiano*, *Cod. de Transact.* & in l. *Ex facto*, §. *Item quero*, ff. de *Vulg. & pup.* item etiam, quia causa appellationis est diversa à primâ causa vel instantia, ut in *Auth. de His, qui ingrediuntur ad appellandum*, collat. 5. & ibi Glos. ordinaria & communiter DD. finaliter etiam facit text. singularis & unicus in leg. *Græce*, §. 1. ff. de *Fidejussor.* ubi disponitur, quod si fidejussor, qui alios sistit in iudicio, intelligitur usque ad sententiam diffinitivam latam, non verò postea, licet ab ea sit appellatum, quia censetur instantia diversa, quem ibi ad hoc reputant singularem & unicum Bart. Paul. & alii DD.

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam: imò, quod etiam si fuerit lata sententia; si tamen ab ea sit appellatum, valeat concordia & transactio, & non possit imponi reo delinquenti pœna corporalis; & ista quæstio jam contigit de facto in Cancellaria de *Valladolid*, & ita fuit judicatum & pronunciatum. Pro qua sententia & conclusione considero sequentia fundamenta. Primò, quia per appellationem interpositam extinguitur sententia, & omnis effectus: text. est (M) in l. 1. §. *fin.* ff. ad *Tur.* cujus verba sunt: *Quia provocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatum*, & ibi ad hoc notant & commendant Bartol. Alb. & communiter DD. ergo in nostro casu valeret concordia, & transactio, tanquam si non esset lata sententia.

(M) Non levis inter interpretes labor æstusque est circa hujus text. interpretationem; quippe qui adversari videtur legibus nonnullis suspensionibus verbis utentibus, ut de eâ re consulto Jason, num. 9. Rip. num. 7. in leg. 1. ff. de *Re jud.* Feli. ac Dec. in rubric. extra de *appellat.* nec aliquam differentiam constituas inter causas civiles, & criminales, quidquid autemet Andr. Alc. in leg. *Si causa cognita*, num. 11. *Cod. de Trans.* in illis enim regulariter, & generaliter nullum discrimen, ac nulla differentia poni debet, ut probat text. in leg. *Absentem*; ibi secun-

dum mortem, ff. de *Panis*, notat Bart. communiter receptus in leg. *Papinianus*, §. 2. ff. de *Inoffic. testam.* latè doctissimus Pinelus, in 1. part. 3. part. cpl. 124. col. 2. *Cod. de Bôn. mat.* & in rub. 1. part. n. 22. *Cod. Resc.* meminerisque idcirco non immeritò appellatione à Curt. cons. 1. 6. num. 8. Purp. in l. 1. num. 87. *Cod. de Pact.* & à Nicol. Antonio Granario Briaticensi præstabilis eruditionis, & doctrinæ Jurisconsulto, & mihi multis nominibus clarissimo amico ad præxim Octavii Vestrii, cap. 5. lit. dict. num. 30. injustæ sententiæ thyriacam appellari.

tia. Confirmatur ratione ; quia jam isto casu res efficitur dubia & incerta propter appellationem, & probationem, quæ postea fieri potest in secunda instantia. Item & secundò pro hac sententia & conclusione facit textus notabilis & expressus in *leg. 2. §. final. ff. de Pænis*, ubi probatur, quòd non videtur quis condemnatus, nec contra eum lata sententia, quando ab ea est appellatum : cujus verba sunt : *Eum accipimus condemnatum, qui non provocavit, cæterum si provocavit nondum damnatus videtur*, & ibi notant & commendant Glossa ordinaria & communiter DD. Tertio facit text. singularis & unicus in suo casu in *l. Ita demum. Cod. de Procur.* ubi habetur, quòd appellatio extinguit iudicatum, & reducit rem ad statum, in quo erat post litis contestationem : & ad hoc reputant ibi singularem & unicum Bald. & communiter cæteri DD. ergo in casu nostro, cùm prædicta concordia & transactio valeret & haberet effectum in prima instantia, ita etiam similiter debet valere in secunda instantia post appellationem interpositam. Quarto facit text. in *l. Peremptorias. Cod. Sent. resc. non pos.* ubi traditur regula & doctrina notabilis, scilicet, quòd exceptio peremptoria, quæ non potest opponi post sententiam diffinitivam latam, potest opponi, si ab ea sit appellatum. Quintò facit textus in *leg. Eleganter. §. Quid ergo. ff. de Condiçt. indeb.* ubi disponitur, quòd licèt post sententiam diffinitivam non valeat transactio ; tamen, si ab ea sit appellatum, valet & tenet ; & ibi Glossa ordinaria Bartol. & communiter DD. ergo licèt nostra *lex partitæ* expressè dicat, quòd post sententiam non possit fieri prædicta concordia & transactio in causis criminalibus ; tamen debet intelligi, quando ab ea non est appellatum : si verò ab ea sit appellatum, benè valet & tenet. Sextò facit text. in *leg. Post rem iudicatam. ff. de Transact.* ubi habetur, quòd licèt post sententiam diffinitivam non valeat transactio ; tamen, si à sententia sit appellatum, valet & tenet. Septimò facit textus in *leg. Qui à latronibus. §. fin. ff. de Testam.* ubi habetur, quòd licèt condemnatus ad mortem non possit testari ; tamen, si à sententia sit appellatum, valebit testamentum. Octavò facit textus in *leg. Furti, versic. 1. ff. de His qui notant. infam.* ubi habetur, quòd licèt condemnatus ex delicto efficiatur infamis ; tamen debet intelligi, si à sententia non fuerit appellatum : aliàs verò, si est appellatum, non efficitur infamis. Nonò facit textus in *leg. Qui cùm major. §. Accusasse. ff. de Bonis quæ liber. ubi habetur, quòd ille dicitur accusare, qui causam producit usque ad sententiam diffinitivam, à qua non est appellatum. Decimò facit textus in *leg. Sciendum. §. Si fundum. ff. Qui satisd. cogant.* ubi habe-*

tur, quòd licèt possessor rei alienæ, qui per sententiam est condemnatus rem restituere, non evitet satisfactionem ; tamen si à sententia sit appellatum, benè illam evitabit. Undecimò facit textus in *leg. final. Cod. de Errore advocat.* ubi habetur, quòd licèt error advocatorum alicujus causæ possit revocari usque ad sententiam diffinitivam, & non postea ; tamen, si à sententia sit appellatum, potest revocari. Duodecimò facit textus notabilis in *leg. Papin. §. Meminisse. ff. de Inoffic. testament.* ubi disponitur, quòd licèt ille, qui egit querela inofficiosi testamenti, & non obtinuit, amittat commodum in eo sibi relicto, nisi desistat antè sententiam ; tamen, si ab ipsa sententia sit appellatum, & pendente appellatione destitit, excusatur ; & ad hoc notant & commendant Glossa ordinaria & communiter DD. Finaliter etiam facit textus benè notandus in *leg. Fideijussores* ubi habetur, quòd licèt exceptio divisionis ex epistola divi Adriani non possit opponi post sententiam diffinitivam ; tamen, si ab ea sit appellatum, benè potest opponi : & ibi notant & commendant Glos. ordinaria, Bart. Alb. Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. Et adde, quòd idem esset, quando remissio, concordia, vel transactio fieret inter partes post sententiam diffinitivam latam intra tempus datum ad appellandum : quia in jure nostro paria sunt, à sententia esse appellatum, vel esse intra tempus datum ad appellandum : ista est glossa singularis & unica in *leg. Ex iudiciorum. ff. de Accusat.* de qua latiùs dixi suo proprio loco.

Quartò & principaliter dico, quòd aliud est crimen publicum *adulterii* : de quo magistraliter dixi in *leg. 80. Tauri*, ubi omninò vide.

A D D I T I O N E S.

S U M M A R I U M.

- 1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*
- 2 *Pæna homicidii.*
An valeat statutum, ut pæna minor imponatur?
- 3 *Nobiles, & illustres an eadem pæna puniantur?*
Nobilem in adulterio deprehensum an liceat occidere?
Quadrupes an sit occidendus si hominem occiderit?

De

- 4 De parricidio, & ejus pœna.
Socius eadem pœna punitur in crimine parricidii?
An in hoc crimine puniatur affectus effectu non secuto?
- 5 De filio sciente delictum contra patrem committendum, & non revelante.
De sciente delictum contra Regem vel Rempublicam committendum.
- 6 De proditore & qualiter puniatur?
Clericus proditoriè homicidium committens, an sit tradendus Judici sæculari?
- 7 Socius proditoris an teneatur eadem pœna?
- 8 De occidente cum veneno.
- 9 De probatione in hoc crimine.
- 10 De vendente venenum, vel emente illud.
- 11 De assassino, & ejus pœna.
- 12 An conatus absque effectu puniatur pœna ordinaria in hoc crimine?
- 13 De diffidatore, & de duello.
Diffidatio unde dicatur?
- 14 De occidente seipsum.
De occidente se ipsum indirectè?
De sepultura neganda iis, qui se occidunt.
- 15 Percutiens seipsum qualiter puniatur?
- 16 Quando homicida excusetur?
- 17 Qua pœna puniatur æunquens sine dolo?
De morte seu homicidio in ludo contingente?
De Judice malè indicante ob imperitiam, vel dolum.
De culpa Medici.
- 18 Dolus an præsumatur in homicidio?
- 19 Ad textum in cap. finali, de homicidio, lib. 6.
- 20 Infante mortuo reperto in lecto nutricis, vel matris.
- 21 De homicidio ad defensionem.
De irregularitate in hoc casu.
- 22 De occidente ob defensionem alterius.
De homicidio ob defensionem bonorum, & honoris, ibid.
- 23 Aggressor non debet expectare, ut percutiatur ab aggressore.
An liceat interficere eum, qui te interficere decrevit?
- 24 Aggressor an teneatur fugere, & non occidere?
Quid de jure Canonico, & in foro conscientiaè?
- 25 Excedens modum defensionis qualiter puniatur?
Quod si aggressor fugiat, & aggressus eum sequatur, & occidat?
Aggressor si velit ab aggressionem desistere, & aggressus nolit, quid?
- 26 Quis præsumatur aggressor, occisor an occisus?
- 27 De reo confitente homicidium ad suam defensionem, alia non existente probatione.
- 28 An sufficiat probatio per conjecturas in hoc casu?
- 29 Si vulneratus moriatur ob malam curationem, quid?
- 30 An sit præsumendum vulneratum decessisse ex vulnere, & vulnus esse lethale?
- 31 Affectus an puniatur effectu non secuto?
- 32 Ita graviter vulneratus, ut de eo mors speretur an possit accusare de homicidio?
Accusatio si facta fuerit de vulnere, & pendente accusatione vulneratus moriatur, possit sequi condemnatio de homicidio?
- 33 De occidente posthumum in utero.
De abortu procurato.
De partu monstruoso.
- 34 De præbente poculum amatorium ex quo mors sequatur.
- 35 De occidente Petrum credente esse Joannem.
- 36 De occidente prætereuntem, seu mediatorem?
- 37 De pluribus occidentibus aliquem?
De irregularitate in hoc casu?
- 38 Homicida an etiam teneatur civiliter ad interesse?
- 39 Si occisus erat Officialis, vel operarius, qualiter restitutio sit facienda, & de computatione facienda pro ejus vita?
- 40 De mandante occidi, & qualiter puniatur ipse & mandatarius?
Restitutio damnorum quo ordine facienda hoc casu?
- 41 Quid si mandatum revocetur?
- 42 Si mandatum non habuit effectum an habeat locum pœna?
Delicta quæ atrociora, & quæ leviora?
- 43 Mandatarius quando excusetur.
De laboratoribus seu operariis laborantibus in alieno, de mandato alterius.
- 44 De consulente seu persuadente delictum vel laudante maleficium.
- 45 Consulens revocans consilium qualiter excusetur?
- 46 Mandatum an possit fieri tacitè, & per conjecturas?
- 47 De secreta allocutione ad aures.
- 48 De conjuncto, vel consanguineo occidente eum, cum quo consanguineus rixam habuit?
De irregularitate in hoc casu.
- 49 De auxiliatore in delictis ante delictum.
- 50 De auxilio in ipso delicto.
Quando dicatur actus proximus vel remotus delicto, ut eadem pœna puniatur auxiliator vel non?
- 51 De auxiliatore post delictum, & receptatoribus.

- 52 *Homicida an possit succedere in bonis occisi? Quid de successore majoratus occidente ejus possessorem. An fiscus impediatur jus accrescendi in hoc casu?*
- 53 *Homicida an possit succedere ei qui occiso successerat? De marito occidente uxorem, adulteram an aliquid possit lucrari?*
- 54 *An hæres teneatur vindicare necem defuncti?*
- 55 *De pace, & remissione homicidii.*
- 56 *Et.*
- 57 *Facta concordia an alius possit accusare, vel Judex procedere?*
- 58 *Quod lex partitæ non procedit si accusatur remittens sit extraneus, & non hæres.*
- 59 *Nec procedit dicta lex in delictis commissis in rem, sed in personam.*
- 60 *An homicidio proditorio, vel cum alia simili qualitate?*
- 61 *Quid si reus aliquid simile delictum commiserat?*
- 62 *An requiratur quod omnes consanguinei remittant, vel sufficiat major pars?*
- 63 *Hæredes occisi an possint remittere delictum?*
- 64 *Si plures sint hæredes an omnes debeant remittere?*
- 65 *Si concurrant hæredes extranei, & consanguinei, qui præferantur.*
- 66 *An fœmina possit remittere, & facere pacem? De uxore præferenda. Quid sit maritus uxorem occidat, an filius communis remittat, & pacem faciat?*
- 67 *Minor an possit pacem facere?*
- 68 *Spurius an possit facere concordiam?*
- 69 *Pax facta cum vulnerato an extendatur ad mortem postea secutam? Quid de procuratore constituto ad pacem faciendam?*
- 70 *Quo tempore debeat fieri pax, & concordia?*
- 71 *An concordia possit fieri appellatione pendente à sententia?*
- 72 *An Judex possit compellere partes ad concordiam remissivè.*

DE materia homicidii latissimè agunt Carrius in *Practica*, tractatu de Homicidio, & assassin. Decianus, lib. 9. cap. 17. & sequentibus. Bossius in *Practica*, tit. de Homicidio. Clarus etiam in *Practica*. §. Homicidium, & omnes Summistæ eodem verbo: Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. cap. 9. Bernardus Diaz in *Practica*, cap. 94. Petr. Gregor. in *Syntagmat.* lib. 36. cap. 15. & multis sequentibus, ubi materiam latissimè exornat, Tusch. *littera H. conclus.* 141.

usque ad 151. Vela de *Delictis*, cap. 15. Gutierrez lib. 2. *Canonicarum*, cap. 5. & 6. Azor *Institutionum Moralium*, part. 3. lib. 2. de Homicidio, Farinacium alios quam plurimos referens, & fuisse materiam explicans, *quest.* 119. & pluribus sequentibus. Molina de *Justitia*, tom. 4. *disput.* 3. & sequentibus usque ad 40. Barbosa in *Collectedanis ad titul.* 12. lib. 5. *Decretalium*. Acevedus in *leg.* 1. & per totum, *titul.* 23. lib. 8. *Recopilationis*. Lessius de *Justitia*, lib. 2. cap. 9. per totum. Ægidius Trullench. in *quintum præceptum Decalogi*, & ibi Reginaldus, & reliqui Neoterici, Gratianus in *regula* 224. & plurimos congerens Pichardus in *Manuductionibus*. 3. parte. §. 4. numer. 66. & latissimè Diana *Resolutionum Moralium*, tom. 5. *tractat.* 4. per totum, post Fillucium in *Summa*, tom. 2. *tractatione* 29. cap. 1. & seqq.

2 Ad numerum 1. ibi: In quo resolutivè dico, &c.

Pœnam mortis pro homicidio stabilitam esse, ut hic resolvitur, docent Bossius in *titul. de Homicidio*, num. 107. & sequentibus. Covarrub. *Variarum Resolutionum*, lib. 2. cap. 9. num. 2. Plaza, in *Epitome delict.* lib. 1. cap. 10. Clarus in §. de Homicidio, num. 14. Decianus lib. 9. cap. 17. & 20. Tuschus *littera H. conclus.* 148. Molina de *Justitia*, tom. 4. *disp.* 21. ubi num. 5. quod etiam Nobilis dictam pœnam pari debet, licet non furca, sed gladio; de quo etiam Acevedus in *leg.* 3. *titul.* 23. lib. 8. *Recopilationis*: Pichardus in *Manuductionibus*. 3. parte. §. 4. numer. 66. & §. 4. *Institut. de Publicis judiciis*, numer. 11. & latissimè Farinacius in *Praxi*, *question.* 119. ex num. 1. ubi num. 14. rationes adducit ad dictæ pœnæ impositionem; & num. 15. etiam jure divino eam imponi debere; & n. 26. octo casus congerit, in quibus pœna mortis minui debet, & ibi etiam agit de pœna Clerici homicidæ de jure Canonico, & num. 27.

Facit regula, quod non valeat statutum seu consuetudo, ut pro homicidio non pœna mortis, sed pecuniaria imponenda sit; quod etiam optime explicat Molina de *Justit.* tom. 4. *disp.* 22. & Acevedus in *leg.* 3. *titul.* 23. lib. 8. num. 3. Pradilla de *Lege pœnali*, cap. 15. Gratianus in *regula* 327. latè.

3 Ad numerum 3. ibi: Sed certè salva eorum pace, &c.

Illustres personas, & in dignitate constitutas, non eadem pœna, mortis scilicet, sed leviori esse puniendas, ut hic resolvitur, docuerunt plures relati à Farinacio in *Praxi*, *quest.* 119. n. 18. & Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 10. ex n. 2. Sed quod indistinctè Nobilis seu Illustris pœna mortis condemnari debeat pro homicidio, tenent Bossius *tit. de Homicidio*, n. 100. Clarus §.

num. 18. Molina de *Justitia*, tom. 4. disp. 21. num. 5. Acevedus in *leg. 3. titul. 23. lib. 8. Recopilationis*, num. 5. & 6. Farinacius *dict. quæstion. 119. num. 17.* ubi alios plures refert; & in *quæst. 98. num. 108.* ubi addit ex justa, & rationabili causa, posse Judicem hoc casu pœnam mortis minuere, optimè Pichardus in §. *Item lex Cornelia, Institut. de publicis judiciis*, num. 10. ubi num. 11. ait quòd ipse nobilitatis gratia, inconsulto Principe, non traderet morti Nobilem, nisi tumultus populi aliter sedari non posset.

Dixerunt etiam aliqui, non posse maritum occidere Nobilem in adulterio repertum, quòd hodie locum habere non posse, ex *leg. 28. Tauri, & leg. 1. titul. 20. lib. 8. Recopilationis*, docuit cum aliis Gratianus in *regul. 343. num. 13.* cùm illæ leges indistinctè loquantur.

Adeò autem pro homicidio pœnam mortis imponendam esse dixerunt alii, ut id ad quadrupedem extendendum fore docuerint; quod tanquam à Jure alienum, observandum non esse voluerunt Covarrub. *lib. 2. Variar. resolut. capit. 8. num. 1.* & eum, & alios referens Parladorius, tom. 3. *differentia 52. num. 3.*

4 Ad num. 3. ibi: *Et magistraliter, & resolutivè dico, &c.*

Crimen parricidii committi per occidentem aliquem ex ascendentibus vel descendentibus, vel aliquem ex transversalibus, usque ad quartum gradum, nec non per occidentem uxorem, seu maritum, & alios, docet *hoc num. Gomezius*, ubi etiam pœnam imponendam refert, & ita probant Covarrub. in *Clementina, si furiosus, 2. partit. in initio, ex num. 9.* Clarus in §. *Parricidium*, Menochius de *Arbitrariis, casu 356. & 396.* Bernardus Diaz in *Praxi, cap. 96.* ubi Salzedo, Tuschus *littera P. conclus. 90.* Molin. de *Justitia, tom. 4. disp. 26. per totam Parladorius different. 117. per totam*, Petrus Gregorius in *Syntagm. lib. 36. cap. 24.* Farinacius in *Praxi, quæst. 120. ex num. 1.* Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 22.* Pradilla de *lege Pœnal. 1. partit. capit. 16. ubi numer. 4.* quòd Clericus parricida debet degradari, & tradi Judici sæculari, de quo Salzedo ad Bernardum Diaz *suprà*: per quas autem personas, & quibus casibus hoc delictum committatur, explicat latissimè ipse Farinacius, *dict. quæstione 120. ex numer. 104.* ubi etiam de transversalibus affinibus, & reliquis, & *question. 51. ex num. 29.* & Sarmiento *lib. 7. cap. 14. num. 2.* ubi de occidente patrem spiritualem; & novissimè Solœrzano in tractatu satis erudito quem fecit in *hoc crimine*, Pichardus in §. *Alia deinde lex 5. institut. de publicis judiciis*, ubi optimè declarat pœnam hujus criminis, & quare cum cane, gallo, vipera, & simia includatur reus?

Tom. III.

An autem patrem Bannitum, vel perduellionis reum liceat occidere? videndus est Menochius de *Arbitrariis, quæst. 90. ex num. 43. & casu 356.* ubi an incurrat dictam pœnam qui patrem occidit ex aliqua causa ex qua posset exheredari? de quo etiam Farinacius, *consil. 66. ex num. 1.*

Ibi: *Item etiam, &c.*

Quòd socius in isto crimine, etiamsi sit extraneus, simili pœna debeat puniri, docent Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 12. ex num. 15.* Decianus *lib. 9. cap. 13. num. 7. & num. 13.* ubi de præstante opem post parricidium, putà sepe liendo cadaver ne illud detegatur; & *num. 14.* de accommodante equum parricidæ, ut fugiat: benè Molina de *Justitia, tom. 4. disput. 26. numer. 10.* & latissimè Farinacius *dict. quæst. 120. ex num. 139. cum multis sequentibus*, ubi de præstante opem, auxilium, consilium, &c. & *numer. 147. & seqq.* an puniatur hoc casu affectus effectu non secuto? in quo distinguit an deventum fuerit ad actum proximum, ut putà ad aggressionem eum gladio, vel veneni propinatione, & tunc eadem pœna puniatur, aliàs secus: Menochius de *Arbitrar. casu 360. ex num. 63.* Cujacius *lib. 15. Observationum, cap. 25.* & aliè adducti à Domino Francisco de Amaya *lib. 1. Observationum, cap. 2. num. 8. & 9.*

5 Ad num. 4. ibi: *Item adde, &c.*

Quòd si filius sciat delictum committendum contra patrem, vel pater contra filium, & non revelent, nec prohibeant, teneatur eadem pœna secus in fratre, vel collateralis, qui extraordinaria pœna tenentur, resolvit Gomezius in *præsenti*, docent Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. capit. 22. ex num. 16.* Bayardus ad Clar. *quæst. 87. num. 2. & in §. Parricidium, num. 4.* Vivius *opinionem 694. num. 2.* Menochius de *Arbitrariis, casu 355. & seq.* ubi Additio. Sed à prædicta resolutione dissentiunt communiter Doctores, ut constat ex Farinacio, *quæst. 120. ex numer. 154. & cons. 66. & 104.* & Molina de *Justitia tom. 4. disp. 26. num. 11.* & aliis relatis à Solœrzano *ubi supra* qui tenent non pœna ordinaria puniendum esse filium, nec extraneum non revelantem crimen committendum contra patrem; eos vide, & maximè Farinacium *ubi supra*, qui cum aliis explicat textum in *leg. Utrum. ff. ad leg. Pompeiam de parricid.* ut non procedat in sciente solùm, sed etiam cooperante; de quo novissimè D. Larrea *allegat. fiscali 65. ex num. 42.* omninò videndus; *ubi numer. 43.* docet pœnam ordinariam locum habere: & *numer. 74.* laudat nostrum Gomezium *hoc num.* asserentem, quòd crimen revelari debet quamvis non possit probari, vide etiam *suprà, cap. 2. num. 9.*

Ibi: *Et ex his potest inferri, &c.*

T

Di-

Diximus jam de hoc *suprà*, *cap. 2. num. 9.* ubi etiam dictum manet, an quis alium defendere teneatur, & quid in foro conscientie? *ibi* videbis.

6 Ad numerum, 5. *ibi*: *Advertendum tamen, &c.*

Proditorium homicidium esse quando quis occidit amicum securum, secus si inimicum, & hoc secundum jus commune; de jure vero Regio etiam committi proditorem, quando inimicus taliter occiditur, seu vulneratur, quod non potuerit se defendere, docet Gomez *in presenti*: & tenent plures relati à Farinacio *in Praxi*, *question. 18. num. 75. & 76.* Paz *in Praxi*, *tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. num. 31.* Gratianus *disceptationum cap. 380. num. 39. & 40.* Verius tamen est etiam de jure communi, proditorium homicidium committi, quoties quis offenditur taliter quod se defendere non potuerit etiamsi sit inimicus, ut probant latissimè ex text. *in capit. 1. de Homicidio*; & aliis Farinacius *ibid. num. 76.* referens Covarrubiam *lib. 2. Variarum, cap. fin. ex num. 6.* Plazam & alios, Molina *de Justitia, tomo 4. disp. 23. num. 5.* Gutierrez, *lib. 1. Practicarum quest. 2. ex num. 20. & lib. 4. quest. 13. ex n. 31.* & alii relati à Barbosa *in cap. Inter alia de immunitate Eccles. num. 46. & c. 1. de homicidio*, iterum Farinacius *consil. 76. num. 7. & 15.* quidquid dicat Aceved. *in leg. 2. tit. 23. lib. 8. Recopil. num. 12.* vide latè Narbonam *in Concordia familiarium, glos. 11. per totam.*

De pœna autem hujus homicidii, & an incurratur pro vulnere? vide supra relatos, & Pradillam *de legib. pœnalib. cap. 18.*

Quod si Clericus committat proditorium homicidium qualificatum, an sit degradandus tradendusque Judici sæculari? magna est concertatio inter Doctores, ut constat ex Covarrubias *in practicis, cap. 32.* & Bernardus Diaz *in cap. 96.* & *ibi* Salcedo, & aliis relatis à Cevallos, *question. 564.* Sayro *in tractatu de Censuris, lib. 5. capit. 22. ex num. 15.* Farinacius, *quest. 8. ex n. 75. & quest. 19. num. 14. & 49. & decis. 241. post lib. 2. Consiliorum, Fachinæo lib. 9. cap. 29.* Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 49. num. 18. & quasi per totam, Bobadilla in Politica, lib. 2. cap. 18. numer. 38. & 74.* Villadiego etiam *in Politica, cap. 5. §. 27. ex num. 1.* Pradilla *de lege pœnali, 1. partit. cap. 18. num. 3.* Barbosa *de Officio, & potest. Episcopi, allegatione 110. ex num. 11.* ubi enumerat tria solùm delicta degradatione digna, nempe hæresim, falsitatem in litteris Apostolicis, vel conspirationem contra proprium Episcopum, & postea agit quid in aliis delictis qualificatis? ex quibus facile colligitur magis juri consonam videri opinionem, quod solùm in dictis casibus à jure expressis locum possit habere

degradatio, licet de consuetudine aliud sæpius observetur in atrocissimis delictis, ut docet Narbona *de ætate, anno decimo cum dimidio, question. 10. num. 10.* Et vide *infra, num. 8.* ubi de Clerico occidente alium veneno: vide etiam Carlevalium *de Judiciis, disp. 2. num. 773.* ubi quod Judex sæcularis non potest cognoscere de viribus sententiæ degradationis, nec novum formare processum, sed solùm imponere pœnam.

7 Ad numerum 6. *ibi*: *Sed his non obstantibus, &c.*

Eadem pœna esse puniendos principalem, & socium, ita ut socius non dicatur proditor, si principalis non fuit proditor, & è contra, licet ipse socius aliter assistat, resolvit Gomezius *in presenti* & docent latissimè Plaza *in Epitome delictorum, lib. 1. cap. 17. num. 20.* Clarus *in §. finali, quest. 90. ex num. 1.* Mascardus *de Probationib. concl. 159. num. 18.* & benè declarans Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 23. num. 9.* & plurimos referens, amplians, & limitans, Farinacius *in Praxi, quest. 131. ex num. 1. maximè n. 23. & 24.* cum videas Barbos. *de Jure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 93.* ubi de occidente proditoriè rixantem cum alio seu consanguineo.

8 Ad num. 7. *ibi*: *Tertius casus, &c.*

Veneno occidens punitur eisdem pœnis ac proditorie occidens, & eodem modo proceditur in uno casu ac alio, imò solus conatus punitur, licet extraordinaria pœna: ita Gomezius *in presenti*, & docent latè Carrerius *in Practica, in 1. tract. de Appel. §. in textu, ibi beneficorum, ex num. 1.* Bernardus Diaz *in Pract. cap. 95.* Plaza *in Epitome delictorum, lib. 1. cap. 20.* Decianus *lib. 9. cap. 21. & seq. ubi cap. 22. num. 4. & seq.* aliqua specialia in Jure statuta ob immunitatem hujus criminis cumulat, Petrus Gregor. *in syntag. lib. 36. cap. 18.* ubi etiam quod morte non extinguitur hoc crimen: optimè Molina *de Justitia, tom. 4. disput. 24. per totam*, ubi de conatu in hoc crimine an puniatur pœna ordinaria? & *num. 3.* docet interficientem veneno consanguineum, qui est in carcere pro aliquo delicto, ne ignominia pœnæ afficiatur, puniri pœna parricidii, si consanguinitas erat intra quartum gradum, Cantera *cap. 5. per tot.* Aceved. *in l. 5. 6. & 7. tit. 3. lib. 8. Recop. Gregorius, tot. tit. 23. part. 7.* Cevallos, *quest. 540.* ubi quid si non sequatur effectus? & latissime ut solet, Farinacius *quest. 122. ex num. 1.* ubi *num. 4.* quod hoc crimen dicitur proditorium, & eisdem pœnis cohibetur, & *num. 7.* quod Clericus alium veneno occidens, post depositionem longiori carcere puniendus est, si autem in calice Sanctissimæ Eucharistiæ venenum propinavit, quod si Curie sæculari tradendus, & *num. 12.* agit de venenante fontem, & *num. 14. & seq.* latissimè agit de

conatu in hoc crimine, & quòd non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniendus sit effectu non secuto; etiam si deventum fuerit ad actum proximum, & propinationem veneni (de quo Salcedo ad Bernardum Diaz *cap. 95.*) & tandem per discursum quæstionis agit de vendente, & emente, conficiente aut retinente venenum; eum vide, & Pradillam *de Lege pœnali. 1. part. cap. 17.* ubi de ejus pœna, Hermosillam & in *leg. 17. tit. 5. partit. 5. glos. 1.*

9 Ad num. 8. ibi: *In quo breviter dico, &c.*

Non esse sufficientem probationem in homicidio veneno commisso depositionem Testium dicentium vidisse dari venenum, & quòd mors secuta fuerit, vel quòd reus ita fateatur, sed requiri quòd talis depositio seu confessio coadjuvetur, & verificetur declarationibus Medicorum, ut *hic* resolvitur, docent Carrerius in *Practica, tit. de Homicidio. §. 1. num. 102.* Gregorius in *leg. 7. tit. 8. partit. 7.* & alii penes ipsos: quòd benè explicat & temperat Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 24. numer. 16.* asserens, quòd quando testes dicunt, & declarant, quòd genus veneni homicida dederit defuncto, & eo veneni genere constat, quòd fuerit sufficiens ad occisionem, & testes sunt omni exceptione majores, satis probatum censi debet delictum ad condemnationem, absque eo quòd Medicorum requiratur declaratio: sed opinionem Gomezii securiorem judico, cum hoc delictum sit difficili probationis, ut ex pluribus probat Farinacius, *quæst. 18. num. 105. & quæst. 37. n. 150.* indeque in eo Judex debet esse facilior, & promptior ad torturam inferendam, quàm ad condemnandum, ut docuit ipse Farinacius *quæst. 122. numer. 57.* ubi *numeris antecedentibus, & subsequentibus*, de præsentis quæstione agit latissimè, & in *quæst. 86. ex num. 29. & consil. 19. n. 30.* ubi quòd corpus delicti non dicitur constare quando Medici præcisè non affirmant quem mortuum esse ex propinato veneno, vide etiam Hermosillam, in *leg. 17. tit. 5. part. 5. glossa 1. num. 2. vers. de Vendente, & Scacciam de Judic. lib. 1. cap. 83. num. 3.*

10 Ad numerum 9. ibi: *Item adde circa prædicta, &c.*

Vendens venenum tunc tenetur, quando vendidit homini fatuo, seu dementi, vel servo, minori, vel meretrici; secus verò si probo, & discreto viro, vel mulieri; ita Gomez. in *præsentis*, & docent Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 20 num. 9.* Decianus *lib. 9. cap. 23. n. 5.* Menochius *de Arbitr. casu 359. ex num. 1.* Molina *de Justit. tom. 4. disp. 24. n. 14.* Farinac. in *Praxi, quæst. 122. n. 49. & seq.* ubi ait quòd vendens dictis personis prohibitis, non tamen dolosè, extraordinaria pœna puniri debet

Tom. III.

pro modo culpæ; & addit, quòd si quis vendat meretrici venenum, quo communiter uti solent mulieres, pro sepeliendo (prout est sublimatum) tunc nulla pœna venditor erit puniendus, licèt homicidium sequatur; verisimiliter enim credere potuit in communem usum emptum fuisse, & Hermosilla in *leg. 17. tit. 5. part. 5. glossa 1. numer. 5.* Petrus Gregor. in *Syntagm. lib. 36. cap. 18. num. 2.*

11 Ad n. 10. ibi: *Quartus casus est, &c.*

Assassinum qui pretio corruptus alium occidit, eadem pœna ac proditor, & alevosus, esse puniendum, ut *hic* resolvitur, docent latè explicantes Carrerius in *Practica, in 3. tractat. de Homicidio, & assassinio. §. Circa igitur tertium, num. 11.* Bernardus Diaz, in *Practica, cap. 96.* ubi ex multis probat Salcedo, Clericum assassinum absque eo quòd præcedat degradatio posse puniri per sæcularem Judicem, dummodo per Ecclesiasticum Judicem, declaretur ipsum esse assassinum, Covarrubias *Variar. lib. 2. cap. 20. num. 9. & 10.* Plaz. in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 10.* Clarus in *§. Assassinum, num. 6.* Gratian. *regul. 374. numer. 8.* ubi quòd propter immunitatem hujus criminis non requiritur integra probatio, sed sufficiens probabilia argumenta, Molina *de Justit. tom. 4. disp. 25. per totam*, ubi benè explicat, & latè agit de pœna excommunicationis imposita per Innocentium Quartum, & *num. 9.* ait, conatum cum actione immediata puniendum esse pœnà ordinaria, & plurimos referens Cenedus in *collect. 26. super cap. 1. de Homicidio, lib. 6.* & omnium latissimè Farinacius in *Praxi, quæst. 123. ex num. 19. usque ad num. 162.* ubi omnia congerit ad hanc materiam pertinentia per ampliationes, limitationes, & declarationes, quem videre sufficiet, & fere infinitos referens Pichardus in *Manuductionib. 3. part. §. 4. numer. 12.* Cevallos *tomo 4. quæst. 901. per totam*, ubi latè de hac materia, & *numer. 31.* probat contra alios quòd Clericos assassinus non potest per Judicem sæcularem puniri absque prævia degradatione vel declaratione, in qua expressè vincatur crimen assassinatus commississe; eum videas & Pradillam *de Lege pœnali. 1. part. cap. 19. per totum.*

12 Ad numerum 11. ibi: *Licèt effectus non sequatur, &c.*

Et ibi: *Sed salva ejus pace, &c.*

Propter animum, & intentionem occidendi non pœna ordinaria, sed mitiori, & extraordinaria puniendum assassinum, non secuto effectu ut resolvit Gomezius, docent plures relati à Farinacio, *quæst. 123. numer. 78.* & à Cevallos, *quæst. 901. ex num. 53.* ubi etiam *numer. 58. & seq.* agit, an gaudeat immunitate Ecclesiæ assassinus non secuto effectu; vera ta-

T 2

men

men resolutio in hac quaestione est, quod si assassinus devenit ad actum proximum delicto, poena ordinaria puniri debet, si vero ad actum remotum tantum, tunc mitior, & extraordinaria poena imponi debet, ut colligitur ex relatis *sup. num. preced.* maximè Farinacio *dicta quaest. 123. ex numer. 104. cum multis sequentibus* ubi latè declarat, qui actus dicatur proximus, qui remotus: Cevallos *dict. quest. 901. tom. 4. ex numer. 55. referens Covarrubiam in Clementina, si furiosus, in init. 2. part. num. 9.* quos videas, & eundem Cevallos *quest. 540. maximè ex numer. 6.* & Molinam *de Justitia, tom. 4. disp. 25. numer. 9.* & iterum Farinac. *cons. 37. numer. 13.*

13 Ad num. 12. ibi: *Quartus casus, &c.*

Diffidator qui alium occidit, vel vulneravit poena mortis, & confiscationis bonorum punitur; si vero non sequatur mors nec vulnus, nec rixa, non habet locum poena mortis, sed confiscationis ex sola diffidatione, si autem diffidatus interficiat, vel offendat diffidantem, poena exilii puniendus est: ita resolvit Gomez. *in presenti, & docent ex jure Regio Acevedus in leg. 10. titul. 8. lib. 8. Recopilat.* ubi & per totum titulum latè materiam prosequitur, Reginaldus *in Praxi, lib. 21. cap. 7.* Molina *de Justit. tom. 4. disp. 17.* Petrus Gregor. *in Syntagm. lib. 48. cap. 16.* latè Gutierrez *lib. 2. Canoniar. cap. 6. n. 133.* Jac. de Castillo *in tract. de Duello; & generaliter de hoc delicto, & ejus gravitate, & de poenis duelli; videndi sunt Bernardus Diaz in Practica cap. 100. & ibi Salcedo, Menchaca Illustrium, cap. 49. ex num. 11.* Zerola *in Praxi Episcop. verb. Duellum, & ibi omnes Summistæ, necnon omnes Doctores congesti in volumine communium opinionum, eodem verbo, Azor. Institutionum moralium. 3. part. lib. 2. cap. 5.* Sayrus *de Censuris, lib. 3. cap. 31. ex num. 29.* Diana *2. part. tract. 16. resolut. 55. & 3. part. tract. 6. resolut. 1. & 4. part. tract. 4. resolut. 192.* ubi de Sepultura Ecclesiastica deneganda, & aliis locis citatis *in ejus compendio, verb. Duellum, Thom. Sanch. in Summa, lib. 2. cap. 39.* & alii plures in unum congesti à Barbosa *in Collectan. ad rubr. & totum titulum de Clericis pugnantis in duello, Farinac. quest. 119. numer. 23.* ubi *numer. 24.* ait, quod requiratur ad hoc delictum tractatus, & deliberatio, si enim in continenti orta inter duos rixa, unus alterum calore iracundiæ motus ad duellum invitat, incontinentique ad aliquem locum accedentes dimicant, tunc poenam duelli locum non habere ait, secundum Plotum *de In litem juran. §. 42. num. 3. & seq.* eum vide, & Gratianum *Discept. cap. 110. per totum, & Thomam Sanchez supr. dict. cap. 39.* ubi *ex numer. 18.* addu-

cit poenas impositas jure communi, & motu proprio Gregor. XIII. & Clement. VIII. & quod etiam duellum privatum eandem prohibitionem habeat, *ibid. numer. 22.* latè Ægidius Trullenchus *in Decalogum, lib. 5. cap. 2. dub. 13.* & Pradillam *de Lege poenali. 2. part. cap. 3.* ubi de poenis jure Regio impositis, & Barbos. *de Jure Ecclesiastic. lib. 2. cap. 10. numer. 45.* ubi de Ecclesiastica sepultura deneganda; & de materia duelli vide plures referentem D. Larream *allegat fiscali 116. & 117.* ubi optimè materiam pertractat.

Unde autem originem duxerit diffidatio, & quare sic dicatur; explicat Gutierrez *lib. 4. Civilium, quest. 13.*

14 Ad numerum 13. ibi: *Sextus casus in quo aggravatur, &c.*

Et ibi: *Hodie autem, &c.*

Hodie in hoc regno indistinctè quando quis se interfecit, sive tædio vitæ, impatientia, vel dolore, sive metu poenæ delicti commissi, sive ex aliqua qualibet, causa, incurrit poenam confiscationis bonorum, præterquam si habet filios aut alios descendentes quamvis de jure communi, & Partitarum *ex leg. 3. ff. de Bonis eorum qui mortem sibi consciverunt, & leg. 34. tit. 1. & leg. 6. titul. 27. partit. 7.* & aliis adductis à Gomez. alia distinctio fiebat, ita docent, Gregorius *in dict. leg. Partitæ, & Acevedus in l. 8. titul. 23. lib. 8. Recopilation.* (quem videas circa reservationem bonorum favore ascendentium, vel descendendum delinquentis *ibidem, & in lege 3. titul. 10. lib. 4. Recopilation.*) Gratianus *in regul. 55. ex numer. 1.* ubi in aliquo dissentit à nostro Gomezio ut fecerunt Avendaño *in suo Dictionario, verbo Desesperado, Didacus Perez in leg. 9. titul. 13. & leg. 19. titul. final. lib. 8. Ordinamenti, & alii relati ab ipso Acevedo, & Lara in tractat. de Anniversariis, lib. 1. cap. 11. ex numer. 44.* videas tamen Menochium *de Arbitrar. casu 284. & conclus. 65. post Opera Roderici Suarez, Bonacinam de Restitut. disput. 2. quest. ultim. punct. 5.* Plazam *de Delictis, c. 23.* Covarrubiam *lib. 2. Variarum, cap. 1. ex numer. 11.* Molinam *de Justitia, tom. 4. disp. 20. per totam, & disp. 9.* Scacciam *de Judiciis, lib. 1. cap. 83. num. 8.* Canteram, *cap. 6. num. 53.* & Pradillam *de Leg. poenal. 1. parte, c. 20.* ubi de poena hujus delicti; & *num. 21.* addit *ex leg. 10. titul. 8. partit. 7.* & Gregorius *ibi,* quod qui arma dedit scienter, ut quis se interficeret, poenam mortis incurrit, Diana *resolut. 26. 27. & multis sequentibus, tom. 5. tractat. 4.* Barbosa *de Axiomatibus, axiomate 147.* ubi etiam *ex num. 3.* quod Clericus seipsum percutiens injuriosè, excommunicationem incurrit; & quid si consentiat ut alius eum percutiat? Gutierrez latissimè *lib.*

lib. 2. *Canonic. cap. 3. per totum*, Reginaldus in *Praxi*, lib. 21. cap. 4. latè, & novissimè Valenzuela, & Amaya in *leg. 10. Cod. de Jure fisci*, lib. 10. ubi numer. final. addit ipse Amaya quod si descendens ex capite impotentiae, vel voluntatis, excludatur ab hæreditate, fiet locus fisco, licet talis descendens ex potentia sanguinis, vel juris deliberandi possit transmittere hæreditatem, quia dicta *lex 8. tit. 23. lib. 8. Recopil.* descendentes tantum voluit admitti; hanc etiam materiam ad saturitatem, explicat Farin. *quæst. 128. per totam*, & alios refert Cepedus *collectan. 29. ad Decretum, D. Latrea allegat. fiscali 114. ex num. 5.*

De eo autem qui indirectè mortem sibi concivit, videndi sunt Sayr. in *Clavi Regia*, lib. 7. cap. 9. Lessius, lib. 2. cap. 9. dubitat. 6. per totam, Diana *resolut. 27. & seq. tom. 5. tractat. 4.* Reginaldus *suprà, dicto cap. 4.* Thomas Sanchez in *Consiliis Moralibus*, lib. 5. cap. 1. dub. 33. & Ægidius Trullench. in *Decalogum lib. 5. cap. 3. dub. 1. 2. & 3.* & alii penes ipsos qui latissimè agunt de eo qui abstinentiis, & jejuniis vitam abbreviant, &c.

Sepulturam Ecclesiasticam esse denegandam his qui se occidunt, notum est in Jure, ut tradunt *suprà*, allegati, & maximè Lara in *tractatu de Anniversariis*, lib. 1. cap. 11. num. 28. & quasi per totum, ubi etiam latè disputat de legato relicto alicui Ecclesiae pro sepultura an si is postea se interficiat, vel alio modo efficiatur incapax Ecclesiasticæ sepulturæ, amittat legatum Ecclesia (de quo etiam) Farinac. *dicta quæst. 128. num. 20.* Gutierrez latè in *Canonic. lib. 2. cap. 3. per totum* latè Barbosa plures referens de universo jure Ecclesiastic. lib. 2. cap. 10. num. 49. ubi etiam addit, quod si quis reperiat mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, non debet privari Ecclesiastica sepultura, quia dum non constat quod seipsum interfecerit, vel præcipitaverit, hoc non est præsumendum; cum potuerit per insidias, aut vim, in puteum projici, vel suspendi, aut ex furore seu mentis alienatione id facere, Molina de *Justitia*, tomo 4. disp. 20. numer. final. Scaccia de *Judiciis lib. 1. cap. 83. num. 8.*

15 Ad numerum 14. ibi: *Item adde quòd si quis se percusserit, &c.*

Si quis se percusserit (licet non interfecerit) metu pœnæ delicti commissi, ex quo veniebat imponenda pœna mortis, & confiscationis bonorum, postquam erat accusatus, habetur pro confesso, & dictam pœnam incurrit, secus si se percusserit tædio vitæ, vel ex alia causa, quia tunc pœna arbitraria puniri debet; ita Gomez. in *presenti*, & docent Carrerius in *Practica*, in 3. tractat. de *Homicid. & assassin.* §. 8.

quæro, num. 9. Plaza, in *Epitome delict.* lib. 1. cap. 23. numer. 11. 18. & 19. Menochius de *Arbitr. casu 284. ex numer. 22.* Peregrinus de *Jure fisci*, lib. 4. tit. 4. numer. 4. Decianus, lib. 9. cap. 3. num. 4. Molina de *Justitia*, tom. 4. disp. 20. num. 4. & 5. ubi laudat nostrum Gomezium, Diana, *Resolut. 32. tom. 5. tractat. 4.* Reginaldus, lib. 21. cap. 4. ex num. 53. & latè Farinacius *dict. quæst. 128. ex num. 34.* qui omnes id explicant procedere quando se occidere intendebat, & hoc non habuit effectum, fortè quia ab alio fuit detentus & impeditus; tandem de consuetudine pœnam mortis non infligi, sed aliam mitiorem: vide etiam Ægidium Trullench. in *Decalog. lib. 5. c. 3. dub. 4.* ubi etiam de castrante seipsum, & eruditus Amaya, lib. 3. *Observationum*, capit. 6. ex numer. 35. & 44. sequentibus.

16 Ad numerum 15. ibi: *Primus est quando homicida, &c.*

Homicidium committens sine dolo, quòd non teneatur pœna ordinaria, ut hic resolvitur, docent Carrerius in *Practica*, in 3. tract. de *Homicid. & assassin.* §. *Decimo quarto excusat*, ex n. 1. Clar. in §. *Homicid. num. 3.* Menochius de *Arbitr. casu 324. num. 1. & 12.* Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. cap. 10. ex num. 5. Molina de *Justitia*, tom. 4. disp. 21. ex num. 1. Acevedus in *Rubrica tit. 23. lib. 8. Recopilationis*, ex num. 16. Barbosa in *Collect. cap. de cætero, de homicid.* & latissimè ampliandus & declarans suo more Farinacius, *quæst. 126. quasi per totam*, maximè ex numer. 41. quem omninò videas, & consil. 30. in *Additione littera R.* & Cevallos *quæst. 580.* ubi latè disputat, an pœna imponenda in hoc casu possit esse corporalis? & Gratianus in *regul. 116.*

17 Ad numerum 16. ibi: *Ex quo infertur quòd si quis occidat, &c.*

Non ordinaria, sed extraordinaria pœna illum delinquentem puniendum esse, quia culpa, & non dolo alium occidit, ut in exemplis hic positis, docent Carrerius in *Practica*, in 3. tract. de *Homicid. & assassinio.* §. 14. *Excusat. Clarus*, & reliqui *num. præced.* Pichard. in §. *Injuria*, institut. de *leg. Aquilia*, ex num. 60. & in *repet. tit. de Substitut. cap. 4. num. 24.* & Farinacius *dicta quæst. 126. num. 4. & num. 17. & seq.* ubi plura ponit exempla; & num. 42. ubi numer. 43. & sequent. probat, hanc pœnam extraordinariam pro modo scilicet culpæ imponendam, extendi posse usque ad exilium, & relegationem, & plures referens Cevallos, in *dicta quæst. 580.* ubi plurimos refert, & ait cum Claro *suprà* pœnam triremium ad tempus aliquando imponi posset vide etiam Farinacius, *consilio 2. lib. 1. num. 1. & consilio 30. in Additione littera K.*

Item

Item de luis illicitis, vel non cautè exercit-
tis, ita ut ex eis alicujus mors sequatur, agunt
latè Clarus, in §. *Ludus* ubi Bayardus in *Addi-
tionibus*, Petrus Gregor. in *Syntagma*, lib. 39.
cap. 2. & seq. Cujacius *Observat.* lib. 6. cap. 15.
Farinacius *dist. quæst.* 126. ex num. 28. ubi nu-
mer. 31. agit de homicidio in colluctatione, eum
omnino videas, & Tiraquel. de *Pœnis temperan-
dis*, causa 13. Acevedum in *leg.* 2. tit. 7. lib. 8.
Recopilat. num. 21. & 22. Gutierrez lib. 2. *Can-
onic.* cap. 6. num. 143. & seq. Pichardus in §.
Injuria, instit. de *lege Aquilia*, ex num. 75. ubi
optimè explicat, & Avend. cap. 16. *Prætorum*.
2. part. num. 16.

Ibi: *Quando Judex ex imperitia sua, &c.*

De Judice autem malè judicante per imperi-
tiam vel dolum, vide Gregorium in *leg.* 24.
rit. 22. part. 3. Menochium de *Arbitrariis*, ca-
su 339. Anton. Fabrum in *Jurisprud.* Papini. ti-
tul. 1. de *Justitia*, & jure princip. 4. illatione 1.
& 2. Oswald. ad Donel. lib. 28. cap. 2. Aviles
cap. 1. *Prætorum*, verb. *Fiel*, & verb. *A las par-
tes*, & cap. 2. verb. *En justicia*; Farinacius la-
tissimè *quæst.* 111. ex n. 435. Pichard. in prin-
cipio *Instit. de Obligationib. quæ quasi ex malef.*
Sayrus in *Clavi Regia*, lib. 10. cap. 13.

Ibi: *Idem est in Medico, vel Chirurgo, &c.*

De Medici culpa ob imperitiam, & de ejus
dolo in curatione commisso, Clarus in §. *Ho-
micidium*, numer. 17. ubi Bayardus numer. 39.
& seq. Ripa in *tractatu de Peste*, titul. de *Remediiis*.
§. *Medicorum*; Menochius de *Arbitrar.* ca-
su 581. Menchaca *Illustrium* lib. 1. cap. 19. Co-
varrubias in *Clementina Si furiosus*. 2. part. §. 4.
Silvester in *Summa*, verbo *Medicus*. Plaza de
Delictis cap. 26. Sayrus in *Clavi Regia*, lib. 1.
cap. 10. Gregorius Lopez in *leg.* 6. titul. 8. par-
tit. 7. Molina de *Justitia*, *tractat.* 3. disp. 75. &
alii relati à Barbosa in *Collect.* cap. 7. de *Ætate*,
& *qualitate*, &c. ubi de eorum irregularitate:
optimè Pichardus. §. *Præterea si Medicus*, *In-
stitut. de lege Aquilia per totum*, quem omnino vi-
deas, & Gutierrez, lib. 2. *Canonicarum*, cap. 6.
ex num. 26.

18 Ad numerum 17. ibi: *Semper præsumitur
quòd homicida, &c.*

Regulariter homicidium præsumi dolo com-
missum nisi contrarium probetur, ut resolvit
Gomezus docent Carrerius in *Practica*, *tract.* 3.
de *homicidio*, & *assassinio*. §. *Homicidii autem
species*, numer. 83. & seq. Bossius in titul. de
Homicidio, num. 34. Mascardus de *Probationi-
b.* lib. 1. conclus. 71. ex numer. 1. & conclu-
sion. 864. numer. 30. & seq. Bayardus ad Cla-
rum. §. *Homicidium*, numer. 13. Cevallos, *dic-
ta quæst.* 580. ex num. 4. post Gutierrez in *Au-
thentica*, *sacramenta puberum*, numer. 63. in *fin.*

& Farinacius *quæst.* 126. num. 103. ubi n. 104.
alios pro contraria adducit; & *numeris sequenti-
bus usque ad finem quæstionis*, per quinquaginta,
& tres conclusiones, latissimè materiam explicat;
quòd etiam fecit Menochius de *Arbitrariis*, ca-
su 361. & lib. 5. *præsumptione* 40. per totam,
Molina de *Justitia*, tomo 4. disp. 3. num. 4. ex
quibus colliges manifestè, quid sit dicendum in
quocumque casu contingibili, vide etiam Gra-
tiani *regula* 128. Matienzo in *Dialogo* 3. part.
cap. 19. num. 6.

19 Ad numerum 18. ibi: *Limita tamen, &
intellige, &c.* & ibi, *sed etiam isto casu, &c.*

Nimis rigurosa videtur opinio nostri Gome-
zit in *præsenti*, quatenus asserit mandantem ali-
quem verberari sub protestatione, nec occidat,
si mandatarius fines mandanti excedat, & of-
fensus moriatur teneri de homicidio ex *Tex.* in
cap. *final. de Homicid.* lib. 6. cum ille *Tex.* lo-
quatur de irregularitate, & communis sit re-
solutio DD. quòd tali casu non ordinaria, sed
extraordinaria & mitior pœna sit imponenda,
ex Alexandro *consilio* 140. *volumin.* 2. Decio,
consil. 234. & *consil.* 482. Hippolyt. *consil.* 7.
numer. 52. Felino, in cap. *Sicut dignum*, de *ho-
micidio*, Farinacio, *quæst.* 135. numer. 171. &
consil. 32. lib. 1. Fachinæo *Controversiarum*
lib. 1. cap. 36. ubi ait, *Tex. in dicto cap. final.*
de irregularitate loqui, ad quam sufficit culpa,
ut ex pluribus docet Sayrus in *tractat. de Cen-
suris* lib. 7. cap. 2. numer. 7. ubi numer. 8. agit
quid dicendum, si quis licitè mandat alicui ut
alium percutiat, vel verberet, vide etiam Bar-
bosam in *Collectanea dist. cap. fin.* omninò.

20 Ad numerum 19. ibi: *Item etiam ex su-
prioribus infero, &c.*

Si infans reperiatur mortuus in lecto nu-
triciis, quòd præsumatur mortuus casu vel cul-
pa, seu negligentia, non dolo, & per conse-
quens pœna arbitraria locum habeat pro modo
culpæ, resolvit Gomezus, & docent Carrerius
in *Practica* in 3. *tractat. de Homicidio*, & *assas-
sinio*. §. 9. *Quæro*, numer. 31. Plaza in *Epitome
delictorum*, lib. 1. capitul. 22. num. 29. Bayar-
dus ad Clarum. §. *Parricidium*, numer. 12. Me-
nochius de *Arbitrariis*, casu 356. numer. 78. in
Additione, Decianus, lib. 9. capitul. 8. & capi-
tul. 16. numer. 31. Avend. in cap. 1. *Prætorum*,
numer. 17. & alii plures relati à Cenedo, in *col-
lectanea* 48. ad *Decretales*, num. 1. Barbosa etiam
in *Collectan. capitul. final. de His qui filios occide-
runt*, n. 2. ubi ex Henriquez in *Summa*, lib. 14.
de *Irregularitate*, capitul. 15. propè finem, Pau-
lo Cunitol. *Responsor. Moral.* lib. 4. capit. 12.
refert, quòd jacere in eodem lecto cum infante
non caret culpa, cum res periculosa sit, nec
quis sit dominus actionum in somno, accidere

tamen possit, ut hujusmodi cubatio culpa careat, puta si lectus sit latus, & puer implacabilis, aut qui aliter à frigore defendi non possit, & mulier in somno suum retineat situm separatum, Farinacius, *quæst.* 120. *num.* 178. & *seq.* & *quæst.* 98. de Pœnis temperandis, *num.* 72. quem etiam videas, & Gutierrez *lib.* 2. *Canonicarum*, *cap.* 6. *num.* 159. & *seq.* ubi etiam de Irregularitate.

21 Ad *num.* 20. ibi: *Secundus casus in quo homicida excusatur, &c.*

Vulgarissima conclusio est, occidentem pro sui defensione, à pœna excusari, ut ait Gomez. in præsentī, & ita docent latissimè explicantes Dueñas in *regula* 192. Carrerius in *Practica, in tractatu de homicidio, & assassin.* §. 5. *excusat defensio: ex numer.* 1. & in §. *circa sextum, num.* 16. Plaza in *Epitome delictorum, cap.* 28. *ex numer.* 1. Bossius in *titul. de Homicidio numer.* 82. Clarus in §. *Homicidium num.* 19. Avendannus, *cap.* 10. *Prætorum, 2. part. numer.* 20. ubi de defensione honoris. Diana, *tom.* 5. *tractat.* 4. *resol.* 1. & multis sequentibus omnino videndus; Sebastianus Medices de *Casibus fortuitis, 1. parte, quæst.* 8. *num.* 1. 28. & *seq.* ubi quòd defensio est permessa etiam excommunicato & diabolo, & plures relati à Cenedo, in *Colleſtan.* 29. *ad Decretum, num.* 2. Suarez de *Censuris, disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 33. Molina de *Justitia, tom.* 4. *disp.* 11. & *seq.* Sarmiento, *lib.* 1. *Select.* *cap.* 1. *per totum, Lessius de Justitia, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. & *seq.* & alii plures relati à Barbosa in *Colleſtanea, cap.* 2. de *Homicidio, & in cap.* 1. de *Causa possessionis, & prop. numer.* 7. & in *cap. petitio, de Jurejurando, ex numer.* 2. iterum Molina, *tom.* 4. *disput.* 81. Menochius de *Arbitrariis, casu* 277. & *seq.* Gregorius in *leg.* 2. *titul.* 8. *partita* 7. Osualdus ad *Donellum lib.* 1. *capit.* 7. & *lib.* 17. *cap.* 2. Fachinæus, *lib.* 1. *Controversiarum, capit.* 27. 30. 31. & 32. nec amittit salvum conductum delinquens ad defensionem, ut ait Farinacius *quæstion.* 29. *num.* 61. & etiam in captura injusta licet resistere, & se defendere, ex eodem Farinacio, *quæst.* 31. *num.* 29. & *seq.* ubi alia, & *quæstione* 103. *num.* 129. & *seq.* ubi an liceat Bannito se defendere? Cancerius *Variarum. 2. part. cap.* 10. *ex numer.* 68. Scaccia, de *Commerciis, §.* 1. *quæst.* 7. *partit.* 2. *num.* 24. & 25. Gutierrez, *Canonicarum lib.* 2. *cap.* 6. *ex numer.* 60. Reginaldus in *Praxi, lib.* 21. *capit.* 5. *per totum.* Avendannus in *Dictionario, verbo Amparanza, Menchaca, Illustrium, cap.* 18. ubi erudite (vide etiam *conclus.* 50. & *sex seq. post Opera Roderici Suarez*) & Gregorius in *leg.* 2. *tit.* 16. *partita* 2. *gloss.* 3. & omnium latissimè Farinacius in *quæst.* 125. *per totam, ubi mate-*

riam explicat per ampliationes, & limitationes; & *quæstione* 107. *num.* 510. & *quæst.* 112. *numer.* 129. & 148. & *sequentibus, & quæst.* 120. *num.* 186. ubi de filio occidente patrem ob defensionem; & *quæst.* 121. *num.* 21. & *num.* 116. ubi alia, & in *fragmentis, verbo Irregularitas; ubi quando hæc incurratur, vel non, num.* 472. & *seqq.* & *consilio* 2. *lib.* 1. *numer.* 5. ubi de occidente Tertium se interponentem; & *conclus.* 35. ubi quomodo probetur ad defensionem occidisse, & alia multa; *consilio* 65. ubi quando dicatur, quem vim vi repellere in continenti de quo etiam D. Larrea *Allegatione Fiscali* 117. *numer.* 43. post Cujacium, *lib.* 5. *observat.* 18.) & *consilio* 99. ubi idem Farinacius agit an Princeps possit tollere defensionem? (de quo Salgado de *Retentione Bullarum, 1. part. cap.* 2. *sect.* 2. *per totam*) & *consilio* 141. iterum Barbosa in *tractatu de Jure Ecclesiastico, cap.* 39. §. 1. *ex numer.* 66. iterum Cenedus, *quæst.* 24. ubi de Clerico adultero occidente invasorem, Pichardus in §. *Injuria Instit. de lege Aquilia, ubi benè explicat Bonacina de Restitutione, disp.* 2. *quæstion.* 11. *punct.* 8. optimè Ægidius Trullench. in *Decalogum, lib.* 5. *cap.* 4. *dub.* 4. *latè & dub.* 7. *n.* 1. ubi idem in eo qui primùm fuit aggressor, si desistit, & vide D. Larream *Allegatione Fiscali* 114. *numer.* 4. ubi quòd injustè damnatus possit Judici resistere, & custodes carceris occidere pro sui defensione, dummodo gravissimum scandalum non adsit.

22. Ad *numer.* 21. ibi: *Imo etiam quod magis est, &c.*

Non solum pro sui ipsius defensione, sed etiam pro alterius consanguinei vel extranei, quemlibet posse alium occidere, ut hic resolvitur, probat latè Carrerius in *practica in tract. de Homicid. & assassin.* §. 5. *Excusat defensio, numer.* 46. Villalobos in *Communib. lit. O. num.* 21. Plaza in *Epitome delictorum, lib.* 1. *cap.* 28. Bossius in *tit. de Homicid. num.* 85. Clarus in §. *Homicidium, num.* 22. Gutierrez *lib.* 2. *Canonicarum, cap.* 6. *num.* 116. ubi etiam de Irregularitate ob defensionem ommissam: D. Larrea, *Allegatione Fiscali* 114. *ex numer.* 2. (ubi etiam latè disputat an Princeps possit vassallum innocentem morti certæ exponere pro communi bono? & posse probat) Osualdus ad *Donel. lib.* 17. *cap.* 2. *lit. E.* Suar. de *Censuris, disput.* 46. *sect.* 3. Molina de *Justitia, tom.* 4. *disp.* 18. ubi *num.* 2. ait, teneri quemlibet sub reatu peccati mortalis alium defendere, si commodè potest, & hoc rectè explicat; Lessius etiam de *Justitia, lib.* 2. *cap.* 9. *dubio* 13. Diana *tom.* 4. *tract.* 2. *resol.* 5. Bonacina de *Restitutione, disp.* 2. *quæst.* 11. *punct.* 11. item Diana, *tom.* 5. *tractatu* 4. *resolut.* 19. Cancerius *2. part. cap.* 10. *ex n.* 73. Reginaldus *suprà cap.* 6. opti-

optimè Ægidius Trullench. in *Decalogum*, lib. 5. capit. 4. dubio 7. ubi etiam latè quid pro defensione bonorum extranei an alium occidere liceat? Aviles in cap. 44. *Prætorum*, verbo *Amistad*, numer. 9. ubi an pro defensione amici? de quo etiam Matienzo in *Dialogo* 3. partit. cap. 17. numer. 2. & omnium latissimè Farinac. *quæst.* 51. numer. 38. & 58. & *quæst.* 125. ex numer. 267. ubi ampliat, & limitat, & dictam resolutionem procedere asserit, etiam pro defensione inimici & pro invito, etiamsi aggressor sit Clericus, & alias plures ampliationes congerit, eum omninò videas ibi: & numer. 168. & *sequentibus*, ubi fuisse de occisione pro defensione bonorum, ipsius occisoris, amici vel extranei, quòd licita sit, de quo etiam Pichardus in §. *Injuria*, *Institut. de lege Aquilia*, ex numer. 30. ubi etiam de defendente extraneum, Molina, de *Justitia*, tomo 4. *disput.* 16. ubi agit de valore rei ob quam quis interficitur: Diana tom. 4. *tractatu* 2. *resolut.* 4. & tom. 5. *tractatu* 4. *resol.* 17. 18. & 20. Scaccia de *Commercio*, §. 1. *quæst.* 7. partit. 2. *ampliatione* 19. numer. 67. ubi de honoris æstimatione, de quo etiam Augustinus Barbosa *Axiomate* 111. Reginaldus *suprà*, Flores de Mena *Variarum*, *quæst.* 18. numer. 9. & 30. Escobar. de *Puritate sanguinis quæst.* 1. §. 8. numer. 11. & *seq.* Barbosa in *Collectanea capit.* 2. *homicidio*, numer. 5. & 6. ubi de defensione honoris seu bonorum; & numer. 7. addit hujusmodi obligationem in privatis esse de lege charitatis, in personis verò publicis, constitutis auctoritate publica, & in illis qui ad defensionem conducti sunt, ut sunt milites, famuli, tutores, curatores, vassalli, & similes, obligationem esse ex justitia, & per consequens teneri ad restitutionem damni illati; & incurrere irregularitatem, si voluntariè non impediunt homicidium, seu mutilationem; ex Bonacina de *Censuris*; *disput.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 8. numer. 37. Diana *suprà* & Salgado de *Protectione*, 1. parte, cap. 1. *præcludio* 3. numer. 87. ubi de convocante alios ob defensionem.

23 Ad numer. 22. ibi: *Etiamsi nullam percussionem*, &c.

Aggressum non debere expectare ut percutiatur, sed posse prævenire (non excedendo) contra eum qui adversus eum venit, etiam cum ligno, vel manu vacua volens ei dare alapam, ut *hic* resolvitur, docent latè explicantes Dueffias, in *regula* 192. *limitatione* 1. Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. cap. 28. numer. 15. Gail. de *Pace publica*, lib. 1. cap. 16. numer. 21. Mascardus de *Probationibus*, *conclus.* 126. numer. 11. & *seq.* Salgado in *Protectione*, 1. parte, cap. 6. numer. 15. & alii plures in unum congesti per Farinacium 125. numer. 50. & *sequentibus*, &

maximè numer. 74. ubi fere infinitos refert: Molina de *Justitia* tom. 4. *disp.* 12. ubi latè disputat, an liceat interficere eum, qui nondum aggredditur, tamen aggredi decrevit? & numer. 2. resolvit, licere interficere eum, qui te interficere decrevit, quando aliter non patet via evadendi mortem, ex Covarrubias in *Clementina*, si *furiosus*, 3. parte, §. *unico*, numer. 3. eum vide, & Ægidium Trullench. in *Decalogum*, lib. 5. capit. 4. dubio 4. ex numer. 4. quem omninò videas, & Bonacinam in *tractatu de Restitutione*, *disput.* 2. *quæstion.* 11. *puncto* 9. & Dianam tomo 5. *tractatu* 4. *resolut.* 4. 5. 6. 7. & 10.

24 Ad numer. 23. ibi: *Quæ omnia singulariter* 5. 6. 7. *extende*, &c.

Aggressum non teneri fugere cum periculo personæ, vel honoris jactura, ut *hic* resolvitur, tenent Carrerius in *Practica*, *tractatu de homicidio*, & *assassinio*, §. *Circa quartum*, numer. 42. & 49. 50. & 55. Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 28. ex numer. 10. Gail. de *Pace publica*, lib. 1. cap. 16. numer. 12. Mascardus de *Probationibus*, *conclusionem* 1126. & alii ferè infiniti in unum congesti à Farinacio *quæst.* 125. ex numer. 121. ubi numer. 126. probat cum multis hoc procedere indistinctè etiam in ignobili, & rustico contra nostrum Gomezium, pro cujus distinctione alios refert numer. 127. & tandem numer. 128. contrariam magis servatam, & communem appellat, nempe quod nullus teneatur fugere ob majus periculum, quod ex fuga incurreret, & alias rationes ibi consideratas; eum vide, quia latissimè materiam explicat, amplians & limitans: & numer. 129. docet ex pluribus, Clericum, si possit, teneri fugere, aliàs irregularitatem incurrere, præterquam si fugiendo periculo vitæ se exponeret, ipsum tamen Clericum aggressorem licitè posse occidi absque eo quòd quis teneatur fugere, & per consequens non incurri excommunicationem Canonis, ut docuit Ugolinus de *Censuris*, part. 2. cap. 11. §. *Proposuimus*, numer. 6. prout eum refert Farinacius *suprà*, numer. 122. eum videbis & *consil.* 35. in *Additione*, litt. N. & novissimè Escob. de *Puritate sanguinis*, *quæstion.* 1. §. 8. ex numer. 13. Cancerius *Variarum* 2. parte, cap. 10. numer. 71. Diana, *Resolutionum Moralium*, tom. 8. *tract.* 7. *resol.* 45. latè; & *resolut.* 46. & 49. & tom. 4. *tract.* 2. *resol.* 3. & tom. 5. *tract.* 4. *resol.* 48.

Quid verò sit dicendum circa principalem resolutionem *hujus n.* stando in jure Canonico, & in foro conscientie? agit ipse Farinacius *dicta quæst.* 125. ex numer. 134. ubi probat ex multis non habere locum dictam resolutionem, & potius teneri fugere, præterquam si ex fuga periculum vitæ incurreret; sed distinctionem Go-

me-

mezii inter fugam ignominiosam, & non ignominiosam, & cum periculo vitæ vel sine eo, sequuntur communiter Theologi, & Canonistæ, ut apparet ex Suarez 3. part. tom. 5. de Censuris, disput. 46. sect. 1. num. 6. Bonacina de Contractibus, & restitutione, disput. 2. quæst. ultima, sect. 1. puncto 10. num. 8. Lessio de Justitia, libro 2. cap. 9. dub. 12. num. 85. ubi addit rationem, neipè quòd quis non tenetur sustinere ignominiam, quæ pluris æstimatur, quàm multæ pecuniæ jactura, Diana Resolutionum Moralium, 2. part. tract. 15. Miscellan. resol. 15. & Ægidio Trullencho in Decalogum, lib. 5. cap. 4. dubio 5. num. 6. ubi num. 7. disputat an Clericus vel Religiosus, si nolint fugere, sed se defendere & occidere, peccent contra justitiam, vel solum contra charitatem; & duas opiniones contrarias refert, ex quibus, & aliis ab eis relatis probat Escobar de Puritate sanguinis, 1. parte, questione 1. proæmiali, §. 8. numer. 12. & sequentibus, quòd nec irregularitatem incurret, vide iterum Dianam Resolutionum Moralium, tom. 8. tract. 7. resolutione 45. & 46. & 49. & vide supra hoc num.

25 Ad numerum 24. ibi: *Advertendum tamen, quòd si aggressus excedit, &c.*

Excedentem moderamen defensionis mitiore, & arbitraria pœna non ordinaria esse puniendum, ut docet Gomezius probant latissimè Covarrub. in Clementina Si furiosus, 3. part. §. 1. num. 3. Carrerius in Practica, in tractat. de homicidio & assassin. §. Circa quintum, ex num. 1. Plaza in Epitome delictorum, lib. 1. cap. 28. numer. 14. Cancerius Variar. 2. part. cap. 11. numer. 75. ubi an ad restitutionem teneatur hoc casu? Bossius in titul. de Homicidio, num. 91. Clarus in §. Homicidium, num. 27. Menochius de Arbitrar. casu 278. ex num. 1. Mascardus de Probationibus, conclusione 1126. num. 30. Dueñas, Regula 192. ampliacione 5. Tiraquellus de Pœnis temperandis, causa 1. Barbosa in Collectanea, cap. 18. de Homicidio, Molina de Justitia, tom. 4. disputatione 11. num. 2. 5. & 6. & plurimos referens Farinacius, quæst. 125. num. 399. & seq. ubi ex num. 336. disputat quando, & quomodo dicatur excessum in moderamine inculpatæ tutelæ, & quòd planè excessus sit (inquit numer. 385.) in moderamine, quando insultatus aggressorem fugientem occidit, cum ad vindictam faciat præterquam si illum fugientem insequatur, & vulnere pro jasta satisfactione injuriæ sibi illatæ, tunc enim, nullo modo punitur, ut probat num. 392. vide etiam eundem Farinacium, consil. 2. lib. 1. num. 6. & sequentibus, & Escobar de Puritate sanguinis, quæst. 1. §. 8. ex num. 14. & Dianam Resolutione 11. & 44. tom. 5. tract. 4. Reginaldum, lib. 21. cap. 5. ex num. 62.

Tom. III.

iterum Dianam, tomo 8. tract. 7. resolutione 48. & in foro conscientiæ docet cum Navarro in Manuali, cap. 15. num. 4. & Henriquez de Irregularitate, cap. 10. & aliis Lessius de Justitia, lib. 2. cap. 9. dubio 12. num. 79. asserens valde probabile, licèt in praxi difficile admittendum, prout etiam testatur Ægidium Trullench. in Decalogum, lib. 5. cap. 4. dubio 5. num. 2. ubi dubio 4. num. 1. ponit casum practicum contingibilem, puta si Petrus invadit injustè Joannem, & postea vult ab invasione desistere suam voluntatem indicans Joanni, qui noluit desistere, & ob hoc non excedendo modum defensionis, Petrus occidit Joannem cum aliter non posset defendere vitam suam, & ait non peccare Petrum, in foro tamen exteriori reum esse homicidii, & teneri ad restitutionem damnorum, ex Molina, tom. 4. disputatione 15. num. 2. vide iterum Farinacium consilio 67. in Additione.

26 Ad numerum 25. ibi: *Et ista est verior opinio, &c.*

Occidentem præsumi aggressorem, indeque debere ex parte sua probare ad defensionem occidisse, si ex hoc velit se defendere, ut hic resolvitur, docent Gail de Pace publicæ, lib. 1. cap. 16. ex num. 4. Sebastianus Medices de Casibus fortuitis, 1. parte, quæst. 8. num. 6. Mascardus de Probationibus, conclusiœne 71. num. 2. & conclus. 1003. num. 62. & conclusione 1126. num. 1. Fachinæus Controversiarum lib. 1. cap. 30. & alii relati, & secuti à Farinacio, dicta questione 125. ex num. 419. ubi num. 423. probat ex multis, quòd sufficit præsumptiva probatio, imò admittuntur testes inhabiles, domestici, consanguinei, & deponentes per verbum Credo, & similes; & num. 428. probat ex multis sufficere probari quòd homicidium fuerit commissum ad defensionem, & si non probetur quòd ad necessariam defensionem: & num. 432. & 433. docet quòd probato aliquo facto ex quo oriatur præsumptio defensionis, ut putà aggressio, & insultus adversarii, terror armorum, aut quid simile, tunc etiam alio non probato homicidium præsumitur factum ad defensionem, vide etiam eundem Farinacium consil. 6. lib. 1.

27 Ad numerum 26. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Si reus confiteatur delictum, sed ad suam defensionem illud commisisse, & aliæ non existant probationes quòd ex hac confessione debeat condemnari, quamvis non pœna ordinaria, sed mitiori; ut hic resolvitur, docet Bernardus Diaz in regula 122. Plotus de In litem jurando, §. 40. num. 2. Bossius in titul. de Confessione, num. 19. Antonius Gabriel in suis Communibus, lib. 7. conclus. 19. num. 1. Clarus in Practica, §. final. quæst.

quest. 55. Menochius *de Recuperanda possessione, remedio* 9. num. 47. & *de Arbitrariis, casu* 93. num. 37. & 38. & *casu* 279. num. 6. Mascardus *conclus.* 490. num. 17. & *conclus.* 867. numer. 1. & plurimi penes ipsos; & ratio prædictæ resolutionis est, quia quando sumus in prohibitis, & iis quæ habent præsumptionem contra se, ut est homicidium, confessio scinditur, & acceptari potest pro parte, Molina *de Justitia* *tomo* 4. *disputatione* 31. num. 6. Avendañus *cap.* 16. *Prætorum*, 2. parte, num. 16. versic. *Item sola confessio*, Gratianus *regula* 85. Thomas Sanchez *in Consiliis Moralibus*, *lib.* 3. *cap. unico*, *dubio* 13. ita etiam probat latissimè quam plurimos referens Farinacius, *quest.* 81. *ex numer.* 110. & *num.* 157. ubi cum aliis plurimis docet penam extraordinariam hoc casu imponendam, & hanc pecuniariam, quamvis alii, & forsitan verius etiam corporalem imponi posse asserant, vide eum omnino & Cevallos, *questione* 362. num. 10. ubi alios etiam refert, & Morlam *in Emporio*, *tit.* 11. *quest.* 3. num. 9. & iterum Farinacius, *quest.* 125. *ex numer.* 419. sed advertendum quòd in prædicto casu, ad minus debet constare de corpore delicti, aliàs enim virtute suæ confessionis non posset reus condemnari, & ex pluribus probat Farinacius *questione* 2. num. 7. & 8.

28 Ad numerum 27. ibi: *Item adde quòd reus accusatur*, &c.

Probationem per conjecturas, & præsumptiones, imò per testes consanguineos, affines, & domesticos, sufficere ad probandum, quòd homicidium fuerit commissum ob propriam defensionem, ut *hic* resolvitur, docent Bossius, *tit. de Homicidio*, num. 62. Medices *de Casibus fortuitis*, *parte* 1. *quest.* 8. num. 14. Mascardus *de Probationibus*, *conclusionem* 491. *ex numer.* 1. *conclus.* 904. num. 16. Bayard. ad Clarum *in §. Homicidium*, num. 100. Menochius *de Præsumpt.* *lib.* 5. *præsumptione* 3. num. 50. & alii plures relati, & secuti à Farinac. *quest.* 86. num. 76. & *quest.* 125. num. 423. & *de testibus*, *quest.* 62. *ex numer.* 90. quem videas, & *consil.* 6. *lib.* 1. latè & iterum *quest.* 47. num. 135.

29 Ad numerum 28. ibi: *Tertius casus*, &c.

Si mors vulnerati interveniat propter culpam vel negligentiam adhibitam in curatione ejus, homicida excusatur; & quòd hoc debeat constare ex declaratione peritorum, ut *hic* resolvitur, docent Bossius, *in tit. de Homicidio*, num. 116. Plaza *in Epitome delictorum*, *lib.* 1. *cap.* 12. num. 12. & *cap.* 13. num. 27. Clarus *in §. Homicidium*, num. 33. Menochius *de Arbitrariis, casu* 275. num. 10. Mascardus *de Probationibus, conclusionem* 1073. num. 14. Sardus *de Alimentis, titul.* 8. *privilegio* 69. num. 8. Stephanus Gratianus

decis. 185. num. 8. latè Molina *de Justitia*, *tom.* 4. *disputatione* 32. Ægidius Trullench. *in Decalogum*, *cap.* 5. *dubio* 1. num. 2. ubi etiam agit de irregularitate Gratianus *Regula* 349. & plurimos referens Farinacius, *quest.* 127. num. 24. & 27. & *seq.* ubi quando præsumatur seu probetur vulnus fuisse mortale, vel non; & *num.* 87. & *sequentibus*, usque ad num. 100. agit quando, & ex quibus cognoscatur an alium regimen vulnerati, vel negligentia in curando; & *num.* 101. & *seq.* usque ad 170. quando, & quomodo credatur Medicis seu peritis, & quando sufficiat unus (de quo etiam diximus *tom.* 2. *in cap. de Contractu verborum*, & Barbosa plures etiam referens *in Collectanea*, *cap.* 7. *de Homicidio*, *ex numer.* 4. ubi quando præsumatur vulneratum ex vulnere obiisse; & *num.* 7. probat cum aliquibus si certum sit vulnus non fuisse lethale, tunc præsumitur, vulneratum obiisse ex negligentia aut imperitia Medicorum, & vulnerans non tenetur de occiso seu de vulnerato, ex Farinacio *suprà* num. 25. quem omnino videas *per totam questionem*, & *consilio* 100. num. 52. ubi omnia ad hanc questionem pertinentia congerit, & eundem Barbosam *in Collectanea*, *cap.* 18. *eodem titul. de Homicidio*, *ex numer.* 2. ubi de numero peritorum in hoc casu requisito; & *num.* 7. quòd tunc dicitur vulnus lethale, cum ejus curatio vel impossibilis, vel difficillima est; & quòd in dubio vulnus non præsumitur lethale; ex eodem Farinacio *ibidem* num. 20. ubi alios refert, & hoc quando constat de aliqua culpa in non adhibendo Medicum, vel eum imperitum, seu alia.

30 Ad numerum 29. ibi: *In qua articulo resolvitè dico*, &c.

Vulneratum ex vulnere decessisse præsumi, si post vulnus illatum incontinenti decessisset, vel si continuo fuit infirmus, & tandem decessit, & hoc idem esse præsumendum, si constet de morte absque alia majori declaratione ex una parte nec ex altera; secùs si constiterit quòd vulneratus remansit sanus & liber, quia postea moriens ex alia infirmitate naturali præsumitur decessisse, ut *hic* resolvitur, docent Boerius *decis.* 323. num. 4. & 8. Carcerius *in Practica*, *in 3. tract. de Homicidio*, & *assassinio*, §. 11. *Excusatur*, n. 6. Clarus *in §. Homicidium*, n. 33. & ibi Bayardus num. 147. & 149. quos, & alios refert, & sequitur Farinacius *in dist. quest.* 127. num. 21. ubi num. 22. alios plures pro contraria parte adducit; & tandem num. 23. resolvit, difficile dari casum, in quo res omnino dubia sit, an vulnus sit mortale vel non? nam regulariter unum aut aliud facile cognoscatur aut ex qualitate vulneris, aut ex parte corporis læsa, aut ex brevitate seu diuturnitate temporis, in quo vulne-

ratus obiit; & tandem dato casu, quòd omninò essemus in dubio opinionem nostri Gomezii, approbat, eum vide; & Covarrubiam in *Clementina, si furiosus*, 2. part. §. 2. num. 9. versic. *Secundus casus*, §. ultimò, Molinam de *Justitia*, & *jur. tom. 4. disput. 32. num. 3.* ubi benè explicat, vide etiam iterum Farinacium *consilio 100. numer. 16.* & Menochium de *Arbitrar. casu 275.*

31 Ad numerum 30. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.*

Quòd si quis tantùm cogitavit alium occidere, nullo modo tenetur; si verò ultrà animum occidendi processit ad actum externum, vel causa occidendi cum telo ambulavit, tenetur pœna ordinaria de jure, secus de consuetudine præterquam in proditorio homicidio, in quo vulnus de jure regio pœna mortis punitur. In delictis verò non atrocibus, mitiùs punitur reus non consummato delicto, ut *hic* resolvitur docent Socinus in *Regula 31.* Covarrubias in *Clementina Si furiosus, initio 2. partis, num. 6.* Clarus in §. *fin. quest. 91. in principio*, Menochius de *Arbitrariis, casu 360. ex num. 2.* Decianus *lib. 9. cap. 28. ex num. 1.* Gregorius in *leg. 2. tit. 31. partita 7.* Pichardus in §. *Furtum, numer. 15.* Institut. de *Obligationibus quæ ex delicto, &c.* & in §. *Unde illud, eodem tit. num. 5.* Farinacius, *quest. 28. num. 3. & quest. 124. num. 104. & quest. 135 ex num. 4.* qui omnes latè agunt de cogitatione occidendi non deducta ad actum externum, & de interpretatione Textus, in *leg. Cogitationis, ff. de Pœnis*: quando verò ad actum externum est deventum, sed effectus non fuit subsecutus, quòd de consuetudine mitiori, & extraordinaria pœna puniendus sit reus, & quòd non observetur decisio Textus, in *leg. Is qui cum telo, Codice ad legem Corneliam de Saccariis*, docent Covarrubias *suprà, num. 6. vers. Tertio est omninò considerandum*; Suarez in *suis Communibus, lit. V. num. 70.* Clarus in §. *Homicidium, num. 65. & §. fin. quest. 92.* Menochius *dicto casu, 360. num. 36. per totum*, Cevallos *quest. 540. num. 12. & 19.* Gregorius in *dicta leg. 2. titul. 31. partit. 7.* & latissimè Farinacius, *quest. 123. num. 106. & quest. 124. num. 78. & seq. & per totam questionem*, ubi fusissimè materiam conatus seu affectus sine effectu explicat; Gratianus, in *Regula 327. numer. 9.* Cantera in *Questione Criminal. cap. 6. num. 26.* Mascardus, *conclusionem 138. num. 9.* vide iterum Farinacium *consilio 101. num. 31.*

Ibi: *Hodie tamen, &c.*

Vide quæ diximus *suprà num. 6.* & *Avenda-num 2. part. cap. 16. num. 14.*

32 Ad numer. 31. ibi: *In quo breviter, & resolutivè dico, &c.*

Tom. III.

Quòd nullus quamvis mortaliter vulneratus possit accusare de homicidio, donec, mors sequatur ut *hic* resolvitur, docent Mysingerius, *Observatione 9. centuria 3. Gail. de Pace publica, lib. 1. cap. 14. num. 3. vers. Et licet regulariter, & num. 19.* Bossius in *tit. de Extraordinariis criminibus, num. 2.* & alii communiter ex regula ordinaria *suprà* tradita, quòd affectus, seu conatus non punitur nisi secuto effectu, nec vulnus, sicut homicidium punctionem habet.

Ibi: *Majus tamen dubium est, &c.*

Quòd si quis accusetur de vulnere, asserendo esse mortale, vel faciendo protestationem, quòd si mors sequatur, reus puniatur pœna mortis, possit sequi condemnatio de homicidio, ut *hic* resolvitur, tenent Doct. ex notissimis principiis *hic* adductis à Gomezio, & Gratiano *Disceptationum Forens. tom. 3. cap. 546. num. 36. & 45.* Osuald. ad *Donel. lib. 19. cap. 14. notatis littera D. & lib. 23. cap. 5. littera M. & N. & lib. 26. cap. 4. lit. D.* Menochio de *Arbitrar. quest. 80. num. 124.* Joan. Gratian. in *Regula 300.* Pichardo in §. *Sic itaque discretis, Institut. de Actionib. num. 57.* Morla, in *Emporio, tit. 2. quest. 8. num. 9.* Amaya, *lib. 3. Observation. cap. 2. numer. 89.* qui omnes videri poterunt pro exornatione text. in *leg. Non potest videri, ff. de Judiciis*: ubi punitur fundamentum hujus quæstionis.

33 Ad num. 32. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Quòd si quis posthumum, vel puerum existentem in utero jam animatum, etiam monstruosum interfecerit poculo, vel alio modo, puniendus sit pœna ordinaria, si verò non erat animatus, vel sumus in dubio pœna extraordinaria, ut *hic* resolvitur, docent Carrerius *tract. 3. de Homicidio & assassinio, §. 6. Quæro, num. 41.* Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 201. num. 5. & cap. 26. num. 8.* Clarus in *Practica, §. final. quest. 68.* Decianus, *lib. 9. cap. 8. num. 13.* Fachinæus *Controversiarum lib. 9. cap. 100. & lib. 102. cap. 4.* Gutierrez *lib. 2. Canoniarum, cap. 6. ex num. 37. & 162.* Covarrubias, *lib. 2. Variarum capit. 20. num. 10.* Menoch. de *Arbitrariis, casu 357.* Molina de *Justitia, tom. 4. disp. 27.* Cened. in *Collectanea 32. ad Decretales, num. 1.* & alii plures relati à Barbosa in *Collectanea, cap. 5. de Homicidio, num. 2.* ubi etiam *num. 3.* docet quòd abortum procurantes, consulentes, & consentientes, quomodo incurrunt excommunicationem, ex *Bulla Sixti V. & omnium latissimè Farinacius quest. 122. ex num. 131.* postquam *num. 91. & sequentibus*, latè disputavit de poculo abortionis, vel amatorio, conceptionis, sterilitatis, vel sanitatis; & *num. 138.* cum nostro Gomez, quem laudat, docet quòd in dubio præsumitur fœtus inanimatus ad excludendum homicidium, & pœnam ordinariam; non verò

quoad irregularitatem, & alios referens Pichardus, in *Manuductionibus*, 3. parte, §. 4. num. 2. ubi etiam ait, pœnas impositas in dicta Bulla Sixti Quinti, præsertim excommunicationem Sedi Apostolicæ reservatam, esse sublatas per Gregorium Decimumquartum, & reductas ad terminos Juris communis, & Concilii Tridentini, quantum ad procurantes abortum foetus inanimati, aut exhibentes mulieribus, vel sumentes venena sterilitatis, aut auxilium seu consilium dantes, de quo etiam optimè Lessius de *Justitia*, lib. 2. cap. 9. dubio 10. & (ut in uno plura ad hanc materiam spectantia, tibi referam) vide omninò Alphonsum Carranza de *Partu naturali & legitimo*, cap. 16. per totum, ubi eruditè resolvitur, & in cap. 1. §. 2. ubi latissimè de animatione, & quando contingat & plura cumulantem Narbonam de *Ætate*, anno 1. quæstion. 2. num. 18. & per totum.

Item de partu monstruoso, an illum occidens teneatur ex homicidio, vide Acevedum in *Rubrica*, tit. 23. lib. 8. *Recopil.* num. 4. & alios quos refert Carranza *suprà* de *Partu naturali*, cap. 17. num. 22. & per totum caput, ubi latè disserit post Farinacium quæst. 120. num. 191. ubi plures refert, & ait quòd pater occidens filium monstruosum, habentem caput, vel corpus, aut aliud notabile membrum Bruti, non tenetur; secus si habeat membra diminuta vel ampliata puta unum pedem, vel plures pedes, unum vel plura brachia unum vel plures digitos, &c.

34 Ad num. 33. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Poculum amatorium præbens si ex eo mors sequatur, quòd pœna ordinaria puniri debeat, si verò causa amoris liciti, vel causa conceptionis, vel mors non sequatur, pœna extraordinaria ut *hic* resolvitur docent Carrerius in *Pract.* 3. tract. de *Homicidio*, §. 6. Quæro, Bossius in *tit. de Homicidio*, ex num. 5. Clarus in *Practica*, §. *Homicidium*, num. 10. Decianus *lib. 9. cap. 23. num. 2.* & 8. Bernardus Diaz in *regula 540. fallentia 3.* & Farinacius alios referens, quæst. 87. num. 48. & quæst. 122. num. 112. & seq. ubi alios pro contraria parte adducit asserentes quòd pœna extraordinaria puniri debet hoc delictum ob defectum doli; & addit quid si in poculo interveniat sortilegium, vide etiam Gratianum *regula 116. num. 8.*

35 Ad numer. 34. ibi: *Sed breviter hoc non obstante, &c.*

Quòd ille qui occidit Petrum credens esse Joannem pœna ordinaria puniri debet, ut *hic* resolvitur? docent Covarrub. in *cap. Alma mater*, §. 10. num. 14. Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 27. ex num. 1. Morla rationem nostri Gomezii, laudans in *Emporio*, titul. 2. num. 112.

versic. *Neque his obstat, &c.* Molina, tom. 4. disp. 30. & plures referens Trullench. in *Decalogum*, lib. 5. cap. 4. dubio 2. num. 4. & Farinacius, quæst. 125. num. 157. ubi num. 156. alios adducit pro contraria opinione, imò quòd non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniri debeat talis homicida, vide etiam Amayam *lib. 1. Observation. cap. 3.* omninò ubi de delictis quæ ignorantia committuntur ad interpretationem, leg. 1. ff. de *Legibus*.

36 Ad numerum 35. ibi: *Sed certè in puncto juris prima opinio, &c.*

Quòd si aliquis occidere vel offendere volens Petrum, cum quo habebat rixam, occidat prætereuntem; vel mediatorem, non debeat puniri pœna ordinaria, sed mitiori, licèt in puncto juris contrarium sit verius: & quòd omninò debeat absolvi si non dabat operam rei illicitæ, sed se defendebat, ut *hic* resolvitur, docent Bossius in *titulo de Homicidio*, numer. 75. Carrerius in *Practica*, in 3. tractatu de *Homicidio*, & *assassinio*, §. 3. Quæro, num. 1. & seq. Covarrub. in *cap. Alma mater*, §. 10. num. 14. Plaza in *Epitome delictorum*, capit. 27. numer. 4. & 5. Clarus in §. *Homicidium*, num. 4. Parlador. *differentia 88. num. 4.* Fachineus *lib. 1. Controversiarum*, cap. 37. & alii plures in unum congesti, & secuti à Farinacio, quæst. 125. numer. 139. & 152. ubi utramque partem dictæ resolutionis comprobant; & consilio 1. & 2. lib. 1. & optimè explicans Molina de *Justitia*, tom. 4. disput. 30. ubi num. 7. docet, quòd si interfector mediatoris, vel alterius non fuit in culpa, ut putà quia se defendebat, tunc nec ad pœnam, nec ad restitutionem damni tenetur, sed Auctor rixæ, utpotè causam damnis dans, ad utrumque scilicèt pœnam arbitrariam, & damni satisfactionem tenebitur, & num. 9. explicat quid dicendum, quando unus rixantium ut alterius ictum fugeret, se protexit tertio aliquo intermedio, vel ictum fugiendo in alium, qui in eodem loco erat devenit? eum videas, & latius Farinacium, *dicta quæst. 125. ex num. 142. & num. 146. & seq.* ubi de eo qui cum aggressus fuisset ab alio, apprehendit Tertium, eoque usus fuit tanquam clypeo, quem aliqua pœna arbitraria puniendum tanquam excedentem moderamen inculpatæ tutelæ, asserit ex Bayardo ad Clarum in §. *Homicidium*, num. 88. & aliis, & num. 148. & seq. agit de eo, qui se defendens, mediatorem, seu alium Tertium infecit, cum aliter evadere non posset: iterum Farinacius in *Consilio 65. lit. M.*

37 Ad num. 36. ibi: *Et quia articulus est necessarius, &c.*

Quatuor conclusionibus (ut vides) præsentem quæstionem resolvit Gomezius, quas comprob-

probant latè Clarus in §. *Homicidium* in versic. *Alia est defensio*; Thesaurus decis. *Pedemontana* 31. num. 5. Carrerius in *Practica*, in 3. tractatu de *Homicidio*, §. 4. *Quero*, & §. 5. *Quero*, num. 9. Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. capit. 12. Menochius de *Arbitr. casu*. 362. Peguera decis. *criminali* 14. Covarrub. in *Clementina*, *Si furiosus*, part. 2. §. 2. Mascard. de *Probationibus*, conclus. 1003. num. 55. Gutierrez lib. 2. *Canonicarum*, cap. 6. num. 46. & seq. ubi etiam de Irregularitate, Bobadilla in *Polit. lib.* 1. capit. 8. num. 8. Molina de *Iustitia*, tom. 4. disput. 33. & 34. ubi etiam de Irregularitate in hoc casu, de qua omninò videndi sunt Covarrub. dict. *Clementina*, 2. part. §. 2. num. 4. Ugolinus de *Irregularitate*, cap. 14. §. 1. numer. 1. & seq. Suarez de *Censuris*, disp. 45. sect. 4. numer. 11. Sayrus etiam de *Censuris*, lib. 7. capit. 4. num. 14. Bonacina eodem tract. disput. 7. quæst. 4. punct. 8. num. 30. & 31. quos, & alios refert Barbosa in *Collectanea*, cap. 18. de *Homicidio*, & Farinacius cum aliis, quæst. 96. numer. 17. & 50. ubi ex numer. 14. usque ad numer. 97. latissimè declarat dictam principalem resolutionem nostri Gomezii quem videre sufficiet, ubi etiam agit, quando locum possit habere tortura: & consil. 116. tom. 2. num. 13. & 14. & consil. 2. lib. 1. in *Additione*, lit. C. & consil. 100. num. 12.

38 Ad numerum 37. ibi: *Et breviter dico*, &c.

Quòd ultrà poenam ordinariam homicidii teneatur reus civiliter ad interesse, & damna, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. *Homicidium*, ex num. 18. & Bayardus num. 69. Plotus de *In litem jurando*, §. 14. n. 7. Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. cap. 6. num. 32. & capit. 10. numer. 12. qui loquens de operis occisi, ait eas etiam deberi in foro conscientiae, Molina de *Iustitia* tom. 4. disput. 83. per totam, ubi latissimè explicat, quæ restituenda sunt; & plurib. disputat. sequent. ubi omnia explicat Menoch. de *Arbitrariis casu* 122. Diana, tomo 5. tractat. 4. resolut. 44. & seq. usq. ad 64. ubi omnes quæstiones resolvit, Navarra de *Restitut.* lib. 4. capit. 1. num. 57. & seq. Lessius de *Iustitia* lib. 2. cap. 9. dubitatione 19. Thomas Sanchez in *Consiliis Moral.* lib. 1. cap. 4. dubio 1. & seq. per totum cap. ubi omnes difficultates resolvit & dubio 4. docet, quòd si homicida advertit ad damnum quod creditoribus occisi procedebat ex homicidio nempè quòd illis non poterat satisfieri, debitore interfecto, restituere illis tenetur sua debita; si verò de hoc non cogitavit, ad hanc satisfactionem non tenetur; & dubio 5. an homicida teneatur restituere damna quæ alius passus est, cui homicidium fuit imputatum? eum

omninò videas per totum cap. & Ægidium Trullench. in *Decalogum*, lib. 7. cap. 8. dubio 1. & seq. & Farinacium latissimè quæst. 119. inspectione 4. ex num. 93. & consil. 3. num. 8. Cevallos quæst. 893. Pichardum in *Rubrica de Obligationibus quæ ex delicto nascuntur*, numer. 12. ubi docet, quòd licèt utrumque iudicium, civile scilicèt, & criminale, simul, & principaliter proponi non possunt, incidenter tamen possunt, ut etiam ait Suarez de Paz in *Praxi*, 1. tomo 5. part. cap. 3. num. 29. Castillo in leg. 48. *Tauri*, verb. *Restituitur*: iterum Farinac. quæst. 105. ubi etiam Avendañum, 2. partit. capit. 16. num. 12. & Cancer. 2. part. capit. 11. num. 73. & 75. & 82. ubi quid in homicidio ad defensionem, & an dictum interesse applicetur hæredi bonorum?

39 Ad num. 38. ibi: *Sed his non obstantibus*, contrarium est tenendum, &c.

Si occisus sit operarius, vel officialis, & restitutio operarum facienda sit pro ejus vita; quòd computatio vitæ facienda sit juxta dispositionem text. in leg. *Hæreditatum*, aliàs *computationi*, ff. ad legem *Falcidiam*, docet Gomezius, & comprobatur ex traditis à Gregorio in leg. 5. tit. 11. part. 6. Mantica de *Conjecturis ultim. volunt.* lib. 4. tit. 5. artic. 5. num. 7. Suarez in leg. *Quoniam in prioribus ampliacione* 3. num. 8. ubi Valdesius Surdo de *Alimentis*; tit. 4. quæst. 17. num. 14. & tit. 9. quæst. 11. num. 28. & 9. 41. num. 16. & 18. Barbosa in leg. *Maritum*, num. 12. & in lib. 1. 4. parte, num. 74. ff. *Soluta matrimonio* Cevallos quæst. 552. Osuald. ad Donel. lib. 8. cap. 24. lit. P. Gratianus discept. lib. 1. capit. 55. ubi declarat in quibus casibus habeat locum dicta lex, Rodriguez de *Redditibus*, lib. 1. quæst. 5. ex num. 15. Gutierrez lib. 2. quæst. 17. Pichardus in §. *Item is*, *Instit. de Obligationibus quæ ex quasi maleficio*, num. 43. & in principio tit. ejusdem, num. 34. optimè Castillo lib. 4. *Controversarium* cap. 13. ex num. 15. quos vide ad explicationem text. in dict. leg. *Hæreditatum*, & in specie circa resolutionem nostri Gomezii in præsentem, Farinac. qui plurimos refert in quæstione 119. ex num. 99. optimè Lessius de *Iustitia*, lib. 2. cap. 9. dubitatione 20. & 21. ubi quid restituere debeat qui modum justæ defensionis excessit? de quo etiam Ægidius Trullench. lib. 7. cap. 8. dub. 1. num. 7. & dubio 3. num. 3. ubi de prædicta computatione facienda pro vita interfecti: Cancer. *Variar.* 2. part. cap. 11. numer. 70. 76. & sequent. Thomas Sanchez *Consil. Moral.* lib. 1. cap. 4. dubio 2. ubi plures refert, & benè explicat, & Diana, tom. 5. tractatu 4. resolutione 53.

40 Ad numerum 39. ibi: *In quo breviter*, & *resolutivè dico*, &c.

Mandantem, & mandatarium poena ordinaria teneri, si homicidium sequatur, ut *hic* resolvitur, docent latè explicantes, Carrerius in *Practica*, tract. 3. de Homicidio, §. *Sequitur de utroque*, num. 15. & seq. Bernardus Diaz in *Regula* 453. Plaza in *Epitome delictorum* lib. 1. cap. 15. num. 2. Tuscus littera M. conclus. 36. Thomas Sanchez in *Summa* lib. 3. capit. 7. numer. 3. Farinacius *consilio* 85. ex num. 72. ubi an mandatarius comprehendatur statuto contra facientem? Bossius in *titul. de mandat. ad Homicidium*, num. 4. & 11. Menochius de *Arbitrar.* lib. 2. casu 353. num. 2. Decianus lib. 9. cap. 31. & 39. Cevallos *quæst.* 166. Gratianus *Regula* 224. & 305. & 307. Amaya lib. 3. *Observat.* cap. 4. num. 43. Molina de *Justitia*, tomo 4. *disput.* 33. *membro* 3. ubi etiam de irregularitate latissimè, & *membro* 4. ubi de rati habitione homicidii alterius nomine commissi, & latissimè Farinacius *quæst.* 135. ex num. 1. ubi plurimos refert, amplians, & limitans dictam resolutionem, & quid si ipse mandatarius occidatur? & *consil.* 4. & 102. & 104. eum vide, & Covarrubiam in *Clementina*, *Si furiosus*, 2. *partit.* §. 2. ex num. 1.

De restitutione autem damnorum, quo ordine facienda sit per mandantem, & mandatarium, vide Lessium de *Justitia*, lib. 2. cap. 13. *dubit.* 5. numer. 42. & 44. Molinam de *Justitia*, tom. 3. *disp.* 737. num. 3. ubi benè explicat, Trullenc. in *Decalogum*, lib. 6. cap. 28. *dub.* 1. numer. 6. & alios *sup.* relatos qui docent 1. teneri mandantem.

41 Ad numer. 40. ibi: *Adde tamen, &c.*

Mandantem ad nihilum teneri si revocavit mandatum sive expressè, sive tacitè, facta pace cum inimico, dummodo hoc perveniat in notitiam, mandatarii, ut *hic* resolvitur, docent Menochius de *Arbitrariis casu* 352. num. 7. Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. cap. 15. num. 7. Decianus lib. 9. capit. 36. numer. 32. Carrerius in *Practica* 3. tractatu de Homicidio, §. circa tertium, de *Causis excusantibus mandantem*, ex numer. 17. Molina de *Justitia*, tom. 4. *disput.* 33. *memb.* 3. num. 4. Ægidius Trull. in *Decalogum*, lib. 6. cap. 28. *dub.* 1. num. 16. ubi congerit modos revocationis mandati, & latè Farinac. *quæstion.* 135. *part.* 5. ex num. 174. ubi num. 176. addit quòd mandatum censetur revocatum ex superveniente inimicitia cum mandatario, & numer. 182. tradit, & advertit, quòd si mandans fuit negligens in non intimando mandatario revocationem mandati, quam fecerat, non incurreret excommunicationem in casibus in quibus ea est stabilita: & ex eadem ratione infert, in quolibet delicto non esse imponendam poenam ordinariam delicti, & mandati post revocatio-

nem, quamvis non fuerit intimata, quia defectus intimationis solùm continet culpam, quæ non sufficit ad incurrendam poenam ordinariam, cum ad hanc requiratur dolus ut constat *ex superioribus*: de quo quantum ad excommunicationem attinet, vide Sayrum in *tract. de Censuris*, lib. 3. cap. 26. num. 23. Ægidium Trullench. in *Decalog.* lib. 7. cap. 13. *dub.* 2. vide etiam Fachinæum, lib. 1. *Controvers.* cap. 36. ubi de mandato ad vulnerandum, & quid si mandatarius occidat.

42 Ad numerum 41. ibi: *Item adde quòd si mandatum, &c.*

Si mandatum non habuit effectum, quod nulla poena sit imponenda, præterquam si delictum mandatum esse atrox, ut *hic* resolvitur, docent Acevedus in l. 3. tit. 2. lib. 1. *Recop. n.* 28. & alii communiter, cum obligatio non oriatur ex mandato, sed ex delicto subsecuto ex Claro in §. *fin. quæst.* 89. num. 4. Molina de *Justitia*, tom. 4. *disp.* 33. *memb.* 3. num. 3. ubi declarat, & aliis adductis à Farinacio in *quæst.* 135. numer. 8. ex quibus infert cum aliis multis, & nostro Gomezio *suprà* num. 39. quòd locus delicti, & non locus mandati debet considerari ad punitionem; & quòd tempus ad accusandum à die commissi delicti currit, & non à die mandati, & leges stabilitæ tempore delicti, & non tempore mandati, sunt considerandæ, & alia: & in specie supradictam resolutionem comprobant Carrerius in *Practica*, in 3. tract. de Homicidio, §. circa 3. de *Causis excusantibus mandantem*, num. 24. & 26. Plaza in *Epitome delictorum* lib. 1. cap. 15. num. 4. Menochius de *Arbitr. casu* 352. num. 9. & plures referens Farinacius, *quæst.* 124. num. 90. & seq. ubi num. 93. ampliat dictam resolutionem in mandatario, qui non punitur ex sola susceptione mandati delicto non sequuto, & num. 95. limitat, præterquam si lex vel statutum habeat mandatum pro delicto perfecto.

Quæ autem delicta dicantur gravia, quæ atrocita, quæ levia: vide DD. in *leg. Prætor*, §. *Prætor*, ff. de *Injuriis*, & in *cap. Sedes de rescriptis*, & in *cap. At si Clerici*, de *judic.* Clarus in *Practica*, §. 1. vers. *Sunt etiam*, Menochium de *Arbitr. casu* 266. Farinacium latissimè, *quæstion.* 18. ex num. 61. ubi materiam explicat per conclusiones.

43 Ad num. 42. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

In illicitis mandatum non excusat mandatarium non subjectum mandanti: in prohibitis non simpliciter, sed mandanti, ut ædificare in alieno, & similia facere, si mandatarius bona fide operatur, excusatur: sed si mandatur aliquid prohibitum, & mandatarius est persona subjecta mandanti, ut filius, servus, uxor, famulus, pupillus, vel adultus, qui subest potestati tutoris seu

cu-

curatoris, mandatum exequens excusatur à pœna ordinaria, non ab extraordinaria, in levibus verò benè excusatur; ita resolvit Gomez *in presenti*, & docent latissimè Carrerius *in Practic. in 3. tract. de Homicidio*, §. *Sequitur ex quibus causis excusatur mandatarius*, ex num. 1. Plaza *in Epitome delictor. cap. 15. ex num. 23.* Bossius *in tit. de Mandat. ad homicidium*, num. 12. Clarus *in §. fin. quest. 60. num. 12.* Menochius *de Arbitr. casu 354. num. 35. & seq. & casu 343. num. 11. & casu 194. num. 15.* Tiraq. *de Pœnis temper. casu 34.* Salgad. *de Retent. Bullar. 1. part. cap. 3. num. 21.* ubi plures refert ad illam quæstionem; an sit obediendum in illicitis vel injustis? Tuschus *litter. L. conclus. 2.* ubi de laboratoribus operantibus in alieno de mandato alterius bona fide, de quo etiam Afflictis, *dec. 217.* Iterum Menochius *de Retinenda poss. remedio 3. num. 314.* Barbosa alios referens *in Collectan. cap. 2. de Ordine cognitionum*, num. 7. ubi quòd si scienter laboraverint in re aliena, turbare dicuntur, & *in cap. 15. de Restitut. spoliator.* ubi quando præsumatur mandatum in servo, famulo, &c. iterum Tuschus *litter. M. concl. 97. per totam*, Molina *de Justitia tom. 4. disput. 33. memb. 3.* latè explicans, & ut in uno multis tibi referam, videas omninò Farinacium, *quest. 97. per totam*: ubi de mandato Principis, Judicis, Superioris, Patris, Mariti, Domini, & cætera omnia ad hanc materiam pertinentia cumulat per casus, eum omninò videas; & num. 131. & seqq. usque ad 140. ubi de laboratoribus operantibus de mandato alterius in alieno fundo; & *quest. 91. num. 6.*

44 Ad num. 43. ibi: *Item adde quod necdum mandatur, &c.*

Qui persuadet, vel consulit delictum, ad quod teneatur sequuto effectu, ut *hic* resolvitur, docent latè explicantes, Bossius *in Practica, in tit. de Mandato ad homicidium*, numer. 59. Boerius, *decis. 262. num. 5.* Bernardus Diaz *in Regula 175.* Pichardus *in §. Interdum, Institut. de obligationibus quæ ex delicto nascuntur*; & *in §. Non solum, Institut. de injuriis*, Tuschus *litter. C. conclus. 762.* Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 33. memb. 2.* ubi optimè distinguit, & declarat, quando ex consilio incurratur irregularitas? Lessius *de Justit. lib. 2. cap. 13. & dubit. 2. & 3. ex numer. 15.* & alios referens; & optimè declarans, Ægidius Trullench. *in Decalogum, lib. 7. cap. 13. dub. 2. §. 1.* & ante omnes Farinacius, *q. 129. ex num. 1. usque ad num. 22.* ubi declarat quibus modis dicatur dari consilium, & n. 23. usque ad n. 106. ubi de pœna consulentis & quando incurratur, & n. 107. usque ad 154. ubi de consulente aliàs facturo, quem allegare sufficiebat, quia fuisse materiam pertractat, vide etiam Aceved.

in leg. 2. tit. 13. lib. 8. num. 22. ubi de laudante maleficium comittendum, Dianam *resolut. 64. tract. 4. tom. 5.* ubi de restitutione si non certioravit offendendum. Sayrum *de Censuris, lib. 7. cap. 3. per totum*, & iterum Farinac. *consil. 104. in Addit. lit. A. Gratianum regula 224.*

45 Ad numerum 44. ibi: *Adde tamen quòd licet, &c.*

Licet mandans, revocatione intimata mandatario excusetur; consulens tamen revocato consilio non excusatur, sed debet impedire effectum vel denunciare ei in cujus persona committendum erat delictum, ita Gomez. *in presenti*, & docent latè explicantes Carrerius *in Practic. in 3. tract. de Homicidio*, §. *Circà quartum primò excusatur consulens*, ex num. 3. Menoch. *de Arbitr. casu 351. num. 8.* Boss. *in tit. de Mandat. ad homic. num. 59.* Bayard. *ad Clar. quest. 88. num. 4.* Plaza *in Epitome delictor. lib. 1. cap. 17. num. 9.* Molina *de Justit. tom. 4. disp. 33. memb. 2. num. 8.* ubi n. 9. quid si aliquis consilium dedit, nec tunc persuadere potuit, postea tamen is cui datum est consilium, eum per motus delictum committat, an teneatur? & ait teneri in defectum executoris; contra Carrer. Lessius etiam *de Just. lib. 2. cap. 13. dubit. 3. ex num. 15.* ubi etiam de irregularitate, & benè explicans Ægid. Trull. *in Decalogum, lib. 7. cap. 13. dub. 2. §. 1. num. 3.* & optimè Farinac. *quest. 129. ex num. 90. ubi num. 91.* ampliat sufficere tacitam revocationem per pacem; vel parentelam contratam cum inimico, & num. 92. explicat cum Gomez, & aliis, quòd requiritur, ut consulens non puniatur, quod sit certus quòd aliter non committet delictum; & si non sit certus, debet denunciare illi, in cujus necem consilium præbuit; non tamen declarare personam per quam committendum erat delictum, ex Bayardo *ad Clarum, dist. quest. 88. n. 4.* & aliis contra asserentes requiri quòd nominetur persona Sayrus *in Clavi Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 8. num. 8.* & in tractatu *de Censuris omnino videndus, lib. 7. cap. 3. per totum*, ubi de consilio ad homicidium, & quando ex eo incurratur irregularitas? Suarez *eod. tract. de Censuris disp. 44. sect. 3. ex num. 10.* quem etiam omninò videas, & iterum Farinac. *consil. 102. lit. H. & Dianam tom. 5. tract. 4. resol. 64.* ubi quid si non certioravit offendendum.

46 Ad numerum 45. ibi: *Sed tacitè, & per conjecturas, &c.*

Et mandato tacito (ut si aliquis accipiat injuriam, vel præcedente rixa cum alio, dixit servo, famulo, vel amico, vade, & non revertaris donec aliquid novi sentiam) in hoc casu quòd quis teneatur, licet non pœna ordinaria, nec in plus, quam poscebat injuria, vel offensa accepta per tacitè mandantem, ut *hic* resolvitur, docent Car-

Carrerius in 3. *tract. de Homicidio*, §. *Circa secundum, videlicet de mandantes*, num. 4. Bossius, *tit. de mandato ad homicidium*, ex num. 48. Antonius Gabriel, *lib. 7. conclus. 2. num. 45.* Plaza in *Epitome delicti. lib. 1. cap. 14. num. 5. & cap. 15. num. 4.* Clar. in §. *fin. quest. 89. versic. Sed hic incidenter quero*, Gratian. *regul. 307.* Cevallos *quest. 642. num. 3. & latè, & optimè explicans Farinac. quest. 40. num. 15. & 134. ex num. 41. ubi num. 50. & 51.* quòd dans tale mandatum præsumptum tantum tenetur, pro offensa facta à mandatario quatenus correspondet injuriæ sibi illatæ, & hoc benè declarat, & num. 56. & *seq.* latè agit de secreta allocutione ad aures, & quòd lex ea præsimitur mandatum, & procedit possit ad torturam, eum vide ibi; & num. 67. & *seq.* ubi de pluribus modis mandati præsumpti, ut de filio, servo, famulo, consanguineo, seu amico occidente, seu vulnerante inimicum patris, domini, consanguinei, amici, &c. vide etiam eum in *consil. 60. in Additione, lit. L. & consil. 61. num. 21. & consil. 82. & alios referentem D. Larream decis. 55. num. 21. & Noguerol. allegat. 12. ex num. 165.*

47 Ad numerum 46. ibi: *Item etiam adde, &c.*

Quòd mandatum præsumat, ex secreta allocutione ad aures post rixam, vide dicta *suprà, num. præced. & Farin. cons. 100. num. 37. & consil. 102. num. 34.*

48 Ad numerum 47. ibi: *In quo breviter dico quòd non tenetur, &c.*

Quòd si aliquis habuit rixam cum aliquo, & postea consanguinei, famuli, vel amici occiderunt illum, non teneatur, nisi hoc scivit, & potens prohibere non prohibuit, ut *hic* resolvitur docent, Plaza in *Epitome delicti. cap. 14. num. 2. lib. 1.* latè Menoch. *de Præsumpt. lib. 5. præ. 27. ex num. 1. & de arbitr. casu 471.* Decian. *lib. 9. cap. 34. num. 23.* Mascard. *de Probation. conclus. 1003. num. 36. & conclus. 1012. num. 2. & conclus. 1300. ex num. 1.* Barbos. in *Collect. cap. 17. de Homicid. num. 4. & in cap. 33. de Simon. & in cap. constitutis, de Testib. num. 3.* & benè declarat Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 33. memb. 3. num. 10.* ubi quòd nec irregularitatem incurrit & latissimè explicans Farinacius, *quest. 134. ex num. 67.* ubi ampliat, limitat, & declarat iterum Barbos. in *Collectan. cap. 15. de Rest. spoliatorum, num. 2. & seq.* post Bernardum Diaz in *Regula 183. & alios, vide latè Gutier. lib. 2. Canoniarum, cap. 6. ex num. 7.*

Circa irregularitatem autem in hoc casu advertit Barbosa cum aliis in *Collect. cap. 17. de Homicid.* non censi homicidam nec irregularem illum, cujus occasione, eo tamen prohibente, & causam non dante, homicidium committitur ab

amicis seu consanguineis, irregularitatem tamen incurrere, qui dedit causam rixæ, si ejus amici, famuli, vel consanguinei alterum cum eo pugnantem occiderunt, etiam præter ejus voluntatem, & contra ejus prohibitionem, ex Covarrub. in *Clementina, Si furiosus, 2. part. §. 2. num. 8.* ex aliis *ibi* relatis, vide Gutierrez *suprà.*

49 Ad numerum 48. ibi: *In quo articulo resolutivè dico, &c.*

Auxilium præstans ante delictum, eadem pœna puniri debet ac delinquens: ita resolvit Gomez. & docent Plaza in *Epitome delictor. lib. 1. cap. 16. num. 2.* Clarus in *Practica, §. fin. q. 90. num. 1. in fin.* Menoch. *de Arbitrariis, cas. 349. ex n. 1.* Mascardus *de Probationibus, concl. 159. num. 26.* & benè explicans Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 33. memb. 6. ex num. 4.* Barbosa in *Collect. cap. Sicut dignum, de homicidio, num. 14.* Covarrub. in *Clementina, Si furiosus, part. 2. §. 2. ex num. 2.* Sayrus *de Censuris, lib. 7. cap. 4. num. 9.* ubi de irregularitate: Ægidius Trull. in *Decalogum, lib. 7. cap. 13. dub. 1. num. 4.* & Farinacius latissimè amplians, limitans, & declarans in *quest. 130. ex num. 1.* ubi num. 7. limitat dictam resolutionem ut procedat, quando scienter arma, ferramenta, equum, vel alia commoda verit; & num. 49. & *seqq.* declarat, quando dicatur datum auxilium; per actum remotum vel proximum, eum omnino videas; Pradilla in *lege pœnali, 2. part. cap. 28. & 29.*

50 Ad num. 49. ibi: *Quando quis præstat auxilium in ipsomet delicto, &c.*

Auxilium præstantem in ipso delicto, tanquam principalem puniri pœna ordinaria, ut *hic* resolvitur, docent Plaza in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 17. n. 20.* Clarus in §. *fin. quest. 90. ex num. 1.* Menochius *de Arbitrariis, casu 249. n. 7.* Mascardus *de Probationibus, conclus. 159. n. 18.* Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 33. memb. 7.* ubi etiam de irregularitate, optimè Sayrus in *tractatu de Censuris, lib. 7. cap. 4. num. 9.* ubi ait quòd qui tradit gladium alicui sciens occisorum alium, erit irregularis, secus autem si nesciat etiam si occidat, quia tunc intelligitur causa remota, Suarez *de Censuris, disput. 44. sect. 3. ex num. 31.* Barbosa in *Collect. cap. Sicut dignum, de homicidio, num. 14.* & latissimè explicans Farinacius, *quest. 131. ex num. 1.* ubi ampliat, limitat, & declarat; & in *dict. num. 1.* cum aliis ait, quòd quando auxilium fuit præstitum accedente consensu, vel scientia ipsius auxiliatoris, ipse auxiliator punitur eadem pœna, qua principalis; & num. 8. ampliat etiam si auxilium præstetur verbis, licèt non factò; & quid si auxilium præstetur ei, qui aliàs erat facturus? disputat latè ipse Farinacius, *quest. 129. ex n. 125.* vide eum quia fusissimè explicat præsentem resolu-

lutionem per tot. *dist. quæst.* 131. ubi etiam numer. 28. de eo qui casu, aut ignoranter astitit rixæ, nullo præcedente tractatu.

Ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Et ibi: *Unde dico, &c. teneo, &c.*

Eadem pœna puniendum auxiliatorem & principalem, quando auxilium præstitit, per actum proximum, secus si per actum remotum, explicat latè Plaza in *Epitome delictorum*, lib. 1. cap. 16. num. 2. Clarus in §. *fin. quæst.* 90. Menoch. de *Arbitrariis*, casu 349. ex num. 5. Mascardus *conclus.* 159. num. 19.

Sed pro contraria opinione, imò quòd non sit distinguendum an actus fuerit proximus vel remotus, sed an fuerit causa homicidii vel non, vel influat in illud? plures refert Farinacius eos sequens, *quæst.* 130. num. 48. ubi num. sequent. latè explicat & concludit, quòd tunc demum auxilians tenetur eadem pœna qua principalis, quando cum auxilio dedit causam delicto; vel quando sine auxilio, quis non potuisset committere delictum, eum vide.

51 Ad n. 50. ibi: *Quando quis præstat opem vel auxilium post delictum commissum, &c.*

Et ibi: *Pulchrum tamen dubium est, &c.*

Quòd auxilium præstans post delictum commissum, vel receptans delinquentem scienter, tenetur, licet non pœna ordinaria, sed mitiori, & extraordinaria, præter quam si præcessit tractatus, & promissio illius auxilii, quia tunc eadem pœna punitur: ita resolvit Gomezus hic, & docent latè Clarus in §. *fin. quæst.* 90. ex numer. 2. Menochius de *Arbitrariis*, casu 348. & 349. num. 21. Mascardus de *Probationibus*, *conclus.* 159. num. 23. Carrerius in *Præct. 3. tractat. de Homicid.* §. *Post verò maleficium*, ex numer. 1. Avendañus, cap. 7. *Prætor. 2. part.* numer. 10. Plaza in *Epitome delictorum* lib. 1. capit. 16. num. 5. Baiardus ad Clarum, *dist. quæstion.* 90. num. 52. qui omnes etiam agunt de receptatoribus, & præter eos Gregorius in *leg.* 18. tit. 14. *partit.* 7. glos. 13. & 14. Avendañus in cap. *Prætorum. 2. part. dist. cap. 7.* Bossius in *Præctica*, cap. *De rapinis*, ex num. 15. Aviles, cap. 1. *Prætorum*, verb. *Derechamente*, num. 10. & cap. 27. verb. *Fortalezas*, & cap. 44. verb. *Amistad.* Surdus de *Aliment.* tit. 8. *privileg.* 78. & 90. Gutierrez, *consil.* 36. ex num. 23. Bobadilla in *Politica*, lib. 2. cap. 13. n. 13. Pichard. in *Manuduct.* 3. part. §. 4. num. 109. Padilla de *Lege pœnali.* 2. part. cap. 28. & vide *conclus.* 59. post opera Roderici Suarez, & Farinac. tom. 1. *quæst.* 30. ex num. 98. & *quæst.* 112. ex n. 92. & *quæst.* 113. ex n. 259. & *quæst.* 133. per totam, qui latissimè omnes difficultates prosequitur ubi num. 1. in *dist. q.* 133. plures Doctores congerit asserentes eadem pœna puniri recepta-

Tom. III.

tores; & num. 4. eos componit cum contrariis, & num. 32. & seq. latè agit de consanguineo suo amico receptante, & num. 75. & seq. de receptante fures & latrones, eum vide ibi: & in *consil.* 37. num. 15. vide etiam Scacciam de *Judiciis*, lib. 2. cap. 9. num. 1031. & seq.

52 Ad numerum 51. ibi: *In quo notabili articulo, &c.*

Homicidam non posse succedere occiso, ex testamento, nec ab intestato, & quòd hæreditas applicatur fisco præterquam si tantum vulneravit, & tempus adfuit mutandum testamentum, vel faciendi de novo, quia tunc non privatur hæreditate, ita Gomez. in *præsenti*, & docent Plaza in *Epitome delict.* lib. 1. cap. 10. numer. 22. Clarus in §. *Homicid.* num. 17. Decianus, lib. 9. cap. 16. ex num. 26. Caldas in *leg. Si curatorem.* §. *Sua facilitate*, ex num. 16. Molina de *Justitia*, tom. 1. *disp.* 178. & alii plures in unum congesti à Farinacio, q. 113. num. 268. & *quæst.* 120. ex numer. 23. ubi numer. 36. cum communi docet, quòd hoc casu non privatur hæreditate homicida ipso jure sed hæreditas potest ab eo auferri per fiscum, & antequam fiscus auferat, ipse est hæres, & potest cum effectu actiones hæreditarias exercere; & num. 45. quòd fiscus aufert hanc hæreditatem etiam in præjudicium filiorum ipsius homicidæ, & num. 46. idem asserit in occidente illum, cui morienti occisor fuit substitutus; & num. 25. agit de marito occidente uxorem, vel è contra: & num. 33. ampliat dictam resolutionem, ut non solum non possit succedere occiso, sed etiam nec ejus hæredi, eum vide ibi, & in *fragmentis*, verb. *Fiscus*, ubi benè distinguit materiam indigni hæredis: & occidente gravatum fideicommisso, quòd non succedat ei, latè Fusarius in *Substitutionibus*, in *tractat. de Fideicommissis*, *quæst.* 317. num. 18. & de homicida, quòd non succedat occiso, latè Barbosa in *leg. Si ab hostibus.* §. *final. ff. Solutio matrimonio*: Matienzo in *leg.* 11. tit. 8. lib. 5. *glossa* 3. num. 10. & Nogueroi *Allegatione* 12. *quasi per totam*: Cancerus *Variar.* 1. part. cap. 6. numer. 2. ubi de marito occidente uxorem; & numer. 5. & seqq. ubi alia: iterum noster Gomez. in *leg.* 80. *Tauri*, ex numer. 64. & novissimè alios plures referens Thomas Sanchez in *Consiliis Moralibus*, lib. 4. cap. 1. *dub.* 38. numer. 5. & 6. ubi quòd hæreditas hoc casu non amittitur ipso jure, sed per sententiam venit amittenda, nec antea teneri eam restituere; & in *dub.* 39. latè disputat an successor in majoratu occidens ejus possessorem, illud amittat? post Molinam de *Primogeniis*, lib. 1. cap. 9. & nostrum Gomezium in *leg.* 40. *Tauri*, & Cancerium 1. part. cap. 6. numer. 7. Quid item in *legatis* dicendum sit disputat ipse Thomas Sanc-

X

he₂

chez *diff. dub.* 38. *ex numer.* 7. & vide quæ diximus *suprà*, *tom.* 1. *cap.* 10. *in Additione ad numer.* 30.

Ibi: *Adde tamen, quod si essent alii cohæredes, &c.*

Jus accrescendi in hoc casu an impediatur per fiscum? vide notata *suprà*, *tom.* 1. *cap.* 10. *in notatis*, *ad numer.* 30. & Pichardum *in §.* *Si eadem res*, *Instit. de legatis*, *ex numer.* 58. & vide Farinacium *diff. quæst.* 120. *ex numer.* 41. ubi laudat nostrum Gomezium contra alios, & Cancereium *Variar.* 1. *part. cap.* 6. *num.* 8.

53 Ad numerum 52. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Homicidam nec immediatè, nec mediatè posse succedere occiso, & sic si maritus occidat uxorem sine causa, cui filius succedit, si postea filius decedat quòd non possit ei pater hæres esse; & similiter ob eandem rationem, si patri acquiri debet usufructus, vel alia commoditas, non poterit filius matri occisæ succedere nisi sit emancipatus, vel pater renuntiet usumfructum, ita resolvit Gomez. *hoc numero*: & tenent Plaza *in Epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 23. *Peregrinus de Jure fisci, lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 4. *Baiardus ad Clarum. §. de Homicidio, num.* 58. *Menochius consil.* 557. *ex numer.* 16. latè, & alii plures adducti à Farinacio, *quæst.* 120. *num.* 33. & 48. ubi laudant nostrum Gomezium hic, & *quæstion.* 129. *num.* 95. *Gratianus regul.* 208. *n.* 5. *Caldas verb. Sua facilitate num.* 20. *Molina de Justitia, tom.* 1. *disp.* 178. *num.* 3. *ubi numer.* 4. ait, contra Gomezium delictum patris impedimento non esse filio ut succedat matri, quamvis sit filius familias; etenim eo eventu usufructus in bonis matris non ad patrem, cum indignus sit, sed ad filium pertinebit, absque eo quòd pater renuntiet talem usumfructum; quod etiam approbare videtur *Barbosa in leg. Si ab hostibus, ff. Solutio matrimonio. §. final. ex numer.* 23. omninò videndus.

Item de marito occidente uxorem adulteram vide Farinacium *diff. quæst.* 120. *ex n.* 57. *Barbosam in diff. leg. Si ab hostibus. §. fin. ff. Solutio matrimonio, ex numer.* 41. *Clarum. §. Homicidium, vers. Privatur etiam, Covarrub. in 4. Decretal. 2. part. cap.* 7. *§. 7. num.* 7. & *P. Thomas Sanchez in Consiliis Moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 38. *num.* 16. *Caldas in leg. Si curatorem. §. Sua facilitate, ex numer.* 11. *Pichardum in §. Fuerat, Instit. de Actio. num.* 66. *Gutierrez lib.* 2. *Canon. cap.* 6. *num.* 40

54 Ad numerum 53. ibi: *In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.*

Quòd hæres teneatur vindicare necem defuncti per viam juris intra quinquennium à die occisionis cognitæ, aliàs privetur hæreditate, &

applicetur fisco, præterquam si sit minor, vel filius occisoris, vel careat probatione, vel ignoret mortem violentam, vel à quo fuerit illata, resolvit Gomezius hic, & docent, latè explicantes, *Bossius in Practic. titul. De his quibus ut indignis: Cancereius Variar. 2. part. capit.* 11. *num.* 90. & 1. *part. cap.* 6. *num.* 12. *Plaza in Epitome delictor. cap.* 39. *num.* 23. & *seqq.* *Clarus in Practic. §. final. quæst.* 60. & eos referens, & laudans nostrum Gomezium, *Farinacius, quæst.* 13. *num.* 7. *ubi numer.* 9. addit quòd hæc pœna recessit ab usu, & *in fragment. verb. Fiscus, ex numer.* 47. *Tuschus littera F. conclusion.* 394. *ex numer.* 33. & benè explicans *Molinæ de Justitia, tom.* 1. *disp.* 179. *ex numer.* 5. *Acevedus in leg.* 11. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recap.* ubi resolutio Gomez. stabilitur cum suis limitationibus, & additur, fœminas excusari à prædicta pœna; & ibi *Matienzo* latè comprobans, *Castillo de Usufruct. cap.* 40. *num.* 4. ubi quòd hæc pœna non est in usu, *Morquecho in tract. de Divisione bonorum, lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. ubi quòd hæc pœna recessit ab aula, & *in cap.* 6. *lib.* 3. *num.* 93. & vide novissimè *Nabornam de Ætate, anno* 25. *q.* 44. ubi de minore, & *quæst.* 41.

55 Ad numerum 54. ibi: *In quo breviter, & resolutivè dico, &c.*

Quòd in homicidio, vel quolibet alio delicto, in quo venit imponenda pœna corporalis, licita sit transactio pro pretio, vel absque eo, ut hic resolvitur, docent latissimè explicantes *Corrasius, l.* 2. *Miscellan. cap.* 1. *Connanus Comment. lib.* 5. *cap.* 7. *Revardus Variar. lib.* 4. *cap.* 6. *Plaza lib.* 1. *delictor. cap.* 39. *num.* 3. *Clarus. §. fin. quæst.* 58. *ex numer.* 5. *Fachin. lib.* 1. *Controvers. cap.* 8. & 9. *Morla in Emporio. 1. part. titul.* 4. *de Transact. in præmissis, num.* 47. & *titul.* 12. *quæst.* 9. *n.* 7. *Barborsa in leg.* 2. *ff. Solutio matrimon. in principio, ex numer.* 104. *Mantica de Tacitis conventionib. l.* 26. *tit.* 8. *ex numer.* 23. *Molina de Justitia, tom.* 4. *disp.* 45. & 46. & latissimè quamplurimos referens *Castillo in tractat. de Usufruct. cap.* 40. *per tot.* omnes casus declarans videndus omninò, *Parladorius different.* 51. *§.* 2. *Menochius casu* 419. *num.* 53. *Osuald. ad Doncellum lib.* 18. *cap.* 8. *Notatis, lit. QQ.* *Villadiego in Politica, cap.* 3. *ex numer.* 183. *Thomas Sanch. in Consiliis Moralib. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 1. ubi quòd tuta conscientia possit peti, & concedi hæc remissio, *Farinacius latissimè q.* 13. ubi quæ præferantur in accusatione, & remissione; & *q.* 14. ubi qui possint eam concedere? & *q.* 15. ubi de pace habita à minore, seu ejus tutore, & curatore, (de quo etiam latè *Gutierrez de Tutelis, & curat.* 2. *part. cap.* 1. *ex numer.* 69. & *cap.* 6. *num.* 23. & *cap.* 7. *per totum, Vivus in Communibus, verb. Pacem, & Joannes Matienzo*

Junior, *in repet. leg. 1. ff. de Minoribus, n. 189.* Barbosa *in leg. 22. Cod. de Pactis*:) Lara *de Annivers. & Capell. lib. 1. cap. 13.* ubi qui præferantur in pace concedenda? & alia; & quòd uxor secundò nubens non tenetur restituere, vel reservare filiis primi matrimonii, quod accepit ex dicta remissione, licet post contractum secundum matrimonium non possit illam concedere; & an aliqua pars sit expendenda pro anima? latè etiam materiam explicat Barbosa *in Collect. ad textum in leg. Transigere, Cod. de Transact. ubi num. 8.* declarat super quibus criminibus transigi potest Suarez *allegat. 23. ex num. 22.* Bolanus *in Curia Philip. §. Accusador. num. 5. & §. Accusado, num. 10.* ubi quòd spurius est capax accusationis & remissionis, de quo etiam Farinacius *suprà Acevedo leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. ex num. 130.* Gutier. *in Authent. Sacramenta puberum, n. 137.* Parlador. *differ. 51. §. 2. n. 8.* Amaya *lib. 1. Observat. cap. 6. num. 35.* iterum Farinacius *q. 5. num. 11. & seq.* ubi de conditione non habitandi in loco, & aliis apponi solitis (de quo etiam Amaya *suprà, & Cancerius 2. part. cap. 11. num. 94.*) & *quæst. 107. num. 262.* Tuschus, verb. *Pax*: & an prosit pax habita à filiis pro occisione matris commissa per patrem? Clarus *dict. q. 58.* & ex acquisitis ob hanc transactionem filius, vel alius non tenetur solvere creditoribus hæreditariis, vel restituere aliquid, Lara *supr. dict. cap. 13.* & an minus restituatur adversus pacem factam? Gratianus *discept. cap. 518.* latè, Didacus Gomez Bayo *quæst. 91.* ubi quòd mater præfertur filiis in accusando, y remittendo, nec tenetur reservare filiis, quod accepit, & de monacho, vel patre ejus aut filio interfecto, ad quem pertineat pacem facere? Thom. Sanchez *de Religione, lib. 6. cap. 12. ex num. 33.* vide etiam Nogueroi, *allegat. 24. ex num. 141.* ubi quòd transactio licitè facta delicti confessionem non inducit, Cancerius *Variar. 2. part. cap. 11. ex num. 62.*

56 Ad num. 55. ibi: *Non valet nec prodest transactio, &c.*

57 Ad numerum 56. ibi: *Hodie tamen in isto Regno, &c.*

Et ibi: *Tamen interim antequam, &c.*

De jure communi, & Regio *Partitarum* non obstanti concordia & transactione posse alium consanguineum, vel extraneum, vel ipsum Judicem procedere, & punire reum pœna ordinaria, sed in praxi hoc non esse observandum resolvit Gomez. *His duobus numeris.* & ita tenent alii relati per Covarrub. *lib. 2. Variar. cap. 10. num. 5.* & per Pradillam *in dict. leg. Transigere, Cod. de Transactionibus, ex num. 50.* Sed contrarium, imò quòd stante, *leg. 22. tit. 1. partit. 7.* nec ad instantiam alterius accusatoris, nec judi-

cis officio pœna corporalis possit apponi post concordiam, seu transactionem legitimè factam, probant Gregorius *in dict. leg. 22. & alii relati, & secuti à Padilla supra, leg. Transigere, & Molina de Justitia, tom. 4. disp. 47. num. 8.* qui asserit eum esse sensum prædictæ legis, eum vide, & Avendan *cap. 16. Prætor, 2. part. ex num. 20.* Cevallos, *quæst. 77. num. 4.*

58 Ad numerum 57. ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Decisionem *dict. leg. 22. tit. 1. part. 7.* non procedere in accusatore extraneo remittente, ut hic resolvitur, docent ferè omnes *suprà allegatū in additione ad num. 54.* & maximè Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 47. num. 8.* & alios referens Farinacius, *quæst. 14. ex num. 19. cum seqq.* ubi quòd pacem facere, pertinet ad consanguineos, & hæredes, & quo ordine, de quo etiam *infra*, vide Larream, *decis. Granatens. 27. numer. 9.* Cancerium *Variar. 2. part. cap. 11. numer. 62. & seq.*

59 Ad num. 58. ibi: *Quando delictum principaliter, &c.*

Dispositionem *dict. leg. 22.* non procedere in delictis in rem commissis, sed in personam, hic resolvitur: sed vide Padillam *in l. Transigere, Cod. de Transact. num. 34.* Clarum *quæst. 58. num. 6. & 10.* & vide etiam Barbosam *in Collectan. ad leg. Transigere, Cod. de Transact. n. 13. & seq.* ubi declarat, & Molinam *de Justitia, tom. 4. disp. 46. num. 1. & disp. 47. num. 7.* Gregorius *in leg. 4. tit. 28. part. 7.* ubi an concordia possit fieri in delicto blasphemix?

60 Ad numerum 59. ibi: *Si fieret proditorie, vel alevosè, &c.*

Reum condemnandum esse pœna ordinaria, si homicidium fuit commissum proditoræ, vel cum aliqua alia simili qualitate, non obstanti pace, seu concordia, ut hic resolvitur, docent Gregorius Lopez, *in dict. leg. 22. tit. 1. part. 7.* Pradilla *in l. Transigere, Cod. de Transact. n. 48.* Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 47. num. 9.* qui idem esse ajunt in quocumque alio crimine, quòd prudentis arbitrium sit adeo fœdum, ac præjudiciale, ut Reipublicæ expediat non minori pœna puniri, quàm capitis, ut in latrocinio commisso, grassando, & similibus, ex text. *in leg. 1. tit. 25. lib. 8. Recopilation. & leg. 2. ibid.* vide Mastrillum *de Indulgent. general. cap. 28. per totum,* & Cevallos *quæst. 77. num. 5.*

61 Ad numerum 60. ibi: *Secus verò si jam bis vel ter, &c.*

Concordiam seu transactionem non prodesse si jam bis vel ter simile delictum commiserat, quòd fuit sibi remissum, vel transactione, seu indulgentia Principis, vel ob insignem peritiam artis, vel alia simili causa, ut hic resolvitur,

comprobant Clarus in §. *fin. quæst.* 59. num. 9. Menochius de *Arbitrariis*, casu 203. num. 72. Franchis *decis.* 230. num. 3. & 6. Gutier. *Canonicarum*, lib. 2. cap. 15. Caldas in *leg. Si curatorem*, §. *Vel adversarii dolo*, num. 51. Covarrub. lib. 2. *Variar.* cap. 10. num. 2. Farinacius *consil.* 3. num. 11. & *seq.* & *quæst.* 22. num. 12. & *quæst.* 23. *per tot.* Aceved. in *leg.* 2. tit. 25. lib. 8. *Recop.* num. 13. & 16. Tiraquell. in *leg. Boves*, §. *Hoc sermone*, num. 71. & in specie Molina alios referens, de *Justit.* tom. 4. *disp.* 47. num. 9. quem videas.

Et similiter venia Principis impetrata, non facta mentione de iterato crimine, nulla est; ex Farinacio, *quæst.* 6. num. 49. & *dict.* *consil.* 3. ubi latè Tuschus *lit. S. conclus.* 730. & aliis congestis à Cenedo in *Collect.* 34. ad *Decretales*, numer. 4. & à Barbosa in *Collect.* ad *leg.* 3. *Cod. de Episcopali audientia*, num. 13. & Molina de *Justitia*, tom. 4. *disp.* 47. num. 9. vers. *Quando item*, &c.

62 Ad num. 61. ibi: *Sed ego resolutivè dico, & teneo*, &c.

Omnes consanguineos in eodem gradu existentes intra quartum, debere remittere, & pacem, & concordiam facere, ut valeat, & docet Gomez, & tenent plures relati à Farinacio, q. 14. num. 4. & Morla in *Emporio*, tit. 1. *quæst.* 14. ubi contrariis satisfacit, & cum ea transire videtur Barbosa in *Collectanea leg. Transigere*, *Cod. de Transact.* num. 19. Ipse tamen Farinacius ubi *suprà*, contrariam tuetur, imò majorem partem sufficere, plures Doctores pro ea referens numer. 1. & 5. quem omnino videas; & Cancerium *Variarum*, 2. part. cap. 11. num. 70. ubi laudat nostrum Gomez.

63 Ad numerum 62. ibi: *Sed teneo contrarium*, &c.

Etiam hæredes occisi posse facere dictam transactionem absque metu pœnæ, ut hic resolvitur tradunt relati à Farinacio, *quæst.* 13. n. 7. Molina de *Justitia*, tom. 4. *dict.* *disp.* 47. num. 10. cum enim faciant lege permittente pœnam time-re non debent, ob non vindicatam necem defuncti; vide etiam Nogueroi, *allegat.* 13. n. 16. ubi quòd querela, & remissio pertinet hæredi, & non substituto, post Bayardum ac Clarum §. *fin. quæst.* 79. num. 17. Cancerium *suprà*.

64 Ad numerum 63. ibi: *Et certè articulus est difficilis*, &c.

Et ibi: *Sed his non obstantibus*, &c.

Omnes hæredes debere remittere, & concordiam facere, si plures sint, ut hic resolvitur, docent Morla *suprà*, *dict.* tit. 1. *quæst.* 14. ubi contrariis satisfacit, Plaza in *Epitome delict.* cap. 46. num. 7. ubi hanc fundat, licèt eam non omninò sequatur, Clarus *quæst.* 58. vers. *Frequen-*

ter solet dubitari, Cevallos *quæst.* 77. num. 1. & alii apud Farinacium, *dict.* *quæst.* 14. num. 14. ipse tamen contrarium, imò majorem partem sufficere, defendit, vide etiam Cancerium *Variar.* 2. part. cap. 11. num. 69. & *seqq.* ubi nostrum Gomezium sequitur.

65 Ad num. 64. ibi: *Et breviter dico*, &c.

Hæredes extraneos esse præferendos si concurrant cum consanguineis in transactione, & pace facienda docuerunt Padilla in *leg. Transig. Cod. de Transact.* num. 59. & Cevallos *quæst.* 77. n. 2. Clarus q. 58. vers. *Quæro nunc*: ubi subdit, tutius esse ab utrisque pacem habere, Pichardus in *repet. tit. ff. de Legatis*, cap. 11. num. 7. ubi ampliat in servo hærede, qui potest remittere, & alii relati à Castillo de *Usufruct.* cap. 40. n. 6. Sed contrarium defendit Farinacius *quæst.* 14. num. 23. & 24. imò consanguineum esse præferendum, vide Molina de *Justit.* tom. 4. *disp.* 45. num. 7. ubi laudat nostrum Gomezium.

66 Ad numerum 65. ibi: *Sed his non obstantibus*, &c.

Fœminam, prosequendo suam, vel suorum injuriam, posse accusare, & facere pacem ut hic resolvitur, docent Plaza in *Epitome delict.* cap. 46. num. 11. & *seqq.* Vivius *communium*, verb. *Statutum disponens quòd bannitus*, &c. Bossius in *Practiq.* tit. de *Pace*: num. 8. Clarus *quæst.* 58. vers. *Sed si tutor*, & alii plures in unum congesti à Farinacio *quæst.* 14. ex num. 25. ubi num. 26. & 27. probat dictam resolutionem procedere etiam si fœmina non sit hæres, sed tantùm consanguinea, vel adsit statutum removens fœminas dotatas à successione, & etiam si adsint consanguinei masculi, dummodo non sint proximiores.

Ibi: *Imò magis est*, &c.

Uxorem esse præferendam in accusando, & remittendo, consanguineis, & etiam filiis, probant latè Plaza in *Epitome delictorum*, cap. 45. num. 1. & *seq.* Padilla in *leg. Transigere*, *Cod. de Transact.* num. 57. Clarus in §. *fin. quæst.* 14. numer. 8. ubi Baiardus, Boerius, *decis.* 233. Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. num. 14. & *seqq.* Flores de Mena, lib. 1. *quæst.* 7. *per totam*, Cevallos *quæst.* 77. in *fin.* Bolan. in *Curia Philip.* §. *Accusador*, num. 8. Villadiego in *Politica*, cap. 3. num. 150. Lara, de *Anniversariis*, lib. 1. cap. 13. & alii penes ipsos & apud Cancerium *Variarum*, 2. part. cap. 11. ex num. 71. ubi etiam quòd si secundò nubat, amittit hoc jus quamvis Farinacius in *dict.* *quæst.* 13. num. 15. dicat se dubitare de hoc nempè quòd præferatur filiis; ubi etiam addit quòd vir præferatur filiis in faciendo pacem super morte uxoris; cum Deciano, & Joseph. Ludovico, vide etiam Castillo in *tractat. de Usufruct.* cap. 40. num. 18. ubi quòd

quòd uxor & filii simul admittantur.

Quid autem si vir uxorem occidat, quòd non sufficiat remissio filii communis, docet latè Molina *de Justitia*, tom. 4. *disp. 45. num. 5.* Clarus *quæst. 58. num. 31.*

67 Ad numerum 66. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Minorem posse concordiam, & pacem facere, quando ei competit secundùm supradicta, si sit adultus cum auctoritate curatoris, & si sit impubes, tutor ejus solus, etiam sine decreto Judicis, & spe restitutionis ut hic resolvitur, docent Clarus *in quæst. 58.* post Padillam *in leg. Transigere, Cod. de Transact. num. 64.* & alii quamplurimi in unum congesti à Farinacio *q. 15. per totam*; ubi ampliat, limitat, & declarat latissimè & fusissimè probat, decretum Judicis non requiri in prædicta remissione, nec alias solemnitates, etiam si à statuto requirantur; similiter cum multis probat, *num. 29.* quòd hoc casu non concedatur restitutio minori & alia, & *in cons. 41. num. 4.* Fachinæus *lib. 9. Controvers. cap. 43.* Aceved. *in leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. num. 144.* ubi consulit quòd talis remissio auctoritate fiat Judicis, Barbosa *in Collect. leg. 22. Cod. de Pactis num. 10.* ubi laudat nostrum Gomez *in præsentis*, latè Gutierrez *in tract. de Tutelis, 2. part. cap. 1. ex num. 69. & cap. 6. numer. 23. & cap. 7. per tot. ubi num. 6.* probat decretum Judicis requiri; & *in Authent. Sacramenta puerum, num. 138.* Cancerius *Variar. 2. part. cap. 11.* Fachinæus, *lib. 9. Controvers. cap. 43. & 44.* Surdus *decis. 99. num. 19.* Matienzo Junior. *in repet. leg. 1. ff. de Minoribus, num. 190.* ubi etiam addit cum Farinacio *suprà*, quòd pax à minore adulto, vel impubere doli capace facta, & juramento confirmata auctoritate curatoris non indiget, vide etiam Molinam *de Justitia, tom. 4. disp. 45. num. 6.* ubi quòd non requiritur decretum Judicis.

68 Ad numerum 67. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Spurium posse accusare, & facere concordiam & pacem pro morte patris, ut hic resolvitur, docent, & probant Decianus *part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 12.* Plaza *in Epitome delictor. lib. 1. cap. 41.* Clarus *quæst. 58.* ubi etiam addit tanquam verius, etiam natos ex damnato coitu posse accusare, & remittere mortem matris, & Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 45. num. 11.* qui alio modo vult declarare resolutionem Gomez, & omnium latissimè Farinacius *quæst. 13. ex numer. 51. usque ad 75.* ubi postquam declaravit species filiorum illegitimos, & qui dicantur spurii; tandem docet, quòd spurii etiam nati ex damnato coitu, & sic adulterini, vel incestuosi, vel nati ex personis, inter quas non poterat esse

matrimonium, si patrem certum habent & nominant. possunt accusare, & concordiam facere, & solum excludit illos qui patrem certum non habent, vel eum non nominant, eum vide latè materiam explicantem per novem conclusiones.

69 Ad numerum 68. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Pacem factam cum vulnerato super vulnere comprehendere etiam mortem postea secutam, si vulnus erat mortale, & ex eo mors verisimiliter sperabatur, secùs aliàs, ut hic resolvitur, docent Plaza *in Epitome delict. cap. 12. num. 15.* Octavius Vulpel. *in tractat. de Pace, quæst. 21. & 22.* Clarus *quæst. 58.* & ad eum Baiardus *in quæst. 28. num. 51.* ubi ampliat, quòd non solum procedit quando expressè fit mentio de morte, sed etiam quando aliquo modo deprehendi potest, quòd paciscentes mortis casum præcogitaverunt, tunc enim quamvis vulnus non sit mortale, præsumitur mors remissa, & latissimè explicans Farinacius *quæst. 14. ex num. 29. usque ad 33.* quem videas, ubi *num. 31.* addit, quòd si vulneratus non dedisset pacem expressè de morte, sed constituisset procuratorem ad eam faciendam in casu mortis, talis procurator poterit virtute mandati eam facere, etiam post mortem vulnerati, nec mandatum hoc casu morte mandantis extinguitur etiam re integra.

70 Ad num. 69. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Ante sententiam, vel etiam post eam, si sumus intra terminum ad appellandum, posse concordiam, & pacem fieri, ut hic resolvitur, docent Gregor. Lopez *in leg. 22. tit. 1. part. 7.* Padilla *in leg. Transigere, Cod. de Transactionibus, ex num. 40.* & ferè omnes citati *suprà*, in *Annotatione ad num. 54.* & Molina *de Justitia, tom. 4. dip. 46. num. 19.* ubi etiam addit quòd si in absentia rei, vulgò *En rebeldia*, lata sit sententia, ita ut reus postea comparens audiri adhuc debeat, valida erit transactio, Gutier. *de Furam. confirm. 3. part. cap. 4. num. 3.* ubi alia: & quid si confirmetur juramento transactio facta post sententiam quæ transivit in rem judicatam? vide etiam Farinacium *quæst. 56. num. 20.*

71 Ad numerum 70. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Etiam post sententiam, dummodo non transierit in rem judicatam, fieri posse transactionem & etiam pendente appellatione fieri posse pacem & concordiam, ut hic resolvitur, docent citati *suprà*, *num. præcedenti*, & Farinacius *consil. 30. num. 89. lib. 1.*

Item an possit Judex inducere, vel compellere partes ad concordiam? Vide Thomas Sanchez *in consil. lib. 6. cap. 1. dub. 25.*

CAPUT IV.

De Violentia.

SUMMARIUM.

Quibus modis committat quis violentiam, & qua pœna puniatur.

Quinto & principaliter dico, quòd aliud est crimen publicum *violentia*: Pro cujus perfecta declaratione & resolutione dico, quòd aliquando quis committit vel infert violentiam in alium cùm armis, auferendo sibi bona, vel à possessione aliqua expellendo, vel inferendo sibi vim; licèt adversarium non possit vincere & deprædari, nec delictum ad effectum perducere, vel extortionem facere, illum opprimendo, ut pecuniam, rem, vel quid aliud sibi daret, vel contractum & obligationem faceret, vel quid simile: nam iste talis committit crimen violentiæ, & punitur pœna deportationis, & confiscationis omnium bonorum: text. est in *l. 1. & per totum, ff. ad leg. Jul. de vi*, & ibi Glos. ordinaria, Bart. Alb. Ang. & commun. DD. text. in *leg. 1. & per totum, Cod. eod. tit.* & ibi Glos. ordinaria, Odofr. Petr. Cyn. Jacob. Butr. Bald. Salyc. & commun. DD. text. in *§. Item lex Jul. de vi, Instit. de Publ. jud.* & ibi Glos. ordinaria, Faber. Ang. Platea, & communiter DD. idem disponit *lex 8. tit. 10. 7. part.* Et ista eadem pœna habet etiam locum quis quando, convocat amicos vel homines causa seditionis & violentiæ committendæ: ita probant prædicta jura, maximè text. in *l. 3. ff. ad l. Jul. de vi*, & idem disponit *lex 2. tit. 10. 7. part.* Item adde, quòd si in ipso actu violentiæ aliquis homo sit interfectus ex parte aggressoris committentis violentiam, vel ex parte ejus qui violentiam patitur; tenetur pœna mortis ipse principalis auctor & aggressor violentiæ: text. est notabilis in

l. Quoniam multa facinora, Cod. ad leg. Jul. de vi, & ibi Glos. ordinaria, & communis opinio; & idem disponit prædicta leg. 2. tit. 10. 7. part. & leg. 8. eodem tit. & part.

Aliquandò & secundò committit vel infert quis in alium violentiam in casibus supradictis, sine armis: & tunc etiam committit crimen publicum violentiæ, & punitur pœna confiscationis tertie partis honorum; & utrobique casu scilicet superiori, & isto efficitur infamis: text. est in *l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi privata*, text. in *l. 2. Cod. eod. tit. text. in dict. §. Item leg. Jul. de vi, Instit. de publ. jud.* & utrobique communiter DD. & idem disponit prædicta *lex 8. tit. 10. 7. part.* Aliquando & tertio committit (A) vel infert quis in alium violentiam, cum armis, vel sine armis auferendo sibi aliquam rem mobilem vel immobilem propria auctoritate: & tunc incidit in pœnam legis, si quis in tantam, Cod. Unde vi, modò sit res propria inuasoris; modò alterius; & modò credat sibi de jure licere, modò non: ita tenent & declarant Glos. ordinaria, Odofr. Petr. Cyn. Jacob. Butr. Bartol. Alb. Bart. Ang. Salyc. & communiter DD. de quo articulo vide latius & notabiliter ea quæ dixi in *leg. 45. Tauri*, in interdicto *adipiscendæ possessionis*.

Aliquando & quarto committit vel infert quis in alium violentiam, cum armis, vel sine armis capiendò & auferendo tibi bona mobilia: & tunc tenetur actione *vi bonorum raptorum*, & tenetur pœna quadrupli infrà annum: in qua inest rei valor & persecutio; post annum verò tenetur in simplum, & restitutionem rei, vel valoris ejus: text. est in *l. 1. & per totum, ff. Cod. & Instit. vi bon. rapt.* Aliquando & quinto quis committit & infert in alium violentiam circa possessionem, capiendò eam propria auctoritate; & tunc tenetur interdicto *Unde vi*, de quo dixi, *l. 45. in leg. Tauri*, in *propria materia interdicti Unde vi*.

Aliquando (B) & sexto quis committit & infert in alium metum & violentiam compulsivam,

(A) Videto hac de materia Didac. à Covar. *l. 3. resolut. cap. 16. num. 7. pag. 448. & in tract. de Spons. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 10. Jul. Clar. in Pract. §. ult. quæst. 8. vers. Vim publicam.*

(B) Et in hac materia commemorabili Harm. dogm. *lib. 10.* inquit enim, ut ex libris manuscritis totus locus hic restitui, atque expleri debet: quòd si quis vi, vel rapina in principio aliquid nactus est, quamvis postea illud à vero domino emerit aut donationis permutationisve titulo consequatur, nihil juvatur nec contractus valet, videtur enim illius dominus adhuc vi cogi, & jactura ipsius rei, & imbecillitate ad contractum devenire, quæ sententia multum æquitatis habet, &

si non parum reluctetur, *lib. 2. & leg. Si per vim, Cod. de his qui spe metusve*, nisi species horum jurium distinguere, & quadam non admodum probabilis, etsi forsitan, tunc æqua, tum utilitati publicæ consentanea varietate ad concordiam lubeat reducere, ut scilicet Harmenop. loquatur, cùm res apud raptorem, seu illatorem semper fuit illi text. loquantur cùm penes ipsum dominium reperiatur, poterit etiam non incommode forsitan intelligi Harmenop. sententia, cum rei dominum latebit, qui ipsi rem, de qua contractus innitur, surripuerit ac possideat, videatur enim tunc & jactura ipsa atque infortunio, & difficultate ad celebrandum contractum adigi.

vam, per quam inducit & compellit alium ad vendendum, donandum, vel contrahendum: & tunc actus mero jure valet sed debet rescindi actione *Quod metus causa*, textus est in *leg. 1. & per totum. ff. & Cod. Quod met. caus.* Aliquando & septimò committit quis in alium violentiam, quando est creditor alterius in re, vel pecuniam, & eam aufert, & tollit sibi per vim: nam tali casu amittit debitum suum: textus est singularis in *leg. extat. ff. Quod metus causa, textus in leg. penultim. ff. Ad legem Juliam de Privat. & disponit leg. 14. tit. 10. 7. part.* Aliquando etiam & octavò committit quis in alium violentiam, quando post litem contestatam in causa *finium regundorum*, occupat aliquam partem fundi alterius propria auctoritate, & ibi ponit confinia: quia amittit illam partem, & tantundem de suo tenetur dare adversario; textus est in *leg. Si constiterit. Cod. Finium regundorum.*

Item adde pro complemento prædictorum, quòd si ratione & occasione violentiæ commissæ amisit quis aliqua bona, potest extimationem consequi ab invasore, super quo statur juramento ejus: textus est singularis de jure civili in *leg. Si quando. Cod. Unde vi*, textus de jure Canonico, in *cap. final. Quod metus causa*, & utrobique communiter DD. & idem disponit, *leg. 9. tit. 10. 7. part.*

Sextò principaliter dico, quòd aliud est crimen publicum falsi; de quo magistraliter dixi in *leg. final. in legibus Tauri*, ubi omninò vide.

An liceat vassallis non recipere in oppido, aut civitate Dominum venientem è loco peste infecto vel suspecto?

MAteriam violentiæ explicat Tiberius Decianus *tom. 2. lib. 8. ex cap. 1. 16. & 18.* Menochius *de Adipiscenda posses. remed. 5.* Donnellus, *lib. 15. Comment. cap. 30. & seqq.* Petr. Gregor. in *Syntagm. lib. 36. cap. 25. & seqq. & lib. 37. cap. 1. n. 14.* Duarenus, *lib. 1. Disp. cap. 22.* Socynus *Regul. 34. 52. 292. 360. & 432.* iterum Menochius *de Recuperanda poss. in præludiis ex n. 37. & remed. 5. & 9.* Bernardus Diaz in *Regul. 779.* Covarrub. *lib. 3. Variar. cap. 16. num. 7.* Gutier. *lib. 1. Pract. quæst. 77. & in Canonicis, cap. 34. numer. 90.* Sylvester, verb. *Rapina*, Bossius in *Pract. in titul. de Pluribus violent. & benè declarans Cabal. Resolut. criminal, casu 90. & 95.* Molina *de Justitia, tom. 3. disp. 682. & seq. ubi latè Tuschus lit. V. concl. 2. 4.* Gregorius Lopez *toto tit. 10. part. 7.* Menochius *casu 394.* Fachinæus, *lib. 9. Controv. cap. 102. & lib. 10. cap. 5.* Mogollon, in *tract. De his quæ vi*; Barbosa in *Collectan. cap. 7. de his quæ vi*, Farinacius *quæst. 175. per totam*; & vide *conclus. 49. post Opera Roderici Suarez & Pichardus in Rub. & per tot. tit. Instit. Vi bonorum rapt. ubi in princip. ex num. 13.* explicat quæ vis sit publica, quæ privata, & in *§. Item lex Julia de vi, Instit. de Publicis judiciis, & manduct. 3. part. §. 4. num. 124.* Salgado *de Protect. 1. part. cap. 1. Præclud. 4.* ubi refert species violentiæ.

2 Ad num. 1. ibi: *Aliquando quis committit, & infert violentiam, &c.*

Committens violentiam cum armis, licet delictum ad effectum non perducatur, & convocans amicos causa seditionis, & violentiæ committendæ incurrit pœnam deportationis, & confiscationis bonorum; & si homicidium interveniat ex una aut altera parte, pœnam mortis; ita resolvit Gomez. & comprobant Gregorius in *leg. 8. tit. 10. part. 7.* Menoch. *de Arbitrar. casu 394.* & ante eum Bossius in *Pract. tit. de Pluribus violent. Decianus, lib. 8. cap. 16. & seqq.* Clarus in *§. fin. quæst. 83.* Acevedus in *l. 1. & 6. tit. 12. lib. 8. Recopil. & Pradilla de Lege pœnali. 1. p. capit. 38.* & benè Molina *de Justitia, tom. 3. disp. 682. ex num. 11. ubi num. 13.* cum Gregor. *suprà*, ait pœnam deportationis hodie non esse in usu, & consequenter locum etiam non habere confiscationem omnium bonorum, quæ de jure communi in consequentiam deportationis locum habebat, indeque hodie committens vim publicam, sive privatam, ex generali consuetudine puniri pœna arbitraria; eum vide, & Covarrub.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur de hac materia tractantes.
- 2 De violentia cum armis, & seditione.
 - De auferente rem propriam, vel alienam propriæ auctoritate, ad *leg. Si quis in tantam, Cod. Unde vi*,
 - De auferente per vim bona aliena.
 - De auferente ab alio possessionem propriam auctoritate.
 - De contractu per vim, vel metum celebrato.
 - De creditore qui aufert per vim rem sibi debitam.
 - In casu violentiæ, ea probatæ statur juramento vim passi super astimatione damnorum.

varrubias in cap. 16. lib. *Variar.* numer. 7. & Pichardus in §. *Item lex Julia*, *Instit. de Publicis judiciis*, ex num. 7. & vide *suprà*, cap. 15. tom. 2. num. 19. vers. *nostrum Gomezium*, &c.

Ibi: *Aliquando*, & *secundò*, &c.

Vide *suprà* relatos maximè Molinam, & Pichardum.

Ibi: *Aliquando*, & *tertiò*, &c.

Auferens alteri rem propriam, vel alienam propria auctoritate, quòd incidat in pœnam leg. *Si quis in tantam*. *Cod. Unde vi*, ut hic resolvitur, comprobant latè explicantes, Menochius de *Recuperanda poss. remed. 9. ex num. 204.* & per tot. & *remed. 1. num. 312.* & *remed. 5. numer. 40.* ubi an si creditor occupet propria auctoritate rem fidejussoribus amittat debitum? Anton. Gabriel in *suis Communibus titul. de Acquir. & amitt. posses. conclus. 1. ex num. 38.* Socynus *reg. 34.* Gregorius in *l. 10. & 11. tit. 10. p. 7.* & in *leg. 13. ibid.* Osualdus ad Donellum, *lege 15. cap. 30. Notatis littera B. & in cap. 31. littera E. & seqq. & leg. 17. cap. 2. lit. A.* Philippus Portius in *Regul. 38. lib. 1.* Castillo in *leg. 45. Tauri, in princip. & verb. Le hayan dado la possession*, Avendañus in *cap. 4. Prætorum*, num. 11. Menochius *casu 194. num. 15.* ubi an excuset rusticitas? Caldas in *leg. Si curatorem. §. Cùm non absimilis, ex num. 44.* & §. *Vel adversarii dolo*, ubi quid in minore? Quesada in *suis Question. cap. 14.* Sarmiento, *lib. 2. Selectarum, cap. 13. num. 7.* Pichardus in §. *Item is, Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio num. 27.* ubi de commodante ejiciente commodatarium, & §. *Ita tamen, Institut. Vi bonorum raptorum, ex num. 48.* & §. *Item lex Julia, Institut. de Publicis judiciis*, Gratianus in *Regul. 49.* Barbosa latissimè in *leg. Si mora. ff. Soluta matrimonio, numer. 18.* & *seq.* alter Barbosa in *Collectanea, cap. 1. de Dolo & contumacia.* Gutierrez, *lib. 1. Practicarum, quest. 77.* ubi quòd dicta pœna recedit ab usu, Farinacius *quest. 24. num. 5.* & *seq.* ubi de filio occupante propria auctoritate bona adventitia; & *quest. 90. num. 33.* ubi an causa injusta excuset? & *quest. 92. num. 134.* & *seq.* ubi an excuset minor ætas? & *quest. 174. ex num. 44.* & *quest. 175. per totam*, ubi latissimè materiam explicat per ampliaciones, & limitationes, & in *fragmentis, lit. A. num. 253.* & *seq.* & *consil. 4.* Pradilla de *leg. Pœnali. 2. p. cap. 46.* Molina de *Justitia, tom. 3. disput. 682.* qui ferè omnes ajunt pœnam dictæ legis ab aula recessisse, Cancerus *Variar. 2. part. cap. 10. ex num. 3.* latissimè ante omnes amplians, & declarans, & *num. 95.* an locator possit expellere conductorem propria auctoritate finita locatio-de? de quo etiam Parladorius *lib. 2. Quotid. cap. 6. num. 3.*

Ibi: *Aliquando* & *quartò*, &c.

Auferens per vim bona aliena, tenetur pœna quadrupli infra annum, post annum in simplum; ita docet Gomez, & comprobant ex notissimis principiis, Gregorius per textum ibi in *leg. 3. tit. 13. part. 7.* Menochius in *Adipiscenda posses. in præludiis, num. 37. & 40. & remedio 5. & 9.* Decianus, *lib. 8. cap. 1. cap. 16. & 18.* Donnellum *lib. 15. cap. 30.* Petrus Gregor. *lib. 37. in Syntagmate, cap. 1. uum. 14.* & Pichardus in *principio Institut. Vi bonorum raptorum, ex num. 2. ubi num. 3. & 20.* agit quid si res communis subripiatur, vide etiam Acevedum in *leg. 1. tit. 12. lib. 8. Recopil. & reliquos suprà citatos in principio hujus numeri*, ex quibus dictam pœnam antiquatam colliges.

Ibi: *Aliquando*, & *quintò*, &c.

De auferente ab alio possessionem propria auctoritate, vide latissimè Antonium Gabriel in *tit. de Acquirenda, vel amittenda possessione, conclus. 1. quasi per totam*, Gregorium in *leg. 10. tit. 10. part. 7.* Menochius de *Recuperanda posses. remed. 9. per totum*; & vide relatos *suprà*, in vers. *Aliquando & tertio*, & Acevedum latè in *leg. 1. tit. 13. lib. 4. Recopil. Pradillam de Lege pœnali. 2. part. cap. 46.* ubi pœnas omni jure impositas adducit, & Farinacium *quest. 175. per totam.*

Ibi: *Aliquando* & *Sextò*, &c.

Contractus venditionis, donationis, vel alius, ad quem aliquis fuit compulsus, quòd valeat mero jure, sed debeat rescindi, ut hic resolvitur, docent latissimè materiam explicantes Gregorius in *leg. 56. tit. 5. part. 5.* Pradilla in *leg. Interpositas, numer. 4. Cod. de Transact.* Gutierrez de *Matrimonio, cap. 76. ex num. 2.* Barbosa in *Rubr. ff. Soluta matrimon. 4. part. numer. 28.* Petrus Gregorius in *Syntagm. lib. 20. cap. 2. numer. 3. & lib. 36. cap. 25. numer. 10.* Avendañus in *titul. de Exceptionibus, num. 31. & 32.* ubi etiam de compulsione Judicis; Scaccia de *Commerciis. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliati. 10. numer. 11. & ampliacione 19. ex numer. 67.* Tuschus *littera M. conclus. 221. & 222.* Pichardus in §. *Item actio 27. numer. 15. 27. 32. & 42.* & in §. *Actionum 28. Institut. de Actionibus, ex numer. 24.* defendens bonæ fidei contractus ipso jure rescindi, Cevallos, *quest. 604. ex num. 3.* Castillo *quotidianarum, lib. 3. cap. 1. num. 141. & 147.* & quasi per totum, Barbosa in *Collectanea, capitul. 2. de his quæ vi numer. 5.* & per totum titulum, ubi varios casus enumerat, & exornat, Thomas Sanch. de *Matrimonio, lib. 4. disp. 8.* optimè materiam explicans, & per totum librum omninò videndus, & ferè infinitos referens, & eam exornans, & declarans Hermosilla in *Annotationibus ad legem 56. titul.*

tit. 5. part. 5. ubi de omni metu, & omni contractu cum juramento, vel absque eo celebrato per metum vide etiam Farinacium in *fragmentis*, verb. *Metus*, Parejam de *Instrumentorum editione*, tit. 1. resol. 2. §. 2. uum. 71. Nogue-rol. *Allegation*. 29. ubi ex numer. 209. probat, quod actio, *Quod metus causa*, habet locum contra tertium post Thomam Sanchez *sup.* & alios; quòd fructus sint restituendi; & Carlevalium de *Judiciis*, tom. 1. disput. 2. ex num. 1014. ubi etiam agit de prorogatione jurisdictionis metu facta.

Ibi: *Aliquando, & septimò, &c.*

Creditorem per vim auferentem rem sibi debitam, debitum amittere, ut hic resolvit Gomez, comprobant latè explicantes, Gregor. in leg. 14. tit. 10. part. 7. Menochius de *recuperanda posses. remed.* 9. Antonius Gabriel in *titul. de Acquirenda, vel amittenda possessione conclus.* 1. ex num. 38. Covarrub. lib. 3. *Variarum*, cap. 6. numer. 7. Sarmiento lib. 2. *Selectar. cap.* 13. num. 7. Gutierrez, lib. 1. *Practicar. quæst.* 77. ubi quod rigor dictæ pœnæ non est in usu, & latissimè amplians, & limitans Farinacius *quest.* 175. ex numer. 149. ubi num. 158. cum Menochio de *Recuperanda posses. remed.* 5. num. 23. docet quòd creditor sub conditione, ante ejus eventum rem debitam occupans amittit eam: multo magis, & num. 159. iterum ampliat, etiam si creditor auferat debitori suo rem alterius ab eo bona fide possessam, adhuc enim amittit debitum, & numer. 160. limitat, quando debitor esset in fuga, tunc enim licet creditori rem sibi debitam, vel obligatam auferre, cum qua fugit: vide eum, quia latissimè dictam resolutionem explicat usq. ad num. 173.

Ibi: *Item adde pro complemento, &c.*

Quòd probata violentia debeat stari juramento vim passi super damnis, & interesse, ut hic resolvitur, docent Gregorius in leg. 9. titul. 10. part. 7. Didacus Perez in leg. 1. tit. 5. lib. 3. *Ordinamenti*, gloss. 2. Seraphinus de *Privilegiis juram. privil.* 31. num. 102. Mascardus de *probationib. conclus.* 952. num. 13. & conclus. 1329. num. 18. Menochius de *Arbitrariis, casu* 28. num. 26. Salzedo ad Bernardum Diaz *Regul.* 186. Tuschus *lit. I. concl.* 538. Farinacius in *fragmentis*, verb. *Juramentum*, ex num. 985. & *quæst.* 24. ex n. 216. Barbosa in *Collectanea*, cap. fin. de *His quæ vi*, num. 2. Escobar. de *Ratiociniis*, cap. 15. & plurimos referens, & materiam latissimè explicans Hermosilla in *Annotationib. ad leg.* 8. tit. 3. part. 5. gloss. 6. & seq. quem omninò videas; istud verò juramentum personis suspectis non defertur, ut advertunt supradicti, & Narbona ad leg. 13. tit. 18. lib. 5. *Recopil. glossa* 4. num. 5.

Tom. III.

Item adde quòd potest vassallus impunè non recipere in civitate, vel opido Dominum venientem è loco peste infecto, vel suspecto; ut post Ripam, & Menochium, lib. 3. *presumpt.* 44. num. 9. ait Cancerius, *Variarum*, 2. part. cap. 10. num. 62.

CAPUT V.

De Furto.

SUMMARIUM.

- 1 *Furti diffinitio qualis sit?*
- 2 *An teneatur furti qui retinet rem deperditam ignorando ejus dominum, & non facit præconizare?*
- 3 *Si filiusfamilias, vel servus surripiat rem, an teneatur furti?*
- 4 *Pro primo furto qua pœna puniatur?*
- 5 *Pro secundo furto quæ pœna imponatur?*
- 6 *Pro tertio furto an imponatur pœna mortis?*
- 7 *Si furt commissit unum furtum magnum, quòd æquivalet tribus; an possit furca suspendi?*
- 8 *Si furt commissit duo furta in aliis locis, & tertium furtum commissit in loco, in quo fuit captus, an possit condemnari ad mortem, tanquam famosus latro, qui commissit tria furta?*
- 9 *An requiratur ad hoc ut pro tertio furto fur ad mortem condemnetur, quòd pro duobus primis sit punitus?*
- 10 *Si aliquis furatus est in itinere publico, an dicatur famosus latro, ut pro uno furto ei imponatur pœna mortis?*
- 11 *Illi qui furatur de Ecclesia rem sacram, an imponatur pœna mortis?*
- 12 *An ille, qui facit furtum cum violentia puniatur pœna mortis?*
- 13 *An ille, qui pecora & animalia furatur, pœna mortis puniatur?*
- 14 *Si quis commissit furtum in hac civitate, & reperitur sine auriculis, an sit sufficiens præsumptio, quòd jam commissit duo furta, & sic possit condemnari ad mortem?*
- 15 *An ille, qui invenitur in domo alterius causa furandi, & nihil cæperit, puniatur pœna furti?*
- 16 *An receptans furem teneatur eadem pœna, qua ipse principalis?*

1 **S**eptimò principaliter dico, quòd est aliud crimen privatum furti. Pro cujus perfec-

fecta declaratione dico, quòd furtum est *contrectatio rei alienæ fraudulosa, invito domino, lucri faciendi causa*: textus est in *leg. 1. §. fin. ff. de Furtis*, text. in *§. Furtum, Institut. de obligat. quæ ex delict. nasc.* & ibi communiter DD. & idem disponit *leg. 1. tit. 14. partit. 7.* Ex quo infertur, quòd si quis propria auctoritate accipit rem alterius pro aliquo usu, vel necessitate, credens dominum permissurum; & concurrat aliqua justa causa ad hoc præsumendum, quia hoc dixit & protestatus est coram aliquibus, vel erat conjunctus, vel valde amicus, vel res erat parva, vel dominus erat consuetus talia concedere; non tenebitur furti: ita probant prædicta jura, & in expressò probant text. in *leg. Inter omnes, §. Rectè, ff. de Furtis*, cujus verba sunt: *Rectè decretum est, qui putavit se domini voluntate rem attingere, non esse furem: quid enim dolo fecit, qui putavit dominum concessurum fuisse, sive falso, sive verè reputet. Is ergo solus fur est, qui contrectavit, quod invito domino se facere scivit, & ibi notant Glos. ordinaria, Bart. Alber. Ang. & communiter DD. text. in leg. Qui re sibi commodata, eodem tit. text. in §. Placuit, Instit. de oblig. qua ex delicto nasc.* In dubio verò semper præsumitur contra furem, quòd invito domino animo furandi faciat: ita probat text. in *leg. Qui vas, §. Vetare, ff. de Furtis*, cujus verba sunt: *Vetare autem dominum, accipimus etiam eum, qui ignorat, hoc est eum, qui non consensit, & ibi Glossa ordinaria, Bart. & communiter DD. tenet etiam & declarat Abbas Panorm. in capit. Dudum, el 2. de Election. 6. column. numer. 18.* & ibi alii DD. idem Abb. in *cap. 1. de Præsumpt. fin. column. num. 3.* & ibi etiam communiter DD. Neque obstat Glos. singularis & ordinaria in *§. Sed iste quidem, Instit. de act. in glos. magna in med. ubi habetur, quòd in his, quæ dependent à mera conscientia & intentione alicujus, statur soli suæ assertioni*; quam ibi ad hoc summè notant & commendant Doct. & in locis ibi per eos allegatis: Quia procedit & debet intelligi, quando præsumptio aliqua non militat contra eum; secus verò aliàs, ut in nostro casu, per prædicta jura: & in terminis ita tenet & declarat Bartol. in *dict. §. Rectè, 1. column. in fin.* & ibi communiter DD. tenent etiam Moderni in *dict. §. Sed iste quidem præcipuè Jas. column. 18. num. 88.* pro quo facit, text. in *cap. Vidua, de regular.* & ibi notant Abb. & communiter Doctores.

2 Ex quo deducitur & infertur, quòd si quis accipiat rem, cujus dominum ignorat vel inveniatur rem deperditam, quam sibi retinet non demonstrando, vel pærconizando; tenetur furti: textus est in *leg. Falsus, §. Qui alienum, ff. de Furt.* cujus verba sunt: (*Qui alienum quid jacens in terra lucri faciendi causa sustulit furti, obstringitur, sive scit cujus sit, sive ignoravit: nihil enim ad furtum minuendum facit quòd cujus sit ignoret*) & ibi notant Bartol. & communiter DD. probat etiam text. cum ratione in *leg. fin. vers. Omnes, Codic. Unde vi*, Si verò, facta competenti diligentia, non inveniatur dominus; tunc inventor tenetur vendere, & pretium dare & restituere pauperibus pro anima veri domini; argumento, text. in *Authent. Omnes peregrini, Cod. com. de Succes.* & per eum ita tenet Bart. in *dict. §. Qui alienum*, & ibi Alber. & alii Doct. Bald. in *leg. 1. ff. de rerum divis. 2. lectur. 1. column. num. 3.* Abb. Panorm. in *cap. Cum dilecti de accus. penult. column. numer. 22.* & ibi Felin. 7. *column. num. 7.* idem Abb. in *cap. fin. de Furtis, 1. column. not. 3.* Hodie tamen in nostro regno disponitur, quòd hoc casu inventor, vel ille ad quem res de publico pertinent, teneatur rem inventam cero modo & forma præconizare; infra quod si dominus veniat & appareat, eam recuperet, soluta expensa super ea facta; tempore verò ibi determinato transacto, sibi applicatur. Aliàs verò, si solemnitas & forma illius legis non sit servata, tenetur restituere tanquam fur: ita disponit *lex 1. tit. 12. lib. 6. Ordin.*

Ex quibus etiam deducit & infertur, quòd si post commissum furtum compareat dominus rei, & dicat & asserat, sua voluntate & eo permittente esset factum; non excusatur fur: quia in dubio præsumitur, quòd eo invito fuit factum; unde, ex tali delicto est quæsitum jus vindictæ reipublicæ propter offensam sibi factam, quod non potest dominus ei auferre, dicendo sua voluntate esse commissum, nisi concurrat aliqua præsumptio & conjectura, ex qua posset hoc verisimilitèr credi: & in expressò ita tenet (A) & declarat Bart. in *dict. l. Inter omnes, §. Rectè, ff. de Furtis, 1. col. num. 2.* & ibi Angel. Perus. Bald. in *l. Transigere, Cod. de Transact. pen. col. num. 12.* & ibi alii DD. idem Bald. in *leg. Falsus, Cod. de Furt. 3. col.* Abbas in *cap. Dudum, el 2. de Election. 6. col. num. 18.* Ang. de Malef. in *part. comparent dicti inquisiti, & in terminis de-*

(A) Testantur hanc Bart. doctrinam receptam, Cur. Jun. & qui eum refert Ant. de Padill. in *leg. Transigere, num. 503. Cod. de Transact.* Jul. Clar. in *Pract. §. Furtum, versic. Item ex-*

cusatur, qui verè cum Fel. in cap. Nulli, in §. de Præsumpt. commune recenset, ut conjecturæ, quæ hanc domini eo faventis attestationem confirmant, judicis arbitrio metiantur.

fensionis. 6. column. vers. *Quid si fur*, & ibi ejus additionator.

3 Et ex superioribus necessariò quæro : Si filiusfamilias, uxor, consanguineus, familiaris, vel servus surripiat rem, an teneatur furti? Et resolutivè dico, quòd si res sit parvi valoris, non tenetur furti, licèt dominus possit suam rem remedio civili recuperare; si verò sit magni valoris, tenetur furti, & potest criminaliter accusari: textus est (B) in leg. *Respicendum*. §. *Furta domestica*. ff. de *Pænis*, cujus verba sunt: *Furta domestica, si leviora sunt, nec admittenda est hujusmodi accusatio*, & ibi notant Glossa ordinaria, Bartol. Angel. & communiter DD. textus in leg. *Servi & filii*. ff. de *Furtis*, textus in leg. *Qui servo*. §. *Item placuit, eodem titul.* textus in leg. *Si quis uxori, eodem tit.* textus in leg. *Si libertus, eodem titul.* textus in lege *Prætor edixit*. §. *Præterea*. ff. de *Injuriis*, textus in leg. *Homo liber*, versic. *Sed & damnunum*. ff. de *Acquir. rer. domin.* textus in leg. 1. & per tot. ff. *Rerum annot.* textus in leg. 2. & per tot. *Cod. eodem titul.* textus in leg. *Apud antiquos*. §. *final.* *Cod. de Furtis*, textus in §. *Hi qui, Institut. de Obligat. quæ ex delict. nascunt.* & utrobique communiter DD. & idem disponit *lex 4. titul. 14. 7. part.* Et adde, quòd dicitur furtum parvum, vel magnum, judicis arbitrio, secundùm Doctores *ubi sup.* Unum tamen est, quòd respectu filii existentis in potestate, judex dictavit sententiam secundùm voluntatem patris: textus est in leg. 3. & 4. *Cod. de Patria potestate*, & ibi communiter Doctores.

4 Item quæro, quæ sit pœna furti? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd pro primo furto ultrà restitutionem imponitur pœna pecuniaria quadrupli applicanda parti, si furtum est manifestum: si verò non est manifestum, imponitur pœna dupli: text. est in l. 2. & 3. ff. de *Furtis*, text. in l. in *Furt.* & in l. *Si quis ex domo, cum similib. ejusdem tit.* text. in §. *Conceptum*, vers. *Pœna autem*, *Instit. de Obligat. quæ ex delict. nascunt.* textus in §. *Ex malefic.* *Instit. de Action.* textus in §. *Quadrupli, eodem titul.* textus in §. *In duplum, eodem titul.* & utrobique Glossa ordinaria, & idem disponit, *lex 18. titul. 14. part. 7.* Et dicitur manifestum, quando fur apprehenditur cum ipso furto, vel à domino vel ab alio, antequam perveniat ad locum destinatum: text. est in leg. 2. & 3. ff. de *Furtis*, textus in §. *Furtorum*, *Instit. de Obligat. quæ ex delict. nascunt.*

Item etiam ultrà hanc pœnam pecuniariam

punitur fur pœna corporali extraordinaria, judicis arbitrio, secundùm qualitatem furti, & personæ: textus est notabilis qui sic debet intelligi in leg. *fin. ff. de Furt.* cujus verba sunt: (*Memnisse oportebit nunc furti plerumque criminaliter agi, non quasi publicum, sit judicium, sed quia visum est temeritatem agentium etiam extraordinaria animadversione coercendam*) & ibi Glossa ordinaria, & communis DD. & per illum textum ita tenent & declarant Bartol. licèt corruptè allegant in *Authentic. Sed novo jure. Cod. de Servis fugitiv.* & ibi Angel. Salycet. & communiter alii DD. Odofred. in leg. *unic. Cod. Quando civilis actio crim. præ. penult. column.* & ibi Angel. de Perus. 1. column. *Specul. in titul. de Furtis.* 2. column. numer. 3. Hostiens. in sua *Summa*, in *Rubr. de Conditione furtiva*; versic. *Qua pœna, Angel. de Aretin. in tractat. Malefic. in part. & vestem cælestem abstulit.* 2. column. Gandin. in *titul. de Furtib. & latronib.* 3. column. Verum tamen est, quòd ille text. & conclusio & doctrinæ ex eo elicitæ videtur dubia: quia non reperitur dispositum, quòd pro primo furto ultrà pœnam pecuniariam quadrupli, vel dupli, imponatur pœna corporalis: Item, quia nemo duplici pœna debet puniri, ut in leg. *Senatus. ff. de Accusationibus.* Confirmatur etiam, quia quando actio civilis pecuniaria datur ad vindictam, non debet imponi corporalis; in leg. *Quod Senatus consultum. ff. de Injuriis*, textus in leg. *Prætor edixit.* §. *Si dicatur, eodem titul.* textus in lege *unic. Cum materia. Cod. Quando civilis actio crim. præjud.* textus in §. *In summa, Institut. de Injuriis*, & in terminis, his rationibus & fundamentis istam sententiam & conclusionem tenet Ludov. Romanus in *Consiliis suis, consil. 152.* Et tenendo istam partem, non obstat text. in *dicta leg. final. ff. de Furtis*, quia posset dupliciter intelligi: Primò modo, quòd loquatur de actione civili ad ipsam rem vel æstimationem persequendam, & de accusatione criminali ad pœnam; non verò de aliqua pœna pecuniaria quadrupli, vel dupli. Vel aliter & secundò, quòd loquatur de pœna civili pecuniaria, & similiter de pœna criminali, sed alternativè, taliter quòd una electa, tollatur alia, quia utraque tendit ad vindictam, ut probavi. Sed, his non obstantibus, ego teneo primam sententiam & conclusionem, imò, quòd pro primo furto possit imponi pœna pecuniaria applicanda parti, & etiam pœna corporalis arbitraria per textum cum communi opinione, in *dict. leg. fin. ff. de Furtis*, & ultrà eum ita probat textus in *Authentic. Sed novo*

vo

(B) Videto hoc de text. ac de ejusdem materia Alex. cons. 135. num. 2. lib. 1. Cœpol. qui Tom. III,

eum mirificè, & non immeritò laudibus affert in *Auth. Sed novo jure, n. 4. Cod. de Serv. fug.*

vo jure. *Cod. de Servis fugitivis*, ubi habetur, quòd pro furto non moriatur latro, nec membrum ei abscindatur, sed aliter puniatur: ergo probat, quòd de jure antiquo imponebatur pœna corporalis arbitraria, quam hodiè vult limitare, ut non sit mortis, vel membri abscissionis, sed alia mitior & levior: & idem expressè probat *lex 18. tit. 14. 7. partit.* Nec obstat prima ratio contraria superiùs adducta, scilicet quòd nemo debet duplici pœna puniri, Quia illud est verum, quando pœnæ ponuntur electivè; non verò copulativè, ut in nostro casu. Non obstat etiam secunda ratio, scilicet quòd quando actio civilis pecuniaria datur ad vindictam, non debet imponi corporalis quia una tollit aliam: Quia procedit, quando actio civilis pecuniaria imponitur à jure propter offensam personæ, non verò propter rem familiarem; ita probat text. *in leg. Una. Cod. Quando civil. actio crimin. præj.* & ibi notant & commendant DD. probat etiam Glos. singul. *in l. 2. §. Emancipatum filius. ff. de Collat. bonorum*, quam ibi notant & commendant Bartol. & alii DD. & eam dicit singularem & unicam Imol. *in leg. Interdum. 1. col. ff. de Public. jud.* item Jas. *in leg. Rei judicatæ. §. 1. ff. Solut. matrim.* similis tamen Glos. est *in leg. Pro heredib. §. fin. ff. de Acquir. hæred. in glos. sing.* & ibi notant Alexand. & Moderni.

4 Unum tamen est; quòd non potest utraque actio civilis & criminalis in uno eodemque libello cumulari; ut *in dict. leg. unic.* & ibi plenè notatur, Hodie tamen in nostro regno pro primo furto imponatur pœna pecuniaria, ut solvat rem, & duplum ejus parti & septies valorem ejus fisco; ita disponit, *lex 6. tit. 5. lib. 4. Fori legum, & lex 2. tit. 13. eod. lib.* Unde, in locis ubi viget illa lex & consuetudo, non puniuntur criminaliter; quia pœna applicatur fisco: sed in aliis locis & partibus, ubi non viget nec servatur illa consuetudo, standum est juri communi. Sed certè communiter in majori parte regni de consuetudine non imponitur pœna pecuniaria applicanda parti, nec fisco, sed solùm corporalis, vel alia judicis arbitrio, secundùm qualitatem furti, & personæ.

5 Pro secundo furto pœna agetur; quia imponitur prædicta pœna pecuniaria quadrupli, vel dupli, & aggravatur pœna corporalis judicis arbitrio: quia de jure propter reiterationem & frequentiam delicti aggravatur pœna: textus est *in leg. 3. Cod. Episcop. audiend.* textus *in leg. Ca-*

pitalium. §. Solent, & in §. Grassator. ff. de Pœnis, textus *in leg. 3. vers. Si plures. ff. de Remilitari*, textus *in leg. Servus. Cod. ad legem Juliam de Vi*, textus *in leg. 1. ff. de Jure patron.* textus *in leg. Quicumque*, vers. 1. *Cod. de Servis fugitiv.* textus *in leg. 4. Cod. de Pat. potest.* (C) *lib. 10. text. in l. 2. Cod. de Primicerio*, lib. 12. textus *in leg. 3. Cod. de Domesticis & protectorib. eodem titul.* textus *in leg. final. Cod. de Comœatu*, eodem lib. Hodie tamen in nostro regno pro secundo furto communiter imponitur pœna flagellorum, & abscissiones auricularum; quam pœnam auricularum pro furtis invenit, *leg. 6. tit. 5. lib. 4. For. 11. & lib. 6. tit. 18. 2. part.* licèt prædicta lex forj pro secundo furto imponat pœnam mortis, quæ in hoc non servatur,

6 Pro tertio verò furto similiter augetur pœna; & licèt non reperiat jure cautum, tamen de generali consuetudine imponitur pœna mortis; quia per reiterationem & frequentiam delicti efficitur famosus, & famosus latro debet furca suspendi, ut *in leg. Capitalium. §. Famosus. ff. de Pœnis*, & in expressò isto fundamento & consideratione istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria *in Authentic. Sed novo jure. Cod. de Servis fugitiv. in verbo castigabitur*, & ibi Bald. 1. column. versic. 3. Notab. Paulus de Castro 2. column. num. 6. & ista est communis opinio DD. secundùm Cœpoll. *ibi: 91. column. num. 37.* Angel. de Aretin. *in §. Ex maleficiis, Institut. de Action. 2. column. num. 4.* & ibi Jason. 2. column. num. 12. Angel. de Aretin. *in tractat. Malef. in part. & vestem cœlestem abstulit. 4. column. versic. Et nota bene*, & ibi ejus additionator Gandin. *in eodem tractat. in titul. de Furtis & latronib. 2. column.* Bonifacius *in eodem tract. in tit. de Furtis, robariis, latrocin. 1. col. versic. Sed quali pœna corporali puniuntur*,

7 Unum tamen est: quòd si quis commisit unum furtum magnum, quod æquivalet tribus, potest furca suspendi: Primò, argumento textus *in leg. Si is qui tres. §. fin. ff. de Execut. tut.* ubi habetur, quòd sicut tria onera tutelarum excusant à tutela; ita eodem modo una tutela magna, quæ contineat magnum & amplum patrimonium, Item & secundò, quia propter immanitatem criminis licitum est leges transgredi, secundùm Innocent. *in cap. 1. de Constitut.* quòd dictum sequitur & reputat singulare Bald. *in capitul. 1. §. Injuria. 1. column. numer. 1. de Pace juram. firm.* Idem Bald. *in leg. Observare. §.*

Pro-

(C) De harum legum materia agunt videnti Alc. *regul. 1. Præsumpt. 3. Boer. decis. 275. num. 3.* & doctissimus ac diligentissimus Pinel. *in Rub. 2. part. numer. 30. Cod. de Bon. mat. & qui*

illas exemplo illustrat, hac multa circa hujusmodi punitiones memoriæ perpetuò insculpenda docet, Ann. Senec. *de Clement. capitul. 14. cum seq.*

Proficisci. 4. column. 1. quæst. ff. de Offic. procons. & leg. Idem Bald. in leg. 1. Cod. de Precibus imper. offert. & ibi Jason. 1. column. & notab. Felin. in cap. qualiter & quando. §. Ad corrigendos. 6. column. numer. 37. de Accusat. Pro qua sententia & conclusione facit bonus textus in leg. Si quis filio exheredato. §. Hi autem omnes. ff. de Injusto rupto, ubi habetur, quod licet regulariter in omni causa, præcipuè criminali, habeat locum appellatio; tamen ex causa potest iudex eam denegare, si imminet aliquod periculum, vel scandalum in republica; & ad hoc notant & commendant ibi Bald. & communiter DD. Et licet Bald. in *Authentic. Hodie. Cod. de Judic.* limitet illud in iudiciis maioribus, & supremis; non verò in minoribus, quia jurant simpliciter servare leges & statuta; & ibi sequuntur alii DD. tamen certè in omnibus videtur procedere & habere locum; quia licet jurent, tamen intelligitur cum hac restrictione & limitatione. Et in expressò, quod pro uno furto magno, quod æquivalet tribus, latro debeat mori, & furca suspendi, per prædicta fundamenta tenent originaliter Bald. in *Authentic. Sed novo jure. Cod. de Servis fugitivis*. 1. column. in fin. Idem Bald. in cap. 1. §. Injuria, de Pace juramento firmand. 2. column. num. 8. lib. 2. Feudorum, Angel. de Perus. in leg. Quod si nolit. §. Qui assidua. ff. de Ædilit. edit. Angel. de Aretin. in §. Ex maleficiis. Institut. de Action. 2. column. num. 5. idem Angel. ubi reputat singulare in §. 1. Instit. Vi bonorum raptorum, idem Angel. in tractat. Malef. in parte, & vestem cælestem abstulit. 5. column. versic. Nunc sumpta occasione, ubi dicit, quod ita semel praticavit Perusii, dum assideret Hippolytus de Marsiliis in lege Unius. §. Cogniturum. ff. de Quæst. penult. column. num. 79. Abbas Panomit. in cap. Inter alia de Immun. Eccles. penult. column. num. 31. Glossa in leg. 6. titul. 5. lib. 4. For. ll. in glossa 1. in medio. Sed his non obstantibus, contrarium (D) est tenendum, imò, quod pro uno furto, quantumcumque magno, non potest imponi pœna mortis: Primò, quia hoc non reperitur jure cautum: Secundò, quia si pro tertio furto imponitur pœna mortis, est propter reiterationem & frequentiam delicti, non verò propter magnitudinem ejus; quæ ratio finalis cessat in primo furto, etiam magno: Tertio, quia numquam possit cognosci, quod furtum diceretur magnum, vel parvum, & necessariò relinqueretur

judicis arbitrio; & in expressò ita tenent Salycet. in *Authentic. Sed novo jure. Cod. de Servis fugit*. 2. column. num. 10. & ibi Paul. de Castro 2. column. num. 6. Cæpol. 14. column. num. 30. Aug. de Ariminio in *Addit. ad Angel. de Malef. in parte*, & vestem cælestem abstulit. 5. column. in fin. Jas. in leg. 1. Cod. de Precibus imper. offert. 2. column. num. 4. idem Jas. in §. Ex maleficiis, Institut. de Action. 2. column. numer. 12. Joan. de Anan. cap. 1. de Furtis. 5. column. final. quos ego sequor.

8 Quæro tamen circa prædicta: si fur vel latro commisit duo furta in alio loco & territorio, & tertium furtum commisit in hac civitate vel loco ubi fuit captus; an possit condemnari ad mortem, tanquam famosus latro, qui commisit tria furta? Et videtur quod non; quia iudex hujus civitatis, vel loci non potest cognoscere de criminibus alibi commissis extra jurisdictionem suam; ut in leg. final. ff. de Jurisdic. omnium judic. & in leg. 3. ff. de Offic. præ. & in *Authentic. Qua in provincia. Cod. Ubi de crimin. agi oportet*, & utrobique communiter DD. Sed contrarium est tenendum, imò, quod possit condemnari ad mortem, & furca suspendi: quia illa delicta alibi commissa aggravant istud tertium furtum, ut pro eo possit condemnari ad mortem; & licet iudex non posset de primis furtis alibi commissis principaliter cognoscere, tamen incidenter poterit quoad aggravandam pœnam hujus tertii furti; quia reiteratione & frequentia delinquendi augetur pœna, ut suprà dictum est; & illa qualitas consideratur, modò priora delicta sint commissa in uno eodemque loco & territorio, modò in diversis; & in expressò istam sententiam & conclusionem tenent Bartol. in leg. Si cui. §. final. ff. de Accusat. fin. quæst. & ibi Angel. de Perus. & alii DD. idem Bartol. in *Authentic. Ut nulli judicum*. §. Si verò quis comprehensorum, collat. 9. & ante eum ibi Jacob. de Belloviso fin. quæst. Bald. in *Authentic. Sed novo jure. de Servis fugit*. 2. column. numer. 4. & ibi Paul. de Castro 2. column. num. 7. Cæp. 21. column. num. 41. & idem Bald. in leg. fin. ff. de Jurisd. omn. jud. 1. lect. 3. col. Idem Bald. in leg. Certum. ff. Si cert. pet. 1. col. in fin. Salyc. in leg. Servos. Cod. ad legem Jul. de Vi. 2. col. num. 10. Angel. de Aretin. in §. Ex maleficiis, Institut. de act. 2. col. in fin. num. 5. idem Angel. de Aret. in tractat. Malef. in parte, & vestem cælestem abstulit. 6. column. vers. Quæro si aliàs, Gandinus in

(D) Hæc contraria opinio non solùm æquior, sed & verior ac frequentius placita est, ut attestantur Ant. de Padil. in leg. Transigere, n. 12. Cod. de Transact. Roland. cons. 51. ad fin. lib. 1.

& qui alios laudat Jul. Clar. in *Practic. §. Furtum*, vers. Sed an pro uno, quem etiam ad quæstionem subsequentem videto in versic. Sed pone, ubi latè multos citat.

in eodem tractatu, in titul. de Furtis & latroc. 2. col. Jas. in leg. Eum qui. §. in Popularibus. ff. de Furejur. fin. column. n. 12. Abbas Panorm. in cap. 1. de Clerico percussore num. 2. Idem Abbas in cap. 1. de Pœnis 2. column. numer. 4. Anchar. in Clem. 1. de Pœnis, fin. column. num. 21. Joan. de Anan. in cap. fin. glos. in leg. 6. tit. 5. lib. 4. For. 11. in glos. 4. quod est singulare & valdè notandum in practica. Et idem est, quando jam prima furta essent tempore præscripta; quia similiter, licèt de eis principaliter non possit cognosci, tamen benè aggravant tertium furtum, ut pro eo possit latro condemnari ad mortem, & furca suspendi: ita Bald. in Authent. Sed novo jure. Cod. de Servis fugit. 2. column. num. 4. idem Bald. ubi valdè commendat in Authent. Qui semel. Cod. Quomodo & quando judex 5. col. num. 25. & ibi Salyc. final. col. & quæst. Jas. ubi reputat singulare in leg. Si idem cum eod. ff. de Jurisd. omn. judic. 2. column. num. 5.

9 Advertendum tamen, quòd ad hoc ut primum & secundum furtum aggravent tertium, ut possit latro condemnari ad mortem, & furca suspendi, videtur requiri, quòd pro primo & secundo furto fuerit jam condemnatus & punitus; quia aliàs non dicitur incorregibilis. Pro qua sententia & conclusione primò facit textus notabilis in leg. Capitalium. §. Solent. ff. de Pœnis, ubi dicit text. quòd seditiosi, & delinquentes in acclamando & congregando gentes, puniuntur gravi pœna, de qua ibi; & si postea commiserint aliud simile delictum, aggravantur pœnis, ita demum si pro primo sint puniti & correcti: & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. textus in cap. Cum non ab homine de jud. text. in cap. Grave, de præb. text. in Authent. Ut liceat matri & avia. §. Si quis in sua domo, col. 8. text. in Auth. de Eccles. tit. §. Si autem, col. 9. text. in Auth. Si quis ei. C. de Adult. & utrobique communit. DD.

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd talis latro possit pro tertio furto ad mortem condemnari, & furca suspendi, licèt pro primo & secundo furto non fuerit punitus: Primò, quia propter frequentiam & reiterationem delinquendi aggravatur delictum & ejus pœna ut suprà probavi; & non requirunt jura quòd fuerit prius punitus, vel non. Secundò facit textus benè notandus in leg. Servos. Cod. ad legem Juliam de Vi, qui solum requirit reiterationem delicti ad aggravandam ejus pœnam; & non punitionem aliquam. Tertio facit textus singularis & expressus in lege Capitalium. §. Grassatores. ff. de Pœnis, cujus verba sunt: (Grassatores. qui præde causa id faciunt, proximi latronibus habentur; & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur, utique si sæpius atque in itineribus hoc admi-

serunt.) Quartò etiam facit textus in leg. fin. ff. de Abigeis, cujus verba sunt: Qui sæpius abegerunt, licèt super unum vel alterum pecus surripuerint, tamen abigei sunt, & in terminis ita tenet Bartol. si rectè consideretur in leg. Si cui. §. fin. ff. de Accusat. & ibi Doct. * Et ex hoc defendebam quandam scœminam, quæ ter punita fuit pro furtis commissis, scilic. pro 1. Pœna dupli, pro 2. Pœna flagellorum; & postea fuit accusata de furto medio tempore commisso: & dixi & consului pro ea, quòd non deberet pœna mortis puniri; quia posteriora delicta non gravant primum: & ita fuit pronunciatum, & favore divino liberata à pœna mortis, pœna extraordinaria ei imposita. *

Ex quibus deducitur & infertur, quòd si talis fur vel latro commisit furta tria in diversis locis, & judex primi delicti cognosceret de eo, non posset condemnare ad mortem; quia posteriora delicta non aggravant primum: ita probant prædicta jura, & ibi communiter DD. & in expressò ita tenent Angel. de Perus. in Consiliis suis insertis consiliis. Bald. in 5. volum. Consilior. consil. 348.

Advertendum etiam, quòd contra prædicta facit text. fortis & terribilis in cap. 1. §. Si quis quinque solidos de pace tenenda, & ejus violatoribus. in lib. 2. Feudor. ubi disponit, quòd si quis furatus fuerit quinque solidos, vel valorem eorum, furca suspenditur, cujus verba sunt: Si quis quinque solidos valens, aut plus furatus fuerit, laqueo suspendatur, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. Sed breviter ille textus non obstat: quia de generali consuetudine non servatur, tanquam rigurosus: ita dicit ibi Jacob. de Belloviso, & alii DD. Glossa ordinaria in cap. 1. §. Injuria, in verb. Legitimè, in fin. de Pace juram. firman. Vel aliter & secundò dicamus, quòd ille textus debet intelligi, quòd ille fur & latro non puniatur pœna mortis solum propter delictum furti, sed propter qualitatem alterius delicti connexi, scilic. pacis ruptæ; quia per illud furtum quod fur & latro fregit pacem, quam fecerat cum offenso, & ideò tam gravi pœna puniatur; & hoc apertè probat ille text. juncta rubrica in qua est situatus, & confirmatur per text in l. fin. vers. fin. ff. de Re militari, ubi habetur ille qui fregit pacem, puniatur pœna mortis, cujus verba sunt: Miles turbator pacis capite punitur, & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD. & in expressò ita tenent & declarant Bald. in dist. cap. 1. §. Si quis quinque solidos in fin. & ibi Alvarot. 2. column. Ang. de Aretio. in §. Ex maleficiis, Instit. de Action. 2. col. num. 4. & ibi Jas. 1. col. n. 3. Salycet. in Authent. Sed novo jure. Cod. de Servis fugitivis. 2. col. numer. 8. & ibi alii DD. præcipuè Cæpol. 2. colum. & 2. oppos. Abbas in cap. fi-

final. de Furtis, in fin. & ibi alii DD. idem Abb. in cap. inter alia, de Immunitate Ecclesiar. fin. column. Angel. de Malef. in parte, vestem caelestem abstulit, 4. column. versic. Et nota bene. Bonifacius in eodem tract. in tit. de Furtis, robariis & latrociniiis, 2. column. in fin.

10 Adde tamen, quòd aliqui sunt casus, in quibus pro uno tantum furto imponitur poena mortis. (E) Primus est, quando quis commisit furtum in itinere publico, vel mari; quia ille vocatur famosus latro; & quia, ut plurimum, talia furta perpetrantur cum homicidio, vel causam ejus præbent: text. est in leg. *Capitalium*, §. *Famosos*, ff. de Pen. cujus verba sunt: *Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quampluribus placuit, ut & conspectu terreantur alii ab iisdem facinoribus, & solatio sint agnatis & affinibus interemptorum, eod. loco poena reddita, quo latrones homicidium fecissent.* Unum tamen est: quòd Glos. ordinaria ibi dicit & tenet, quòd etiam hoc casu non sufficit primum furtum, nisi interveniat homicidium, vel sequatur secundum vel tertium furtum; & etiam tenent & sequitur Bartol. Alberic. & communiter DD. idem tenet Ang. de Perus. in *Authen. Sed novo jure, Cod. de Servis fugit.* & ibi Cœpol. antepen. col. num. 48. Ang. de Aret. in §. *Ex maleficiis, Instit. de Action. 2. col. num. 4.* Hostiens. in sua *Summ. in rub. de condemn. furti*, vers. *Qua poena*, pro quibus facit text. expressus in leg. *Capitalium*, §. *Grassatores*, ff. de Pœnis, cujus verba sunt: *Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur; & si cum ferro aggredi & spoliare instituerint, cap. puniuntur, utique si sæpius in itineribus hoc admiserunt; cæteri in metallum damnantur, vel in insulam relegantur,* & ibi communiter DD. Sed hodie in nostro regno hoc casu pro primo furto in itinere publico vel mari punitur poena mortis: licet non interveniat homicidium: ita determinat *lex 18. titul. 14. 7. partit.* licet illa lex posset intelligi secundum

ius commune, scilicet quando bis, vel sæpius talia delicta commisit, vel quando secutum est homicidium. Sed licet ista opinio videatur verior & æquior; tamen prima esset tenenda in judicando & consulendo, per prædictam *legem partitarum*, cujus verba sunt: *Mas por razon de furto no debe matar, ni cortar miembro, fueras ende si fuesse ladron conocido, que manifestamente tuviesse caminos, ò robasse la mar con Navios armados, à quien dicen Cosarios.* Sed intelligo, quando ex proposito quis erat in itinere publico positus, ut furtum faceret transeuntibus; vel cum navi ex ista causa erat positus in mari.

11 Secundus casus est, quando qui furatur de Ecclesia aliquam rem sacram; quia tunc committit propriè sacrilegium, & punitur poena mortis: text. est in leg. 4. ff. ad leg. *Juliam peculat.* text. in leg. *Sacrilegii*, eod. tit. text. in leg. *Si quis in hoc genus*, *Codic. de Episc. & Cleric.* & utrobique communiter Doct. Verum tamen est, quòd de jure communi non semper imponebatur poena mortis; sed ex qualitate personarum, & ipsius delicti: text. est in *dict. leg. Sacrilegii*, cujus verba sunt: *Sacrilegii poenam debet Proconsul pro qualitate personæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, sexus, vel severius, vel clementius statuere,* & ibi notant Bart. Alberic. & communiter DD. Azor in *Summ. Cod. de Crimin. sacri*, & ibi Salyc. in *Rubr. DD. in leg. 3. Codic. de Furtis.* Hodie verò indistinctè tenetur poena mortis: ita expressè disponit prædicta *lex 18. titul. 14. 7. part.* in quantum dicit: *O ladron que furtasse de la Iglesia, ò de otro lugar religioso alguna cosa sancta, ò sagrada, quam legem perpetuò notabis ad hoc; & ita in isto regno practicatur.*

Dubium tamen necessarium est circa illam legem: Quæ dicatur res sacra, vel sancta? Et certè potest dici, quòd custodia, calix, ara, vestimentum, & similes res; non verò alia, quæ pertinent ad ornatum & cultum divinum, ut

va-

(E) Nescio quo pacto & noster Gomez, in *Præsentia*, & Jul. Clar. in §. *Furtum*, versic. *Sed quero diligenter*, de furum ac latronum pœnis agentes, & supplicia etiam famosorum latronum persequentes, nusquam meminerit Glos. celebris in leg. 2. ff. *Arbor furt. cas.* quæ censuit, famosos latrones non tantum furca suspendi debere, sed & illorum cadavera bestiis esse trahenda: quam Glossam laudant post alios *lex, colum. ult. Jason, num. 2. Cod. Qui testam. fac pos.* postea Gomez, alia de re agens cum pluribus supra isto in tract. num. 78. & 79. Gaspar Velasc. in leg. *Imperium*, num. 17. ff. de *Jurisd. omn. jud.* Sed certè, quamvis Glos. opinio recepta sit; ta-

men nec usu servatur, nec jure usquam probatur, siquidem leg. *Capitalium*, ff. *Famosos si de pœn.* qua Glos. nititur, verba alternatim facit recensens non nullis placuisse famosos latrones cruci affigere, nonnullis verò magis arrisisse illos bestiis exponere, juxta leg. *Ad bestias, cum multis similibus*, ff. *Illo tit. de Pœn.* quod acute animadvertit Sebastian. Sap. *dict. leg. Imperium, numer. 11. ff. de Jurisd. omn. jud.* quamobrem facillè & Gomez, & Clarus excusari poterunt, si sententiæ injustæ & praxi improbatæ, mentione chartas oplere noluerunt, quam nos tamen facere non recusavimus, ne quis posthac in eodem luto hæreret.

vasa quibus ponitur vinum & aqua, vel aliquod pallium, vel lignum, quo cooperiuntur altaria. Sed quid dicemus de cruce? Certè jam iste casus contingit in hac civitate, & fuit valdè dubius: Et videtur, quòd respectu repræsentationis, in quantum repræsentat illam veram crucem, in qua Dominus noster Jesus Christus passus est, sancta & sacra reputetur; sed respectu materiæ ex qua est facta & composita, non; quia non est benedicta nec consecrata ab Episcopo, vel Prælato: Item etiam, quia si dicis eam sanctam & sacram, ut imponatur pœna mortis, sequeretur, quòd licèt sit ex ferro, ligno, lapide, vel alia simili materia, deberet eadem pœna mortis imponi: Ergo in dubio strictiùs, & propriùs intelligatur res sacra ad imponendam pœnam mortis: & ita probat *lex 2. tit. 14. 1. partit. & lex 1. & 2. titul. 18. 1. partit.* ubi expressè dicitur, quòd crux est sancta & sacra respectu repræsentationis, licèt materia ejus non sit sancta, nec sacra; & ita videtur tenere Sanctus Thomas 2. 2. *quæst. 5. artic. 3. versic. Respondeo*, & per consequens non esset imponenda pœna mortis, nisi alia causa gravitatis concurreret.

12 Tertius casus est, quando furtum est qualificatum; scilicet cum violentia, vel effractione domus alterius: ita disponit *prædicta lex part.* ibi dum dicit, *ò si fuessen ladrones que oviessen entrado por fuerza en las casas, ò en los lugares de otro para robar con armas, ò sin armas.* Sed certè de jure communi hoc casu non imponebatur pœna mortis, licèt aggravaretur pœna prima; argumento textus notabilis in *leg. 1. §. Expoliatores, ff. de EffraCTORibus*, & ibi Bart. Alber. & communiter DD. text. in *leg. final. eod. tit.* & non expressè per ista jura istam sententiam & conclusionem tenet notabiliter, & melius quàm alibi Cæpoll. in *Authentic. Sed novo jure, Cod. de Servis fugitiv. column. 22. num. 45.* Et prædicta *lex partit.* fortè deberet intelligi, quando cum furto intervenit violentia personalis, intrando palam domum alterius per vim, & non aliàs: quia tali casu concurrat duplex delictum, scilicet furtum, & violentia; unde gravius debet puniri, argumento, text. in *leg. respiciendum, ff. de Pœnis*, text. in *l. Aut facta, §. Qualitate, eod. tit.* Sed quidquid sit prædicta *l. part.* ita practicatur, ut priùs dixi & notavi; & idem etiam disponit, *lex 6. tit. 5. lib. 4. For. II.* cujus verba sunt: *To do ome que oforadare casa ò quebranture Iglesia por furtar, muera por ello*; & ita practicatur in isto regno: & jam iste casus mihi contigit, & fuit practicatum etiam in furto minimo.

* Adde tamen ad istum tertium casum, quod non sufficeret simplex effractione alicujus arcæ, vel loci ubi sit res furata; cum leges & jura hic

allegata requirant violentiam & effractionem domus, ipsam intrando & frangendo violenter. Et istum casum habui de facto in quodam paupere, qui erat famulus cujusdam domini, & frengit arcam, & furatus fuit plusquam quinquaginta aureos, & cum furto captus fuit, & confessus: dixi & defendi, quòd non imponeretur pœna mortis, & ita judicatum & pronuntiatum fuit; & postea iterum contigit, & ita practicatum fuit. *

13 Quartus casus est, quando quis commisit crimen abigeatus, quia pecora ex pascuis vel armentis furatur: quo casu, si decem oves, vel quatuor, vel quinque porcos, vel unum equum, vel bovem furatus fuerit, committit crimen abigeatus, & punitur pœna mortis: textus est in *leg. 1. ff. de Abigeis*, text. in *leg. fin. ejusdem tit.* cujus verba sunt: (*Oves pro numero abactorum, aut abigeum, aut furem facium; quidam 10. oves esse gregem putaverunt, porcos etiam 5. vel 4. abactos; equum unum, vel bovem abigeatus crimen facere*) & ibi Bartol. Alber. & DD. text. in *leg. 1. Cod. de abigeis*, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. text. in *Authentic. de Nuptiis, §. Mitiores, cap. Cæteri*, ibi: *Aut unum eorum qui appellantur abigei, quibus est cura alienis insidiari animalibus, aut jumentis, aut transponere alibi*, & ibi Gloss. & communiter DD. Quod extendit, ut procedat nedum quando furatur ex pascuis, vel armentis, verùm etiam ex domo, vel stabulo; text. est in *dict. leg. 1. vers. 1. ff. de abigeis*, cujus verba sunt: *Eum quoque prius coerendum, qui à stabulo abigit domitum pecus, non à sylva, vel grege.* Adde tamen, quòd hoc casu non semper imponitur pœna mortis; sed ita demum quando frequentius in illo loco committitur illud crimen, aliàs autem tantum punitur pœna arbitraria, text. est in *dict. leg. 1. vers. 1. ff. de Abigeis*, cujus verba sunt: (*Abigei cum durissimè puniuntur, ad gladium damnari solent; puniuntur autem durissimè non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficii; alioquin & in opus nonnunquam temporalium dantur.*)

Item adde, quòd quando semel quis furatur, requiritur ille numerus animalium: secus verò si frequentius, vel sæpiùs; quia tunc non requiritur prædictus numerus, sed sufficit unum tantum animal furari: text. est in *dict. leg. fin. vers. Qui sæpius*, cujus verba sunt: *Qui sæpius abegerunt, licet semel unum vel alterum pecus surripuerint tamen abigei sunt* & in expressò ita disponit, *lex 19. tit. 14. 7. part.* In uno tamen videtur discrepare ista *lex part.* à jure communi, scilicet in quantum requirit quinque capita in animalibus majoribus, putà, in equis, bobus, vel mulis.

14 Item etiam circa prædicta quæro: Si quis com-

com-

commisit in hac civitate vel loco aliquod furtum, & reperiatur sine auriculis, an illa sit sufficiens præsumptio, quòd jam hic vel alibi commisit alia duo furta, ut sic possit condemnari ad mortem tanquam famosus latro? Et videtur quòd sic: Primò, quia in isto regno pœna abscissionis auricularum punitur pro secundo furto, ut supra conclusum est: ergo pro isto tertio furto possit furca suspendi. Confirmatur etiam quia præsumptio legalis est sufficiens ad hoc, ut per eam quis condemnatur ad mortem; ut in leg. *Si hi qui adulterii*, Cod. de Adulter. & notatur in leg. *Absentem*, ff. de Pœnis, & dicam latius infrà *ista repetitione*. Secundò & principaliter pro hac sententia & conclusione considero novam & singularem leg. *part. in lib. 6. tit. 18. 2. part.* ubi dicit, quòd si miles furatur aliquam rem in castris puniatur pœna abscissionis auricularum, & manus dextræ; & si iterum postea reperiatur furtum committere, quòd illud furtum, & abscissio auricularum sit sufficiens præsumptio, ut possit ad mortem condemnari, cujus verba sunt: *O porque si aquel furtasse otra vegada que el furto, è la señal le fuessen testimonios para darle muerte*. Sed, his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quòd talis præsumptio non sit sufficiens, ut fur vel latro possit condemnari ad mortem; sed necessariò requiritur, quòd verificentur prima duo furta: quia abscissio auricularum potuit provenire ex aliqua alia causa, vel factò inculpabili; unde non videtur præsumptio sufficiens, nec concludens: Item etiam, quia in criminalibus, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel corporalis, non sufficit probatio præsumptiva, sed requiritur vera & liquida probatio, ut in leg. *fin. Cod. de Probat.* & in leg. *Singuli universique judices*, Cod. de Accusat. cum similib. & tradi plenè & magistraliter Innocen. Abbas, & communiter DD. in cap. *Afferre*, & in cap. *Quia verisimile*, de præsumpt. Item etiam, quia in criminalibus non sufficit adhuc probatio delicti, etiam si constet delictum esse commissum, ut in leg. 1. §. *Item illum*, ff. *Ad Syllan.* & latius dicam infrà *de ista materia*: ergo necessariò requiritur, quòd iudex hujus civitatis, vel loci, ubi istud tertium furtum commissum est, mittat litteras requisitorias ad alia loca, ubi priora delicta sunt commissa, ad ea verificanda; nec sufficit prædicta præsumptio abscissionis auricularum. Fateor tamen, quòd eo ipso quòd reperitur sine auriculis, erit sufficiens indicium, ut interrogetur de aliis furtis, & in quibus locis illa commisit, ut iudex reddatur certus, & possit mittere prædictas litteras requisitorias ad ea verificanda; & hoc casu, si negaret, & nolit declarare, posset justè torqueri, ut dicat & declaret; & ita

Tom. III,

debet practicari à peritis iudicibus. Nec obstat prædicta *lex partitæ*, quia debet intelligi in terminis & casibus, quibus loquitur, scilicet quando furtum est commissum in castris: item etiam quia ibi concurrat aliud signum & indicium grave, scilicet, abscissio manus.

15 Item quæro, an inventus in domo alterius causa furandi, vel ille qui in quolibet alio loco præparabat & intendebat furari, licèt nihil ceperit nec furatus sit, possit puniri pœna furti? Et breviter & resolutivè dico, quòd pœna civili pecuniaria non potest puniri; cum non reperiatur res furata, cujus duplum, vel quadruplum solvatur: textus est in leg. *Vulgari*, §. *Qui furti*, ff. de Furtis, & ibi DD. sed bebè potest puniri aliqua pœna corporali arbitraria: textus est singularis in jure, in leg. *Saccularii*, versic. 1. ff. de Extraordin. crimin. & ibi notant & commendant Bartol. Alber. Ang. & communiter Doct. in dict. leg. *Vulgaris*, §. *Qui furti*, ff. de Furt. Bald. in leg. *Si quis non dicam rapere*, Cod. de Episc. & Cleric. 2. column. 3. oppos. Aretin. in leg. 3. §. *Si rem*, ff. de Acquir. poss. in fin. Et istum casum habuit de factò in quodam paupere, qui in platea publica hujus civitatis visus & repertus fuit mittere manus intra pallium alterius, quærens bursum, vel marsupium; & comprehensus fuit, & pœna arbitraria punitus; quo casu, & pluribus similibus ille text. & ejus conclusio potest verificari, & practicari, vid. suprà in cap. de Homicidio, num. 5.

16 Item quæro, an receptans furem teneatur eadem pœna, qua ipse principalis? Et breviter & resolutivè dico, quòd sic textus est formalis & expressus in leg. *Eos*, Cod. de Furt. cujus verba sunt: *Eos qui à servo furtim ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis conveniri, sed etiam pœnali actione posse*, & hoc notant & commendant ibi Glos. ordinaria, Odofr. Bart. Cyn. Jac. Alberic. Salyc. Bald. Paulus, Jacob. de San. Georg. & communiter alii DD. text. in leg. *Si quis servum*, Cod. ad legem Flavianam, ff. de Pla. textus in leg. *penult. Cod. ad leg. Jul. de Vi*, text. in leg. 3. §. *Non tantum*, ff. de Incend. ruin. naufrag. text. in leg. *unica in fine*, Codic. de Crimine peculat. Adde tamen, quòd ista sententia & conclusio videtur dubia; quia textus capitalis in dict. leg. *Eos*, tantum loquitur in servo, filio, vel famulo, qui erant personæ subjæctæ, domesticæ, & familiares; quia facilius & frequentiùs furta committunt, quando interveniunt occultatores, & receptatores, & fortè aliàs non committerent: unde videtur, quòd non procedat nec habeat locum quando fur vel latro esset liber, & extraneus; & in expressò ita tenet & declarat Hippol. de Marsil. in leg. *Si*

Z

in

in rixa, ff. *ad leg. Cornel. de Siccis*. 9. *column. num.* 51. idem Hippol. *in consil.* 53. *numer.* 21. Sed certè superior sententia & conclusio est verior, & tenenda indistinctè, modò fur vel latro servus, vel familiaris, modò estraneus; quia in utroque militat eadem ratio. Nec obstat si dicatur, quòd receptans delinquentem post delictum jam commissum & consummatum, non tenetur eadem pœna qua principalis, sed minori arbitraria, ut suprâ suo loco dixi: Quia illud debet intelligi, quando quis receptavit, & opem vel auxilium præstitit post delictum jam perfectum & consummatum: sed in nostro casu delictum est in fieri, quia fur & latro semper furatur, & est in delicto actuali, donec rem contrectet, ut *in leg. Inficiendo*, §. *Infans*, ff. *de Fur.* unde, receptans videtur ei auxilium & favorem præstare in ipsomet delicto, & non postea; & sic meritò eadem pœna debet teneri: Et in terminis ita tenet & declarat Bartol. *in leg. Furtum*, ff. *de Furt.* & ibi Angel. de Perus. & communiter alii DD. Alber. *in dist. leg. Eos*, *Cod. de Furtis*, Angel. *de Malef. in part. & vestem cœlestem abstulit*. 2. *column. vers. Quid si rem furatam*, & ibi ejus additionator, pro quibus ego allego & considero expressam & notabilem *leg. part. leg. 18. tit. 14. 7. part.* cujus verba sunt: *El, y quantos dieren ayuda è consejo à tales ladrones para facer el furto, ò los encubriessen en sus casas, ò en otros lugares, que deben haver aquella misma pena.* Advertendum tamen quòd ista sententia & conclusio debet intelligi, quando quis receptat furem vel latronem simul cum rebus substractis, vel receptat & occultat ipsas res tantùm; & in his terminis loquuntur jura superiora, & militat ratio superiùs assignata: Secus tamen est, si tantùm receptavit ipsum furem vel latronem, vel opem & auxilium ei dederit ad fugiendum; quia tunc tantùm haberet locum pœna simplicis receptatoris, de qua suprâ suo proprio loco dixi: ita probat textus formalis & expressus *in leg. 1. Cod. de His qui latrones*, &c. & ibi communis opinio, & declaratio Doct. & certè est singularis & necessaria declaratio in hoc articulo & materia, circa quam vide etiam *Pragmat. fol. 92.* quæ disponit, quòd si quis emerit, vel alio quovis modo recipiat res à servo, teneatur restituere domino, & teneatur pœna furti.

* Item adde, quod ille qui emerit rem furtivam scienter tenetur pœna furti *Glos. in leg. Si quis uxori*, §. *Sed & si rem furtivam in verb. Imprudens*, ff. *de Furtis*, & potest præsumi quòd habet scientiam ex qualitate personæ, & ex qualitate pretii; Bartol. *in leg. Mihi nullam*, *Codic. de Furtis*, & etiam præsumitur, quando emitur à servo, ut *in Pragm. c. alleg.* *

Item adde, quòd prædicta debent intelligi quando furtum est commissum contra verum dominum, vel hæredem, qui jam adivit hæreditatem, & apprehendit possessionem, secus vero, si est commissum hæreditate jacente; quia tunc habet locum crimen *expilatæ hæreditatis*; & ejus pœna extraordinaria, & restitutio rei cum fructibus, text. est *in leg. 1. & per tot. ff. de Crim. expilat. hæredit.* text. *in leg. & per tot. Cod. eod. tit. text. in leg. Hæreditate, cum 3. seq. ff. de Furt.* text. *in leg. Si homo*, ff. *de Usucap.* text. *in leg. 1. §. Scavola*, ff. *Si quis test. juss. esse, in fin. text. in leg. Adversus*, *Cod. Fam. erisc.* textus *in leg. 1. ff. de Effraçto*, textus *in leg. de His*, *Cod. de Furt.* & idem disponit *lex 2. tit. 14. 7. part.* Et adde, quòd istud crimen largo modo dicitur *Furtum*, ut probant prædicta jura: Ex quo infertur, quòd pœna corporalis imposita determinata à jure pro furto, haberet etiam locum in hoc crimine *expilatæ hæreditatis*; & per consequens, sicut publicus vel famosus latro potest furca suspendi, ita expilator hæreditatis: ita singulariter Baldus *in leg. de His*, *Cod. de Furtis*, ubi valdè commendat. Dubium tamen est circa prædicta, an in foro conscientiæ latro, vel alius cui per legem imponitur pœna pecuniaria, teneatur illam solvere in conscientia ultrà restitutionem rei? Et certè dicendum est quòd non, nisi jam sit condemnatus per sententiam: ita Bald. *in leg. Aliquod pauperib.* *Cod. de Episc. & Cleric. column. 4. quæst. 9.* Anchar. *in regul. posses. de Regul. jur. in 6. 25. column. Sanct. Thom. in 2. 2. quæst. 62. art. 3.* Felin. *in cap. 1. de Constit. 12. col. num. 4.* Item etiam, nisi pœna esset apposta ipso jure, ita singulariter Abb. *in cap. 1. de Constitut. 8. colum. ibi Fel. 12. column.* & videtur vera & tenenda per fundamenta eorum; licèt contrarium teneat Summ. Angel. *in 3. part. Pœnæ, art. 3.* & Summa Sylvest. 25. *quæst.*

A D D I T I O N E S.

S U M M A R I U M.

- 1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*
- 2 *De definitione furti, de eo qui bona fide rem alienam accipit credens dominium permitturum.*
- 3 *De retinente rem inventam, vel cujus dominus ignoratur.*
An possit peti pretium inventionis?

An

- 4 An filius familias, servus famulus, uxor teneantur de furto?
- 5 De pœna primi furti.
In hoc casu una actio aliam non tollit, cum una contineat rei persecutionem, alia publicam vindictam, & an transeat contra hæredem?
- 6 De pœna pro secundo furto.
- 7 De pœna tertii furti.
- 8 Pro uno furto magno an possit imponi pœna mortis.
- 9 De eo qui duo furta commissit in aliis locis, & tertium in territorio iudicis, an possit condemnari pro trino furto?
De furto parvæ quantitatis.
- 10 An requiratur quòd pro primis duobus furtis sit condemnatus reus ad hoc, ut pro tertio locum habeat pœna mortis?
Quid si pro duobus primis furtis fuit absolutus per gratiam Principis?
An posteriora furta aggravent primum?
Reliqua de triplici furto, seu alio delicto reiterato, remissivè.
- 11 Furans in itinere publico an puniatur pœna mortis pro primo furto, & quis dicatur publicus latro?
- 12 De furto rei sacræ, & de sacrilegio.
- 13 De furto cum effractura, seu violentia.
- 14 De furto pecorum, seu abigeatu.
- 15 De eo qui reperitur sine auriculis, an ex hoc possit condemnari pro tertio furto?
- 16 Qui inventus fuit in domo alterius causa furandi, an teneatur furti, & quid de latronibus in viis publicis repertis, & an liceat furem occidere?
- 17 De receptatore furis, & an possint res furatæ perquiri in aliena domo? & de condemnatione ad restitutionem, & de non revelante furtum.
De crimine expilatæ hereditatis.
De emente rem furtivam; & de re furtiva reperta penes aliquem.
- 18 De æstimatione quanti plurimi solvenda per furem, & deductione expensarum, ad interpretationem text. in leg. 1. Cod. de Infantibus expositis.
- 19 De foro competenti in delicto furti.
- 20 De eo qui redemit rem furatam, an sit illi pretium restituendum?
- 21 Quid faciendum, si reus fateatur se abscondisse rem in uno, vel alio loco, & non inveniat?

& seq. Bossius in *Pract. tit. de Furtis*, Tuschus *litter. F. conclus. 552.* & pluribus seq. Cantera in *Quæstionib. criminalib. rubr. de Furto*, Gregorius in *leg. 1.* & per totum *tit. 14. part. 7.* Decianus *lib. 6. cap. 3.* Chassaneus in *Consuetudinib. Burgund. rubr. 1. §. 1.* Menoch. de *Arbitrar. casu 295.* Donellus *Commentariorum, lib. 15. ex cap. 28.* & ad eum Osualdus, Covarrub. in *regula, peccatum, 2. part. §. 1. ex num. 1.* Bernardus Diaz in *Praxi, cap. 90.* & ibi Salcedo Quésada in *suis Quæstion. cap. 19.* Mascardus *conclus. 829.* & seqq. Acevedus in *leg. 7. & seq. tit. 11. lib. 8. Recopilationis*, Suarez *allegatione 26.* ubi an universitas possit accusare pro furto vicinorum? & omnium latissimè Farinacius in *Praxi, quæst. 165.* & seq. usque ad 177. ubi omnia quæ desiderari possunt comprehendit Dom. Larrea *Allegatione fiscali 65. ex num. 33.* & 57. ubi de sciente, & non revelante hoc crimen, de quo Barbosa in *Collectanea, cap. 4. de Furt. Prad. de Pœn. cap. 18.* Molin. de *Justitia, tom. 3. disp. 680.* & seqq. usque ad 696. Filliuc. in *Summ. tom. 2. tract. 31. cap. 10. per tot.* Scaccia de *Commerciis, §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 19. num. 64.* ubi in quo differat à rapina, Reginald. in *Praxi, lib. 23. cap. 1.* Sylvest. verb. *Furtum.* Less. de *Justit. lib. 2. cap. 12. per tot.* Bon. de *Restit. disp. 2. quæst. 8. 9. & 10.* Ægid. Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. per totum.* Pichard. in *Manuduct. 3. part. §. 4. numer. 60.* & in §. 1. & seqq. *Instit. de oblig. quæ ex delict. nascuntur.*

2 Ad numerum 1. ibi: *Ex quo infertur quod si quis, &c.*

Definitionem furti hic adductam à nostro Gomez. comprobant, & latè explicant ferè omnes relati *num. præced.* & à Pichard. in §. *Furtum. Instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur, num. 1.* nec non alii relati à Farinac. *quest. 165. num. 6.* & *quæst. 174. ex num. 48.* ubi de contractatione, licèt alii breviorum, alii longiorum eam faciant, apud eos vide, & apud Molin. de *Justitia, tom. 3. disp. 681.* & *conclus. 16.* post opera Roderic. Suarez, & Amayam, *lib. 2. observ. cap. 9.*

Ibi: *Ex quo infertur, &c.*

Quòd si quis accipiat rem alterius, credens dominum permissurum, ex aliqua justa causa, non teneatur furti, ut hic resolvitur, docent Bossius *tit. de Furto, num. 12.* & *tit. de Confessis, num. 23.* Petrus Gregorius in *Sintagmate, lib. 37. cap. 1. num. 6.* Tuschus *lit. F. concl. 557. num. 4.* Menochius de *Arbitrariis, quæst. 90.* & *casu 244.* ubi de eo qui palam accipit rem; & *casu 298. ex num. 2.* Pichard. in §. *Furtum, Instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur, ex numer. 28.* Lessius de *Justit. lib. 2. cap. 12. dubit. 1.*

1 Explicant præsentem materiam latissimè præter ordinarios, Clarus in §. *Furtum*, Petrus Gregorius in *Syntagmate, lib. 37. cap. 1. Tom. III.*

num. 4. Bonacina de *Restit. disp. 2. quest. 8. punct. 1. num. 1.* Ægidius Trullench. in *Decalogum, lib. 7. cap. 5. dub. 1. num. 1.* ubi cum Sayro in *Clavi, lib. 9. cap. 13.* & Lessio *suprà*, resolvit non esse furem, qui occultè aliquid accipit in extrema necessitate, nec quando compensandi causa, non potest aliter recuperare, & latè & optimè Farinac. *quest. 174. ex num. 141. ubi numer. 142. & seq.* disputat an causa credulitatis debeat esse justa, vel sufficiat quælibet etiam fatua, & injusta? in quo tres contrarias opiniones adducit, vide apud eum, & Scacciam de *Judiciis, lib. 2. cap. 11. num. 355. & seq.* & Cance- rium *Variar. 2. part. cap. 10. num. 35.* ubi de sub- trahente rem; existimante esse suam, an contra eum sit procedendum criminaliter.

3 Ad numerum 2. ibi: *Ex quo deducitur, & infertur, &c.*

Accipiens rem deperditam, vel cujus domi- nus ignoratur; si non demonstret, vel faciat præ- conizare, quod teneatur furti, ut hic resolvitur, docent Petr. Gregor. in *Sintagm. lib. 37. cap. 1. num. 10.* Menochius, *lib. 5. præ. 30. num. 13.* Covarrub. in *Reg. peccatum, 3. part. §. 1. num. 1. & seqq.* Navarr. in *Summ. cap. 17. num. 170.* Molin. de *Justitia, tom. 3. disp. 681. num. 4.* Aceved. in *leg. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 44.* Lessius de *Justit. lib. 2. cap. 14. dub. 7.* ubi com- munem & veram opinionem esse ait: quod si facta diligenti inquisitione, dominus non com- pareat, pauperibus, vel aliis piis operibus, fa- cienda est restitutio, Ægidius Trullench. in *De- calogum, lib. 7. cap. 14. dub. 4. & 5. ubi num. 3.* probabilissimam, & in foro conscientie tutissi- mam, ait sententiam, posse inventorem, sive di- vitem, sive pauperem, facta debita diligentia, domino non apparente, rem inventam sibi reti- nere, antequam per Judicis sententiam applicetur fisco, seu alii; vide eum, & Farinac. ante omnes *quest. 174. num. 155. & quest. 168. ex num. 61.* ubi latissimè ampliat, & limitat reso- lutionem nostri Gomez, *ubi num. 64.* docet ex multis, quòd si quis rem inventam accipit ani- mo restituendi domino, quandocumque appa- ruit, & ita protestatus fuit, non tenetur furti, prout etiam non tenetur qui invenit, & retinet rem quæ nunquam fuit alicujus, vel pro dere- licta habita fuit à domino, & *num. 70.* varias opiniones refert circa illam quæstionem, an in- ventor possit recipere pretium pro inventione, vel illud petere? de quo Ægidius Trullench. *su- præ dub. 5.* ait non posse peti, nisi voluntariè detur, vel fuerit promissum, vel sit in consue- tudine, Gutierr. *lib. 2. Canon. cap. 9. num. 25.* Barbos. in *Collect. cap. 4. de Furtis, num. 8.* vide etiam latè Acev. in *leg. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. ex num. 55.* & Gutierr. *lib. 2. Canon. dict. cap. 9.*

ex num. 16. & Pichard. optimè in *Relict. ad tit. ff. de Acquir. hæred. cap. 5. num. 24.* ubi in hoc laudat resolutionem Molinæ, de *Justitia, tom. 2. disp. 750.* & Gutierr. *supr.* contra Aceved. eum videas, & reliquos circa præconia, & reliqua quæ debent facere inventores: vide etiam Scac- ciam de *Commerciis, §. 1. quest. 7. part. 2. am- pliat. 8. num. 200. & ampliat. 19. numer. 82. & 130. & seqq.*

4 Ad num. 3. ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Filium, servum, uxorem, consanguineum, seu familiarem non teneri de furto rei parvi va- loris, licèt dominus possit eam recuperare; se- cùs verò de furto rei magni valoris, resolvit Gomezius, & comprobant latè Clarus §. *Furtum, numer. 23.* Tusch. *Præct. litter. F. concl. 555. num. 30.* Menochius de *Arbitrar. casu 580.* Petr. Caball. *Resolut. crimin. casu 204. ex num. 24.* ubi optimè declarat mitiùs puniri furta levia do- mesticorum, in famulis, ancillis, & aliis servien- tibus, præterquam in conjunctis sanguine domi- no domùs, qui in levi furto non puniuntur? Gu- tierrez de *Juram. 1. part. cap. 16. num. 33. & consil. 24. num. 24.* Mendez de Castro in *leg. Cum oportet, 2. part. num. 139.* (& vide *conclus. 16. post opera Roderici Suarez*) Donell. *lib. 15. Com- mentar. cap. 29.* Gregorius in *leg. 4. & 8. tit. 14. part. 7.* latissimè explicans Farinacius *quest. 174. ex num. 95. usque ad 117.* ubi latè etiam agit de furto facto ab uxore, & *num. 98.* decla- rat, qui dicantur domestici, & *num. 101.* quid è contra si pater faciat furtum filio? & *num. 110.* quòd in furtis domesticis, nec etiam ex officio Judex possit criminaliter procedere, quòd juxta superiùs dicta declarandum est, vide eum ibi: & *quest. 48. num. 70.* ubi de famulo fugiente eum re furtiva, & Pichardum in §. *Furtivæ, Ins- tit. de usucapionibus, & in §. His qui, Instit. de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, per to- tum,* ubi de furto facto per filium, servum, vel uxorem, & quòd res furata per filium, vel ser- vum, fit furtiva quoad usucapionem, furti ta- men actione eos non teneri, Suarez *titulo de las ganancias, num. 17.* ubi quid in uxore putativa? & *concl. 16. post ejus opera, & conclus. seq.* ubi alia Molina de *Justitia, tom. 3. disput. 686 per totam,* ubi optimè explicat: & latè etiam Ægi- dius Trullench. in *Decalogum, lib. 7. cap. 5. dubio 7.* ubi de furto filii, & *dubio 8.* ubi de furto uxoris, & *dubio 9.* ubi de furto monachi, qui etiam omnes docent adjuvantes, & coope- rantes in hoc casu, furti teneri; vide etiam Dianam *tom. 5. tract. 13. resol. 69.* ubi an vir- tute monitorii sub excommunicatione sit reve- landum furtum domesticum?

5 Ad num. 4. ibi: *In quo articulo magistra- liter, & resolutivè dico, &c.*

Et

Et ibi: *Sed certè communiter in majori parte Regni, &c.*

Pro primo furto, si est manifestum, ultra restitutionem rei imponitur pœna pecuniaria quadrupli; si verò non est manifestum, dupli, & similiter imponitur pœna arbitraria: secundùm consuetudinem autem hujus Regni, non imponitur pœna pecuniaria applicanda parti, nec fisco, sed solum corporalis, vel alia Judicis arbitrio, ita resolvit Gomez *toto hoc numero*, & comprobant Petrus Gregorius in *Sintagmate*, lib. 37. cap. 1. num. 23. Cantera *Quæstion. crimin. cap. 8. rubr. de Furto*, num. 10. Avilès in *cap. 1. Prætorum*, verb. *Setenas*: Avendañus *cap. 16. Prætorum*, 2. part. num. 14. ubi de pœna minoranda: Tuschus, verbo *Furtum*, *conclus. 564. num. 5.* Menoch. *de Arbitrariis, casu 295. & seq.* Donel. *lib. 15. Commentarior. cap. 29.* Gregor. in *leg. 18. tit. 14. part. 7.* Scaccia *de Commerciis*, §. 1. *quæst. 7. part. 2. ampliât. 8. num. 117. & ampliât. 19. numer. 82.* ubi etiam quod teneatur ad restitutionem rei, quamvis sine sua culpa perierit Baeza *de Inope debitore*, *cap. 1. num. 69. & 76.* ubi quòd fur tradebatur domino rei furatæ, Avilès in *cap. 29. Prætorum*, verb. *Juegos*, ubi quòd aleator non agit de furto, Pichardus in §. *Pœna manifesti, instit. de obligationibus quæ ex delicto nascuntur, per totum*, ubi latè & benè explicat, Farinacius etiam latissimè, *quæst. 166. & 167. ex num. 1.* ubi de pœnis jure diviño, & apud varias Nationes stabilitis; nec non de jure Canonico, & Civili: & num. 18. cum Claro in §. *Furtum*, num. 16. Cantera *suprà*, & aliis, resolvit pœnam dupli & quadrupli recessisse ab usu de generali consuetudine, quia fur tenetur solùm ad restitutionem rei, & pœnam corporalem arbitrariam: quòd etiam explicat latissimè Molina, *de Justitia, tomo 3. disp. 695. per totam*, Aceved. in *leg. 7. & 9. lib. 8. Recopil. tit. 11. ex num. 89.* Pradilla *de leg. Pœna. 1. part. cap. 28.* Salzedo ad Bernardum Diaz, in *Pract. cap. 90.* & alii plures pœnes ipsos: Et de eo qui statim restituit rem furatam, Farinac. *quæst. 124. num. 174.* Et quòd pro minimis non datur actio furti Baeza, *de Debitore*, *cap. 12. num. 10.* Et de furto factò scholari vide *leg. 2. tit. 1. part. 2.* Et an contra hæredem transeat actio furti? Farinacius, *quæst. 10. num. 72.*

Ibi: *Non obstat secunda ratio, &c.*

Quando civilis actio, & criminalis utraque conceditur ad vindictam, una aliam tollit, quando verò judicium civile est de re familiari, criminale verò de vindicta, & publica ultione, tunc una actio aliam non tollit; Lancellot. *de Attentionis*, 2. part. *cap. 4. limit. 23. num. 4.* Cujac. *lib. 20. observ. 25. & 26.* Paz, in *Praxi*, tom. 1.

part. 4. cap. 3. ex num. 26. & alibi dictum manet: Et sic in præsentì una actio aliam non tollit, quòd intellige secundùm suprà dicta, vide etiam *suprà cap. 1. numer. 12. & Farinacium quæst. 1. num. 64. & seqq.* ubi quòd fur non relaxatur donec rem restituat, Barbosam in *l. Si ab hostibus*, §. *fin. ff. Solut. matrimon. ex num. 48.* Molinam *de Justit. disp. 695. num. 4.*

6 Ad numerum 5. ibi: *Pro secundo furto pœna augetur, &c.*

Quòd pro secundo furto pœna augeatur aggravando pœnam corporalem Judicis arbitrio, & quòd hodie debeat imponi pœna flagellorum & abscissionis auricularum, ut hic resolvitur, docent Farinacius *quæst. 167. num. 44. & consil. 41. num. 4.* Avendañus 2. part. *cap. 16. Prætor. num. 14.* ubi de pœna furti minoranda, Gregor. Lopez *leg. 18. tit. 14. part. 7.* Molin. *de Justit. disp. 695. tom. 3. num. 12. ubi num. 13.* carpit Gregorium *suprà*; quatenus dicit pœnam abscissionis auriculam esse pœnam abscissionis membri, cùm cartilago aurium non sit membrum, nec eam abscondentes fiant irregulares: Pradilla *dict. leg. Pœnali, cap. 28. num. 3.* Hodie verò pro secundo furto pœnam flagellorum, & servitii ad triremes imponi asserit Acevedus in *dict. leg. 7. tit. 11. lib. 8. num. 99.* eum vide, & Pradillam *suprà*, & Molinam *num. 16. & Farinacium quæst. 20. num. 42. & quæst. 22. num. 12.*

Advertit tamen Morla in *Empor. tit. 2. in præmissis num. 50.* quòd ubi pœna abscissionis auricularum debet imponi in locis, ubi hæc pœna viget ita debet executioni mandari, licèt facies hominis illa signetur nota, contra text. in *leg. Si quis in metallum 18. Cod. de Pœnis, l. 6. tit. 31. partit. 7.*

7 Ad num. 6. ibi: *Pro tertio verò furto, &c.*

Pro tertio furto pœnam mortis esse imponendam ex generali consuetudine, ut resolvit Gomez. docent Sotus *de Justit. lib. 5. quæst. 3. ad finem*, Covarrub. *lib. 2. Variar. cap. 9. num. 7.* Clarus §. *Furti*, num. 9. & ibi Bajardus num. 27. Caball. *Resolut. crimin. casu 99. num. 48.* Cantera in *rub. de Furtis cap. 8. num. 10.* Molina *de Justitia, tom. 3. disp. 695. num. 12.* Acevedus in *leg. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 105.* latissimè Farinacius *quæst. 167. ex num. 48.* ubi ampliât, limitat, & declarat, Pradilla *de leg. Pœnali, 1. part. cap. 28. num. 4.* Quesada *cap. 19. num. 1. versic. Sed tamen controversi solet.* Hanc tamen resolutionem limitant supradicti, maximè Farinacius, præterquam si furta fuerint modicæ quantitatis, & sine qualitate aggravante, tunc enim fustigantur, & in exilium, vel triremes mittuntur, ubi alia: vide iterum Farinacium *quæst. 23. num. 3. & 4. & quæst. 98. ex nu-*

num. 116. ubi quòd Nobiles suspenduntur in hoc crimine.

8 Ad numerum 7. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Pro uno furto quantumcumque magno, non posse imponi pœnam mortis, ut hic resolvitur, docent Cantera in rubr. de Furtis, cap. 8. num. 10. Tuschus littera F. conclus. 564. num. 46. Molina de Justitia, tom. 3. disput. 695. num. 9. eleganter Quesada in suis Quæst. cap. 19. per totum, Acevedus in dist. leg. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. ex num. 103. Vela in tract. de Delictis. cap. 12. vers. *Sed si unum*, & plures referens Cevallos quæst. 471. per totam, Farinacius quæst. 167. num. 47. ubi alios refert, & quæst. 23. ex num. 3. Gratian. reg. 209. num. 11. ubi de fœmina furante, Pichardus in Manuductionib. 3. part. §. 4. num. 61. ubi cum aliis pluribus totum hoc Judicis arbitrio relinquit, qui aliquando pro primo furto (ut ipse ait) ultimum supplicium imponet, aliquando nec pro tertio, æstimata persona furantis, & ejus cui res fuit ablata: item ipsa re furata, loco, & tempore furti commissi, quod mihi juri consonum videtur, prout etiam colligitur ex Cevallos supra, vide etiam Gregor. in leg. 1. tit. 17. part. 2. glos. 2. & Fachin. lib. 9. cap. 91. & 92. & Avilès in cap. 1. Prætor. verb. *Derechamente*, num. 13. 15. & seqq. & Acevedum supra.

9 Ad numerum 8. ibi: *Sed contrarium est tenendum, &c.*

Furem, qui duo furta in aliis locis commiserat, si modo tertium faciat in territorio Judicis, posse tanquam pro tribus puniri, ut hic resolvitur docent Covarrub. Variar. lib. 2. cap. 9. n. 7. Clarus in §. Furtum, num. 11. Menoch. de Arbitrar. casu 295. num. 18. Baiardum ad Clarum supra, num. 54. & seqq. Tusch. lit. S. concl. 560. num. 19. 24. & seq. Cantera rubr. de Furtis, capit. 8. num. 10. Acevedus in leg. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 106. & seqq. ubi etiam ampliat, quamvis pro duobus primis fuerit jam punitus, & etiam si pro illis fuerit absolutus per gratiam Principis: vide eum & Farinacium quæst. 167. ex num. 50. ubi ampliat & limitat.

De furtis autem parvæ quantitatis vel minimis factis, vide Menoch. casu 72. num. 12. Pichard. in §. Gallinarum, Institut. de rerum division. Farinac. quæst. 167. ex num. 76. & quæst. 174. ex num. 70. Molin. de Justit. tom. 3. disput. 685. 688. 689. Lessium item de Justit. lib. 2. cap. 12. dub. 7. 8. & 9. Ægidium Trullench. in Decalogum, lib. 7. cap. 5. dub. 2. num. 6. & 8. & dub. 4. per totum. Baezam. de Inope debitore. capit. 12. num. 16. & optimè Dianam Resol. moral. tom. 5. tract. 4. resol. 18.

10 Ad num. 9. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quòd etiam si fur non fuerit punitus pro primo & secundo furto adhuc pœna mortis puniri possit juxtà suprà dicta, ut hic resolvitur, docent, & comprobant Baiard. ad Clarum, §. Furtum, num. 59. & eum referens Farinacius quæst. 23. ex num. 9. & quæst. 167. ex num. 68. Fachinæus, lib. 1. Controvers. cap. 1. versicul. *Ceterum illud*: iterum Farinacius consil. 30. numer. 72. & hoc necessario præsupponit Aceved. in leg. 7. tit. 11. lib. 8. Recopil. num. 106. ubi loquens de pœna imponenda ei qui tria furta commisit ampliat hoc procedere, etiam si pro duobus jam fuerit punitus, vel per gratiam Principis fuerit absolutus, cùm illa duo furta eo casu computentur ad aggravandum, licèt non ad puniendum, quòd etiam latè comprobatur Farinacius, supra, vide etiam Cenedum in Collectan. 2. ad Decretum, num. 1. ubi plures refert.

Ibi: *Ex quibus deducitur, & inferitur, &c.*

Quòd Judex primi furti qui solum super eo procedit, non possit aggravare pœnam ex furtis postea commissis, quia priora aggravant posteriora, non è contrà, ut hic docetur, comprobatur Farinac. supra dicta quæst. 23. num. 10. & quæst. 167. num. 60.

Reliqua omnia de triplici furto vel alio quolibet delicto reiterato, vide latissimè per Farinac. dist. quæst. 23. per totam, & quæst. 167. ex num. 48.

11 Ad numerum 10. ibi: *Sed hodie in nostro Regno, &c.*

Quamvis de jure communi furtum unum committens in itinere publico vel in mari, pœna mortis non debet puniri, hodie secus ex l. 18. tit. 14. part. 7. ita resolvit Gomez, & comprobant latè de jure communi Boerius decis. 173. num. 3. & 7. Gratianus reg. 19. num. 7. ubi quòd pro furibus insignibus non admittitur Advocatus Ludovicus Peguera decis. crimin. 40. num. 3. & 7. & alii adducti à Farinac. quæst. 167. num. 87. & 88. ubi num. seqq. optimè agit de famoso, & insigni latrone; & in tract. de Immunit. Eccles. numer. 147. ubi quis dicatur publicus latro, & quæst. 39. num. 63. & 107. ubi quòd latro famosus potest suis exceptionibus renuntiare, Barbosa in cap. Cum sit Romana de appell. num. 18. Cantera in rubr. de Furto, cap. 8. num. 11. Aceved. in leg. 7. tit. 11. lib. 8. Recop. num. 109. & optimè Pichardus videndus omninò in Manuduction. part. 3. §. 4. num. 64. ubi addit hoc casu appellationi non esse deferendum, ut etiam docet Salgado de Protectionib. part. 3. cap. 14. num. 28. ex l. 16. tit. 23. part. 3. vide Molin. de Justitia, tom. 3. disp. 695. num. 31. ubi cum Gregor. Lopez ait, pro primo furto dicto modo commissio, non esse imponendam pœnam mortis.

Ad

12 Ad numerum 11. ibi: *Hodie verò indis-
tinctè, &c.*

Furtum rei sacræ de loco sacro pœna mortis esse puniendum, ut *hic* resolvitur, docent, & comprobant Boerius *decis. 254. num. 6.* Clarus in §. *Sacrilegium*, latè maximè *num. 4.* Pradilla de *leg. Penali, part. 1. cap. 32.* Molina de *Justitia, tom. 3. disp. 684. num. 3. & disp. 695. ex num. 35. ubi num. 36.* cum Gregor. Lopez in *lege 18. tit. 4. part. 7. verb. Alguna cosa santa, ò sagrada*, ex circumstantiis debere minui eam pœnam ait juxta dispositionem Juris communis, & declarat laudans nostrum Gomez, quæ dicatur res sacra, & an Crux sit talis? Petrus Caballus *casu 134. num. 6.* Vela de *Pœnis delictor. cap. 30. num. 9.* Riccius in *Praxi fori Ecclesiast. resol. 409.* Diana, *tom. 1. tract. 7. resolut. 27.* latè Farinacius juxta terminos juris communis loquens, *quest. 172. ex num. 1. & per totam*, ubi fusissimè de sacrilegio agit, & quotuplex sit, & quando locum habeat ejus pœna, & quis dicatur locus sacer, & quæ res sacra? & concludit non semper pœnam mortis locum habere: ut videri potest apud eum, *n. 25. de quo etiam Pichard. in Manuduct. part. 3. §. 4. num. 110.* ubi pœna arbitraria, quæ ad mortem naturalem extenditur, puniendum sacrilegium asserit, Barbosa in *cap. 2. de Privileg. num. 3. in Collectaneis.*

De sacrilegii autem materia, videndi sunt *suprà* relati, qui alios plures commemorant: & Zerol. in *Praxi Episcopali*, verb. *Sacrilegium*, Sylvest. & reliqui Summistæ, *ead. verb. Cardin. Tuschus lit. S. concl. 6.* Petrus Gregor. in *Syntagm. lib. 33. cap. 14. num. 8. & cap. 16. & 18.* Barbosa in *Collectan. cap. 2. de Privileg. & cap. 8. lib. 2. tit. 2. num. 4.* ubi quòd sacrilegium est mixti fori, de *Jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 4.* Diana *tom. 1. resol. 27.* Bossius in *Pract. tit. de Sacrileg. & alii ferè infiniti ab eis relati, Covarrubias, lib. 2. Variar. cap. 20. num. 18.* Martha de *Jurisdic. part. 2. cap. 11. ex num. 21.* Guttierr. *lib. 3. quest. 1. num. 13. & 14.* Cevall. *tom. 5. quest. 59.* & plurimos referens D. Joseph. Vela in *cap. 1. de Officio Ordinarii, part. 1. ex num. 49.* omninò videndus.

13 Ad num. 12. ibi: *Tertius casus, &c.*

Quòd furtum cum violentia, vel effractura domus, debeat puniri pœna mortis, ex repetita *leg. 18. tit. 14. part. 7.* resolvit Gomez, & de jure communi quòd alia minori pœna puniri debeat docet ex multis Farinac. *quest. 167. ex numer. 27. ubi num. 28.* refert Menoch. de *Arbitr. cas. 299. num. 5.* & alios dicentes, quòd etiam de jure communi dicta pœna usque ad mortem extendi potest: quòd ipse explicat si hujusmodi furtum factum fuerit coadunatis hominibus armatis & fracto ostio. De jure verò hujus Regni

contra Gregor. Lopez in *dist. leg. 18.* affirmat Molina *dist. disp. 695. num. 31.* quòd in hoc casu furti cum effractura domus sufficit unus actus, ut mortis pœna incurratur, ut docet Gomez, vide etiam Acevedum in *leg. 6. titul. 26. lib. 8. Recopil. & Narvonam in Concord. familiar. glos. 12. num. 49. & glossa 15.*

14 Ad num. 13. ibi: *Quartus est casus quando quis commisit crimen abigeatus, &c.*

Pro crimine abigeatus pœnam mortis imponi quando hoc crimen frequenter in tali loco committitur resolvit Gomez, & docent Petrus Gregor. in *Syntagm. lib. 37. cap. 5. num. 2. & per totum*, Caball. *Resol. crimin. casu 160.* Gregor. in *leg. 19. tit. 14. part. 7.* Bossius in *Pract. tit. de Furtis, num. 40. & tit. de Abigeis*, ubi latè Gratianus *discept. cap. 319.* Molin. de *Justitia, tom. 3. disp. 684. num. 6. & seq.* ubi etiam ait, quòd qui ovem aut equum errantem abegerit, fur est non abigeus, quia ad hoc crimen necesse est, ut furtum sit de grege, seu armento, & *dist. leg. 19.* cum Gregor. *ibid.* explicat: & *disp. 695. num. 19.* ubi de furto bonum, aut animalium ad culturam atrinentium, Pichard. in *Manuduction. part. 3. §. 4. num. 1.* ubi alios plures refert hanc materiam explicantes, Pradilla de *leg. Penali, 1. part. cap. 35. & latè Farinac. quest. 167. num. 105. & seqq. usque ad 123.* ubi etiam de receptoribus in hoc crimine, & eorum pœna (de quo etiam *quest. 168. num. 58.*) & pœnis jure divino, & Canonico impositis, & *quest. 174. num. 36.* ubi de eo qui putavit animalia esse sua.

Dum autem Jurisconsultus in *leg. 1. ff. de Abigeis*, meminit illius verbi, *Vervecem*, eum intellige juxta doctrinam Parladorij *differ. 85. num. 2.*

15 Ad numer. 14. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Abscissionem auricularum non esse sufficientem præsumptionem, ut sic repertus in alio furto possit pœna mortis puniri, ut hic resolvitur, docent Baiardus ad Clarum in §. *Furtum, n. 51.* Farinac. *quest. 176. num. 94.* Molina de *Justitia, tom. 3. disp. 695. num. 15.* in causis enim criminalibus non sufficit probatio præsumptiva, ex latè adductis à Sarmiento, *lib. 1. Selectar. capit. 1. Avendaño, cap. 16. Prætor. 2. part. n. 12.* Menochio *casu 279. & 362. n. 20. & casu 536. in fin.* Mantica de *Conjectur. lib. 1. tit. 2.* Barbosa in *leg. 2. ff. Solutio matrim. part. 1. n. 61. & 76. & seqq. usque ad 93.* Avendañus iterum in *Dictionario*, verb. *Præsumption.* Gratian. in *reg. 374. & 385.* Matienzo in *Dialogo, partit. 3. cap. 30. num. 5.* Morla in *Emporio, tit. 12. quest. 1.* Farinacio, *quest. 40. num. 15. & consil. 58. lib. 1. & cons. 60. & cons. 75. in Additione, & cons. 78.*

in

in *Additione*, & *cons.* 85. vide etiam *conclus.* 97. post opera *Roderici Suarez.* & *Barbos.* in *Collectanea*, c. *Afferre de Præsumptionibus*, iterum *Farinacius quæst.* 176. num. 94.

16 Ad numer. 15. ibi: *Et breviter*, & *resolutivè dico*, &c.

Qui invenitur volens furari, quod pœna arbitraria debeat puniri, ut hic resolvitur, docent *Menochius de Arbitrariis, casu* 360. numer. 62. & *seqq.* *Socynus in regul.* 31. *fallentia* 8. & plurimos referens, & optimè explicans *Farinacius quæst.* 124. num. 64. & 65. & 154. & *quæst.* 174. ex num. 2. usque ad 9. ubi quòd sola cogitatio nullatenus debet puniri nisi post cogitationem deventum est ad aliquem actum exteriorem: & num. 6. agit de latronibus qui in vilis publicis furantur qui quandoque puniuntur etiam furto non secuto: quando scilicet deveniunt ad actum aggrediendo, vel incipiendo spoliare viatorem; tunc enim puniuntur licet non pœna mortis, sed alia mitiori, ut ibi concludit, num. 7. *Molina de Justitia, tom.* 3. *disput.* 695. num. 11. *Pradilla de leg. Pœnali, capit.* 35. *Osuwald. ad Donel. lib.* 17. *cap.* 2. *Notatis lit. O.* ubi an liceat, furem repertum in domo occidere de quo etiam plurimos refert *Cenedus ad Decretales, collectan.* 96. num. 1. & *Diana tom.* 1. *tract.* 15. *resol.* 15. *tom.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 18.

17 Ad num. 16. ibi: *Et breviter*, & *resolutivè dico quòd sic*, &c.

Receptatorem furis eadem pœna esse puniendum, si receptet furem cum re furata, si autem solum furem receptat tantum habebit locum pœna simplicis receptatoris, ita resolvit *Gomez*, & docent *Petrus Gregor. in Syntagm. lib.* 37. *cap.* 5. & alii plures adducti à *Farinac. quæst.* 133. num. 96. ubi ex num. 75. latè explicat hanc quæstionem ampliatis, limitans, & *quæstion.* 168. num. 56. & *seqq.* & *dict.* n. 96. ait receptantem solum furem, vel solam rem, mitiori pœna puniendum, *Molina de Justitia, tom.* 3. *disput.* 695. num. 22. & num. 48. ubi dictam resolutionem explicat hoc modo, quòd si quis furem receptat, dum furatur, & continuat furtum, ita quòd receptio, & occultatio sit quasi adiutorium, ut ille commodius furetur, vel ut perseveret in delicto, pœna furis debet puniri; si verò ita illum recipiat ut receptio nullas vires, nullumque adiutorium illi præberet ad delictum, quia similiter hospitari posset apud quemcumque alium, qui furta illius ignoraret, tunc longè minus puniri debet quàm ipse fur, & ita intelligit noster *Gomez*, & *Greg. in leg.* 18. *tit.* 14. *partit.* 7. eum vide, & *Pradillam de leg. Pœnali, 2. part. cap.* 28. & *Parejam de Instrumentorum editione, tom.* 2. *tit.* 7. *resol.* 1. num. 24. ubi quòd si

ne sufficientibus indiciis non debet *Judex* intrare domum alicujus ad perquirendam rem furtivam, & quòd *Judex* ex officio teneatur condemnare furem ad restitutionem rei, *Federic. resol.* 20. inter opera *Farinacii*, & de non revelante furtum ex mandato Superioris, optimè *Sanchez in Cons. moral. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 23. & *seqq.* *Larrea Allegatione fiscali* 65. ex num. 33. & 57.

Ibi: *Item adde*, &c.

De furto commisso hæreditate jacente, quòd crimen expilatæ hæreditatis appellatur, vide *Menochius de Arbitrariis, casu* 300. *Petrus Gregor. in Syntagm. lib.* 37. *cap.* 1. num. 10. & *capit.* 9. num. 2. & per totum, *Canteram rub. de Furto, cap.* 8. num. 5. *Tuschum, verb. Furtum, concl.* 553. ex num. 1. & *conclus.* 554. num. 14. *Gregorium in leg.* 21. *tit.* 14. *part.* 7. *cum legib. seqq.* latissimè *Farinacius quæst.* 166. numer. 48. & *quæst.* 174. ex num. 118. *cum plurimis seqq.* *Pichardum in Manuductionibus, part.* 3. §. 4. num. 54. & doctissimum *D. Franciscum de Amaya lib.* 2. *Observat. cap.* 7. ubi num. 17. probat rationem, quare hæreditati furtum non fiat, esse quia hæreditas non habet possessionem: eum vide per totum caput, & *Quesadam in suis Quæstionib. cap.* 2. num. 7. iterum *Pichardum in Repetitione ad titul. ff. de Acquirenda hæreditate, cap.* 2. num. 43. & *seqq.*

Item de emente rem furtivam, vide *Molinam de Justitia, tom.* 3. *disput.* 695. num. 25. *Farinac. quæst.* 177. num. 19. & *seqq.* *Barbos. in Collect. cap. in litteris de Restitut. spoliatorum, num.* 9. latissimè, & *Hermosillam in leg.* 19. *tit.* 5. *partit.* 5. per totam, ubi etiam de emente rem alienam, *Gratianus in Regul.* 130. *Menoch. de Arbitrariis, casu* 462. num. 10. ubi de re furtiva reperta penes alium, de quo etiam *Farinacius in dict. quæst.* 177. ex num. 1. & *Cenedus in Collectan.* 2. ad decretum, num. 1.

18 De æstimatione quanti plurimi solvenda per furem, & sumptibus per eum factis in re furtiva deducendis, ad interpretationem text. in *lege* 1. *C. de Infantib. expos.* vide *Sarmient. lib.* 1. *Select. cap.* 10. *Barbos. in Rub. ff. Solut. matrim. part.* 1. n. 22. & in *leg.* 8. §. *fin.* ex num. 58. *Fachinæus lib.* 1. *Controv. cap.* 54. *Garciam de Expens. c.* 2. & *cap.* 5. num. 3. *Britum, de Locato, & conduct. in rubr. part.* 2. §. 3. ex num. 3. & 7. *Gratian. discept. cap.* 243. num. 3. & 4. *Osuwald. ad Donel. lib.* 20. *cap.* 7. *Notatis litter. G. Menoch. de Recup. posses. remed.* 15. num. 115. *Pichard. in §. Et si rem, Institut. de Offic. jud. ex num.* 21. *Carran. de Par. legit. cap.* 4. ex n. 140. *Hermosill. in leg.* 8. *tit.* 1. *part.* 5. *glos.* 2. n. 7. ubi de æstimatione momentanea solvenda per furem, quia fur semper sustinet periculum rei substractæ, ut benè explicat *Larrea decis. Granat.* 14. num.

num. 49. vide etiam Dianam tom. 1. tractat. 17. resolut. 50. ubi de eo qui locavit rem furatam & resolut. 51. & 52. ubi de æstimatione quanti pluri.

19 Item de foro ubi conveniendus est fur, videto Farinacium quest. 7. numer. 7. & seqq. & quest. 145. ex num. 64. & quest. 174. num. 53. & seqq. Fachinæum lib. 9. Controvers. cap. 19. & Carleval. de Judiciis, tom. 1. disp. 2. quest. 7. ex num. 720.

20 Item de eo qui redemit rem furatam, an dominus teneatur satisfacere illi? Vide Farinacium, decis. 120. lib. 1. ubi n. 2. cum Bossio in Pract. tit. de Furto, num. 50. Claro. §. Furtum, vers. Sed hic incidenter, Covarrub. in cap. Peccatum. 2. part. §. 12. num. 5. & aliis resolvit pretium esse restituendum redemptori, dummodo illud sit modicum, ita quod videatur utiliter negotium domini gessisse, & constet ex probabili conjectura quod dominus verisimiliter pro tali pretio eas recuperasset.

21 Item adde quid faciendum, si fur confiteatur furtum, & dicat se pecuniam furatam abscondisse modò in uno, modò in alio loco, & non reperiatur? de quo vide Farinac. q. 2. n. 15.

CAPUT VI.

De Injuria.

SUMMARIUM.

- 1 Injuria potest fieri per scripturam; & ille qui eam facit, pœna mortis punitur.
- 2 Injuria fit alicui verbo tantùm; & ad hoc ut puniatur, an requiratur, quòd ille, qui profert verba injuriosa, verum dicat?
- 3 Facto fit injuria, & qua pœna puniatur?
- 4 Quibus modis injuria aggravatur, & dicitur atrox?

(A) Videto de hac re Did. à Covarr. lib. 2. Resolut. cap. 2. num. 6. vers. 2. pag. 37. Placam, lib. 5. delict. 3. num. 2. Jul. Clarum in Practic. §. ult. quest. 86. vers. Libelli famosi, qui insuper rectè cum multis extraordinariis pœnis, dumtaxat locum hodie ex usu esse asserit, & si revera nihil ab ordinariis statisque pœnis imminui deberet: Quid enim turpius, scœdus, & quovis supplicio dignius, quam hominem absentem atque ignorantem sit calumniis traducere, vel traductum

Tom. III.

5 Per quas personas fiat alicui injuria?

6 An injuria facta famulo vel familiari, videatur facta domino.

7 Quæ sit pœna injuriæ, & an possit civiliter & criminaliter puniri qui alium offendit?

8 Arbitrium judicis, an extendatur ad imponendam pœnam mortis?

9 An possit quis pro injuria agere ad expensas, & interesse?

10 Quæ actio potest competere pro his damnis & interesse?

11 Si offensus & injuriatus remanet claudus, vel perpetuo debilitatus, ita ut non possit exercere officium, qualiter per judicem fiat æstimatio operarum?

12 Si offenso remaneat aliqua cicatrix, an debeat illa æstimari?

13 Si offensus simpliciter remisit injuriam gratis, an videatur remisisse damna, expensas & interesse?

14 Si ex injuria illata sequatur mors, an possit agere injuriarum civiliter contra homicidum?

15 Quibus modis tollitur actio injuriarum?

16 An offensor, qui alteri injuriam fecit, possit petere ab offenso, quòd præstet sibi cautionem de non offendendo?

17 Si offensus non possit invenire fidejussores, quid debeat judex facere?

1 **O**ctavo & principaliter dico, quòd aliud est crimen privatum injuriæ. Pro cujus perfecta declaratione dico, quòd tripliciter potest alicui fieri injuria: Primo modo, per scripturam. Secundo modo, simplici verbo. Tertio modo, facto.

Primo modo fit alicui injuria per scripturam (A) quando quis fecit & dictavit contra alium libellum famosum, in quo injuriosa verba, & infamatoria sibi proposuit: textus est in leg. 1. §. Si quis libellum, aliàs si quis librum. ff. de Injur. text. in l. Constit. eod. tit. text. in l. unic. Cod. de Famosis libell. quo casu imponitur pœna mortis: text. est in dict. l. unic. Cod. de Famosis libell. Et non solum hoc procedit, quando quis fecit vel com-

atque ignominia nota conspueatur non tegere, non celare, sed potius indicare ac pro virili partem facere? Quòd autem noster Gomez putat, scilicet eum etiam, qui tantum libellos famosos legit, etsi eos alteri non enunciaverit, extra ordinem tamen puniendum esse: & falsum & duriusculum arbitror; repugnat enim apertè l. la 1. Cod. de Fam. lib. & scita interpretum omnium doctrinam infligendam pœnam negat ubi à jure expressim non infligitur.

Aa

composuit prædictum libellum; verum etiam si dum esset positus ab alio in aliquo loco, illum legit, & statim non abstulit, nec manibus laceravit, sed ibi dimisit, & aliis manifestavit, quia præsumitur auctor hujus delicti, & libellus ab eo compositus: textus est in *dist. leg. unic.* & ibi communiter DD. & idem expressè disponit *le. 3. tit. 9. part. 7.* Unum tamen est: quod ad hoc ut talis delinquens puniatur pœna mortis, oportet quod in libello infamatorio contineatur delictum, per quod infamatus incurreret pœnam mortis: modo dicat verum, modò falsum: aliàs solum tenetur iudicis arbitrio, ita tenet Glos. ordinaria per text. ibi in *dist. l. unic. Cod. de Famos. l. in glos. 1.* & ibi Petrus Cyn. Salyc. Angel. & communiter DD. & ita etiam expressè disponit prædicta *lex part.* Ex quibus videtur inferendum, quod si probetur contra aliquem vidisse, & legisse prædictum famosum libellum, & non abstulit eum, nec laceravit, sed nulli manifestavit; non tenetur prædicta pœna: sed certè ego eum punirem extra ordinem iudicis arbitrio.

2. Secundo modo *simplici verbo* fit alicui injuria, quando verba injuriosa & contumeliosa quis alteri dixit: text. est in *l. 1. vers. Injuriam. ff. de Injuriis*, text. in *leg. Si non convicii*, & *quasi per tot. Cod. eod. tit. text. in §. Injuria, Instit. eod. tit. text. in l. 1. tit. 9. part. 7.* Quod procedit nedum quando talia verba injuriosa proferuntur alicui præsentem, verum etiam absentem: text. est in *l. Item apud, Labeonem. §. Convitium. ff. de Injur.* cujus verba sunt: *Convitium autem non tantum præsentem, verum absentem quoque fieri posse Labeo scribit*, & idem disponit prædicta *l. 1. tit. 9. part. 7.*

Dubium tamen est, an hoc procedat, modò ille qui profert prædicta verba injuriosa, dicat verum modò non? In quo articulo breviter (B) & resolutivè dico, quod si injuria, vel convitium quod obijcitur, est tale, quod expedit reipublicæ sciri; ut si quis dicat alium homicidam, latronem, vel delinquentem, vel leprosum, vel

simili morbo contagioso affectum; tunc, si dicit verum, non punitur; quia expedit reipublicæ, vel pro delicto puniendo, vel pro salute hominum, ut à tali infirmo præcaveant: ita probat textus notandus in *leg. Cum qui nocentem de injur.* cujus verba sunt: *Eum qui nocentem infamavit non esse bonum, & æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota esse, & oportere, & expedire*, facit etiam textus in *leg. Ita vulneratus*, vers. *Cum nec impunita maleficia esse oporteat. ff. ad leg. Aquil. textus in leg. Licitatione. §. Sed quod illicite de public. & vestig. cum similib.* Si verò dicat falsum, punitur. Si verò est tale, quod non expedit nec convenit reipublicæ sciri; ut si quis vocat alium claudum, gibbosum, ebrium, pauperem, vel quid simile; tunc modò dicat verum, modò falsum, committit injuriam, & tenetur; quia defectus alterius detegere, injuriosum & inhumanum est, ut in *leg. 2. vers. Quid enim tam durum, tamquam inhumanum, &c. Cod. Quando, & quib. 4. pars debet. l. 1. 1.* & in expressò ita tenet & declarat Petr. de Bellapert. in *leg. Si non convitii. 1. col. Cod. de Injur.* & ibi Cyn. *5. col. 8. quæst. princ. Alber. 3. col. in medio*, vers. *Item quæro*, Bartol. in *dist. leg. Eum qui nocentem. ff. de Injur.* & ibi Angel. de Perus. & communiter DD. Faber. in *§. Injur. Institut. de injur. 1. col. num. 3. & 4.* & ibi Ang. de Aret. Platea, & communiter DD. Abb. in *c. fin. 2. col. n. 5. de Injur.* Ex quo infero notabilem declarationem ad *leg. 1. tit. 9. lib. 8. Ordin.* quæ cavetur, quod ille qui dixerit alteri aliquod verbum injuriosum de contentis in illa lege, puniatur pœna, de qua ibi scilicet ut contradicat sibi, & dicat *se mentiri*: ut intelligatur, quando dixit falsum: secus tamen si dicat verum, & expediebat reipublicæ sciri; quia non tenetur pœna illius legis: si verò non expediebat reipublicæ sciri, ut in aliquibus verbis, & exemplis illius legis; tunc indistinctè tenetur, modò dicat verum, modò falsum.

* Et ex hoc potest decidi quæstio quam vidi de

(B) Videre quæ hac de re memoriæ prodiderunt Plac. *Delict. lib. 1. cap. num. 3.* Alex. de Nevo, *cons. 82. num. 5.* Jul. Clar. in *Præflic. §. Injuria*, vers. *item Quæro*, nec silentio prætereundum est, aut oblivioni tradendum, quod eleganter & acutè Horat. *lib. 2. Serm. Satyr. 1. ad fin.* sic inquit:

*Si mala condiderit in quam quis carmina, jus est,
Judiciumque esto, si quis mala: sed bona si quis
Judice, condiderit, laudatur Cæsare: si quis
Opprobriis dignum latraverit, integer ipse?
Solventur risu tabulæ, tu missus abibis.*

Quamobrem, quicumque nostram hanc opellam

legis, illum precor, meum Ibim. A. A. nequam, nefarium, impium, ex legem nebulonem convitiis summis divexatum abominare, execrare, ac diris furiisque omnibus devove, quem hominum opprobrium, virtutis studiosorum infestissimum hostem ab hominum cœtu atque ideò ab hujus auræ vitalis, quam inquinat, conspectu Deus Optimus Maximus quàm certissimè averruncet: *Ut intelligatur, quando dixit falsum.* Vide quæ de hac quæstione scribit Covarrub. *lib. 1. Variar. cap. 11.* Joann. Yañez Palardor. *lib. Singul. rer. quotidian. cap. 17. Qui dicit. legis Regiæ à nostro Gomez. allegatæ multis exornant.*

de facto: Si quis dixit alteri: *Ego non sum hæreticus, nec proditor, nec sodomiticus, vel similis persona*, an teneatur prædicta pœna, quæ imponitur à jure pro illa injuria? Et videtur, quod si ille, cùm ista verba proferuntur, sit persona in qua reperitur illa qualitas vel delictum, & conveniat reipublicæ sciri, non tenetur aliqua pœna: Si verò non conveniat reipublicæ sciri, est nostrum dubium & quæstio; sed teneo, quòd indistinctè nullo casu possit puniri, quia non sequitur, quòd aliud vocavit delinquentem, sed tantùm quòd ipse qui talia verba protulit, non erat delinquens in casibus & delictis per eum prolatis: Et confirmatur; quia in odiosis, quando aliquis bonus & justus sensus potest percipi, colligi, & considerari, non debet sumi argumentum à contrario sensu, quando ex eo resultaret sensus odiosus, reprobatus, & punibilis. Et ex hoc dixi & consului in quæstione de facto, quòd cùm quis dixit alteri, *ego non habeo Sant Benito, in tali Ecclesia*; non deliquit. Confirmatur etiam, quia non potest negari, quòd si ista verba sunt injuriosa, tantùm est præsumptivè; sed ex præsumptione nemo damnatur pœna corporali: ergo, &c. Et secundùm hoc videtur quòd possit extra ordinem puniri, sed ego teneo, quòd nullo modo teneatur, nec puniatur. *

Item adde, quòd etiam ille, qui alium maledixerit sine causa, dicitur committere injuriam: ita Bonif. in tract. *Malef. in rubr. de pœna blasphemantium*, 1. column. in med. & notabiliter Luc. de Pen. in leg. *Omnes, Cod. de Delator*, 3. column. lib. 10. (C)

Advertendum tamen, quòd ille, qui dixerit alteri verba injuriosa, quæ conveniant reipublicæ sciri, puniatur quando erant falsa, & non

vera, ut suprà proximè dixi: tamen illud est verum & debet intelligi, quando scienter & dolosè illa dixit & protulit: secus tamen est quando ignoranter, vel ex aliquo errore vel ignorantia ductus illa dixit & protulit, modò talis error vel ignorantia processit ex aliqua juxta causa, modò non: text. est singularis in jure in leg. *Igitur*, vers. *Et generaliter*, ff. de *Lib. caus.* & ad hoc summè notant & commendant ibi Alber. & alii DD. antiqui: *Glos. ordinaria*, & ibi communiter DD. in leg. 1. ff. de *Abigeis*, *Glos. etiam ordinaria in leg. Plagii*, la 2. *Cod. ad leg. Ful. de Plagia*, & ibi Angel. de Perus. *Salyc. & Bart. in leg. Juste possidet*, ff. de *Acquir. poss. final. quest.* & ibi communiter Moderni. idem Bart. in leg. 1. §. *Non autem*, ff. *Si quis test. liber. esse jus. fuer. fin. col. Bald. in leg. 1. Cod. Ubi caus. status*, in fin. ubi dicitur, quòd bona fides potest accusari ex justis, vel injustis & temerariis causis: & sequitur & commendat, *Jas. in leg. Si quis id quod*, ff. de *Jur. omn. jud. 8. col. num. 35.* Angel. de Perus. in l. 1. §. *Hoc interdictum*, el 2. ff. de *Vi & vi armat.* Confirmatur etiam ex illa *Glos. singulari & ordinaria in l. 1. vers. fin. ff. Si quis jus dicen. non obtem. in glos. magn. in fin.* ubi dicit, quòd si quis non comparuit citatus ex aliqua causa, etiam injusta, excusatur; quam ibi notat, & eam dixit singularem Bald. in l. *Deberi*, *Cod. de Fideicom. liber.* Et ex prædictis in quæstione de facto dixi & consului; cùm quidam dixit & affirmavit vidisse alium cum signo & habitu hæreticorum; errore ductus credens quòd illud erat signum eorum, & fuit deceptus: qui postea fuit ex hoc accusatus, & tandem fuit absolutus, quia ex errore & ignorantia dixit, & non ex dolo vel malitia.

Ter-

(C) Vereor, ne hæc nostro Gomez animadversio vera non sit; tum quia ex illa ingens convitiis aperitur fenestra, & vasta atque improbabilis convitiatoribus defensionis suppediatur ansa: tum etiam quia apud plerosque omnes interpretes receptum est nihil injuriam inferenti profuturum, protestanti se non contumeliæ, injuriæ re inferendæ animo id proferre, si ex aliis conjecturis non idem probabiliter commonstrare possit ut est Bart. recepta doctrina in l. *Si quis extraneus*, in princ. n. 3. & seq. ff. de *Acquir. hered.* quam frequenter placitam attestantur Socin. cons. 118. n. 5. lib. 1. Jul. Clar. in *Pract. §. Injur.* vers. *Sed pone* & est notabilis text. cum *Glos. in l. Si convicii, Cod. de Injur.* quocircà quævis causa ab hoc delicto & ejus pœnis excusare non poterit, nec debet: denique & delictum, quod exprobravit, & palàm esse reipublicæ interest ad pœnas fugiendas, probet omnino requiritur, ut constat ex Tom. III.

Boer. cons. 4. num. 4. & 48. & hæc probatio facilè eluderetur, si quævis justa, vel injusta credendi causa illius vices expleret. Nec obstat leg. *Igitur*, vers. *Generaliter*, ff. de *Liber. causa*, quia & lex illa nihil ad rem præsentem facit, & nihil in jure ineptius, ac perniciosius, quàm ex singulari aliquo casu generalem regulam architectari. Nec item obstat, frequentius esse receptum, ut à dolo quævis justa, vel injusta causa excuset, quod tradunt DD. à nostro Gomez in præsentia laudati, & alii ab eodem Gomez. suprà de *Contract. cap. 1. n. 2. vers. 11. limit.* adducti, & gravissimus ac doctissimus præceptor meus Arius Pinel. in l. 2. part. cap. 3. n. 8. ad fin. *Cod. de Rescind. vend.* & text. ille probare videri potest, quia & si dolus in hac specie abesse censi possit, culpa non abest, quæ meritis pœnis expiari debet juxta veram, & receptam traditionem Bald. in leg. *Si plagis*, num. 1. *Cod. ad leg. Jul. de Plag.*

Aa 2

3 Tertio modo fit alicui injuria *facto*, quando quis pulsatus est ab alio manu, vel quolibet alio instrumento; vel domus ejus per vim introita ab alio: text. est capitalis & expressus in *l. Lex Cornelia de Injur.* cujus verba sunt: *Lex Cornelia de injuriis competit ei, qui injuriarum agere volet ob eam rem, quod se pulsatum verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat*, text. in §. *Sed & lex Cornelia, Instit. de Injur.* text. in leg. 6. tit. 9. part. 7. ubi ponit plura exempla: Et adde, quod licet quis vere & realiter alium non tangat, nec percutiat; sed tantum admenavit, vel manus, vel instrumentum aliquod contra eum levavit; committit injuriam *facti*; text. est singularis & unicus in leg. *Item apud Labeonem, §. Si quis pulsatus, ff. de Injur.* cujus verba sunt: *Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levatae; & saepe territus est, quasi vapulaturus, non tamen percussit, utili injuriarum actione tenetur*, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. dicens se nescire alibi, Alberic. & illum reputat singularem & unicum Angel. de Perus. ibi: Ang. de Aret. in *tract. Malef. in part. admenavit*, 1. column. ibi etiam additionator Jas. in leg. 1. §. *Hæc autem verba, ff. Quod quisque juris final. column. num. 15.* Hippol. de Marsil. in leg. *Is qui cum telo. Cod. ad leg. Corn. de Sicar. 3. col. num. 18.* & idem disponit text. in *dist. leg. 6. in medio, tit. 9. part. 7.* Quid autem, si cum vellem offendere unum, alium injuriavi, an teneat? vide omnino in delicto *homicidii*.

4 Item adde, quod injuria alicui facta, *verb.* vel *facto*, aggravatur & potest dici atrox ratione ipsius facti, vel ratione personæ, vel ratione loci: Ratione facti, quando injuria in se est magna propter atrocitatem vel magnitudinem vulneris: Ratione personæ, quando persona cui fit est constituta in dignitate: Ratione loci, quando in aliquo loco publico fit injuria, puta in foro, platea, via publica, Ecclesia, vel in præsentia Judicis, vel coram multitudine hominum: text. est in leg. *Præter edixit, §. Atroce injuriam, ff. de Injur.* text. in leg. *apud Labeonem, §. Hæc autem, vers. Quod ait prætor, eod. tit. text. in §. Atrox, Instit. de injur.* cujus verba sunt: *Atrox injuria æstimatur, vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus casus, vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris injuria facta sit; vel ex persona, veluti si magistratus injuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronoque fiat à liberis, vel libertis*, & idem disponit & declarat *lex 20. tit. 9. part. 7.*

5 Item quæro: Per quas personas fiat alicui injuria? Et breviter dico, quod fit alicui injuria quando immediatè fit ejus personæ: Item etiam, quando injuria fit filio ejus existenti in ejus po-

testate: Item, quando injuria fit uxori ejus: Item, quando fit servo ejus: hoc tamen casu, quando est atrox injuria, vel in contumeliam domini facta: text. in leg. 1. §. *Item aut per semetipsum, ff. de Injur.* cujus verba sunt: *Item aut per semetipsum alicui fit injuria, aut per alias personas: per semetipsum, cum directo ipsi patrifamilias vel matrifamilias fit injuria: per alias, cum per consequens fit, ut cum fit liberis meis, vel servis meis, vel uxori nuruive, & ibi communiter DD. text. in leg. Item apud Labeonem, §. Prætor ait, usque in fin. legis eod. tit. text. in §. Putitur, & in §. Servis autem ipsis; instit. de Injur.* text. in *l. 10. tit. 6. part. 7.* Item, quando injuria fit cadaveri, vel defuncto: quia censetur facta hæredi, & ipse potest agere & accusare suo nomine, & ex ejus persona, non defuncti: text. in leg. 1. §. *Quoties, ff. de Injur.* & ibi Glos. ordinaria, Bart. & communiter DD. tradit etiam & declarat Bart. in *l. 4. §. Cato, ff. de Verb. obl. pen. col. n. 31.* & ibi Modern. & idem disponit *lex pen. tit. 13. part. 1.* Quæ plus dicit, & extendit: nam de jure communi tantum hæres poterat hoc casu accusare; & prædicta *lex part.* extendit ad consanguineos.

6 Dubium tamen est, an injuria facta famulo, vel familiari dicatur etiam fieri domino ejus? Et dico, quod si in contumeliam domini fiat, potest agere *actione injuriarum*; aliàs non: ita probat text. expressus in *l. Item apud Labeonem, §. Interdum, & in §. Item si liberum hominum, ff. de Injur.* text. in §. *Sed si libero, Instit. de Injur.* & per ista jura ita tenet Bart. in leg. 1. §. *fin. ff. de Injur. Cyn. in leg. Si non convinci, Cod. de Injur. 2. col. in fin. num. 6.* & ibi alii DD. Faber & alii DD. in *dist. §. Sed si libero, Instit. de Injur. Innoc. in cap. Contig. de sentent. excom. Idem Innoc. in cap. Dilectus, 2. col. de Appell. pro qua sententia & conclusione est hodie notabilis lex part. leg. 10. tit. 9. part. 7.*

Item etiam est dubium; an injuria facta Clerico, vel Monacho, dicatur etiam fieri Ecclesiæ vel Abbati, ut possit agere *actione injuriarum*? Et dicendum est quod sic: text. est in *cap. Cum desideres, §. fin. de Sentent. excommun.* ubi vide latè DD.

Adde tamen, quod pater potest remittere injuriam factam filio in potestate, invito, vel ignorante filio; præterquam si pater sit vilis & turpis persona, filius verò non: text. est in leg. *Sed & si unius, §. Ait prætor, & in §. seq. ff. de Injur.* & ibi Bart. & communiter DD. facit etiam bonus textus in *leg. fin. §. pen. Cod. de Sent. poss. facit etiam doctrina singularis Bart. & ibi communiter DD. in leg. 2. ff. de Vulg. & pup. substit. 4. column. in fin. num. 23.*

7 Item principaliter quæro: Quæ sit pœna injuriæ? In quo articulo magistraliter & resolutivè di-

dico, quòd pro injuria potest agi civiliter, vel criminaliter; & una via electa, altera ipso jure tollitur; cùm utraque tendat ad vindictam: text. est in leg. *Præter dixit*, §. *Posse*, ff. de Injur. text. in leg. *Quod senatus*, eod. tit. text. in l. *Si quis injuriam*, eod. tit. text. in §. in *Summ. Instit. de Inj.* cujus verba sunt: *In summa sciendum est de omni injuria, eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et quidem si civiliter agitur æstimatione facta secundum quòd dictum est, pœna reo imponitur: sin autem criminaliter, officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur, & utrobique communiter DD. & idem expressè disponit lex 21. tit. 9. part. 7.*

Civiliter agitur, quando ille qui passus est injuriam, agit ad pœnam pecuniariam sibi applicandam, in qua existimat offensam & injuriam sibi factam: ita probant prædicta jura suprâ proximè allegata. Sed dubium est, an offensus debeat se referre ad damnum, dicendo, quòd potius vellet tantam quantitatem ex suo patrimonio & substantia perdidisse, quàm illam injuriam & offensam recepisse: vel debeat se referre ad lucrum, dicendo, quòd potius velle desinere acquirere illam quantitatem, quàm pati illam injuriam? Et breviter dico: quòd potest se referre ad quodlibet eorum, ita etiam probant prædicta jura, cùm simpliciter & indistinctè loquuntur, & in expressò ita tenet *Glos. ordinaria in l. Injuriarum æstimatio*, ff. de Injuriis, & ibi *Bart. Alber. Angel.* & communiter *DD. Cyn. in l. Si non convicii*, *Cod. de Injur.* 4. col. quæst. 9. & ibi communiter *DD. Salyc. in leg. Atroce*, eod. tit. 2. col. num. 5. & 6. *Ang. de Aret. in §. Pœna autem*, *Instit. de Injur.* 2. col. & ibi *Platea* & communiter *DD. idem Ang. in §. 1. Instit. de Actio*. 3. col. num. 3. & ibi *Jas. col. 8. num. 51. idem Angel. in tract. Malef. in part. nec non ad querelam*, pen. col. & ibi *additionator*. Sed communis practica est, quòd referat se ad utrumque alternativè, dicendo, quòd potius velit tantam quanti-
atem ex suo patrimonio perdere, vel eandem desinere acquirere, quàm pati prædictam offensam, & injuriam. Unum tamen est: quòd *judex potest, & debet taxare & moderari summam & quantitatem à parte petitam, attendita qualitate injuriæ, & personæ, ne aliàs odio & passione permotus modum justum excedat*: text. est notabilis in leg. *Constitutionibus*, in fin. text. in §. *Pœna autem*, *Instit. de Injur.* facit etiam text. in l. *Videamus*, §. *pen. & fin. de In litem jurando*, text. in l. *Sancimus*, *Cod. de Jud.* & utrobique communiter *DD. & idem disponit præd. lex 21. tit. 9. part. 7.* Et sic ex prædictis resultat & infertur, quòd vera & notabilis practica sit; quòd actor, & sic pars offensa dicat in libello, talem offensam & injuriam sibi commissam, & quòd attendita qualitate

sua personæ, & injuriæ, nollet eam recepisse pro tali quantitate, imò potius vellet ex suo patrimonio perdidisse, vel desinere, acquirere, quàm eam recepisse; & quòd hoc solemniter jurat, & conclusivè petit reum adversarium in ea condemnari, & sibi solvi, salva in omnibus moderatione judicis: & ita communiter fit & practicatur.

Criminaliter agitur, quando offensus qui passus est injuriam accusat reum delinquentem ad pœnam criminalem: quo casu, cùm variæ & diversæ sint qualitates personarum, & per consequens variæ & diversæ sunt qualitates injuriarum, non potuit à jure statui certa & determinata pœna, sed est arbitrio judicis imponenda, attendita qualitate facti, & offensæ, & personæ, & loci: ita expressè dicunt & disponunt jura superiùs allegata, & prædicta *lex partit.* Et nedum in hoc delicto injuriæ, sed in omni alio delicto publico, vel privato, in quo non reperitur à jure pœna determinata, imponitur extraordinaria judicis arbitrio, attenditis prædictis qualitatibus: textus est capitalis & expressus in leg. *Hodie*, ff. de Pœnis, cujus verba sunt: (*Hodie licet ei, qui extraordinem de crimine cognoscit, quàm vult sententiam ferre, vel graviolem, vel leviolem; ita tamen, ut in utroque modo rationem non excedat.*) textus in leg. 1. §. *Expilatores*, versic. *Idcirco*, ff. de EffraCTORIBUS, & expoliatorib. textus in leg. *lex Julia*, §. *Hodie*, ff. ad legem Juliam, repet. textus in leg. 2. ff. de Crimine stellionatus, & utrobique communiter *DD.* Ex quibus resultat consilium summè necessarium in conscientia, & justitia, ut semper in delictis arbitrariis, cùm ex una parte vertatur periculum personarum, & ex alia grave præjudicium reipublicæ, *judex pœnam condignam imponat; & caveat, ne cupiditate inanis gloriæ severam sententiam ferat, vel injusta misericordia mottus, imponat leviolem pœnam, quàm delictum poscat; semper summum Deum nostrum præ oculis habendo: & in expressò istam sententiam & doctrinam ponit, text. singularis & moralis in leg. Perspiciendum*, ff. de Pœnis, cujus verba sunt: (*Perspiciendum est judicanti, ne quid durius aut remissius constitutatur, quàm causa deposcit, nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæque res expostulat statuendum est, planè in levioribus causis proniores ad lenitatem judices esse debent, in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis sub sequi:*) text. in leg. *Pædius*, §. 1. in fin. ff. de Incendio, ruina, naufrag. text. in leg. 19. §. 1. ff. de Offic. præes. ibi: *Sed in cognoscendo, nec excandescere adversus eos, quos malos putat, nec precibus calamitosorum illacrymarl*
oper-

oporret: id enim non est (D) constantis, & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit, text. in leg. 2. in fine, Cod. de Custod. reorum, ubi iudicibus sævientibus imponitur fræni temperies: nam sicut equus ducitur & temperatur freno, ita iudex in sententia & punitione delictorum debet se continere & temperare juridicam & condignam pœnam pro qualitate facti & negotii imponenda, textus in cap. Omnis 45. distinct. cujus verba sunt: Omnis, qui justè judicat, stateram in manu gestat, in utroque penso justitiam, & misericordiam portat; textus in cap. Est injusta 23. quæst. 4. maximè in fin. ibi: Nonne etiam qui uni indulget indigno, ad prolapsionis contagium provocat universos; facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Confirmatur ex illo text. notabili in leg. Provinciarum, Cod. de Feriis, ubi dicit, quòd per punitionem delinquentium, multorum salus & incolumitas procuratur: text. denique notandus in cap. 1. de Sentent. & re judic. lib. 6. cujus verba sunt: Caveant iudices, & prudenter attendant, ut in causarum processibus nil vindicet odium, vel favor usurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmii justitiam non evertat; sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo liberamine, ut in omnibus, quæ in causis agenda fuerint in concipiendis sententiis, & ferendis, præ oculis habeant solum Deum: Confirmatur auctoritatibus Sacræ Scripturæ, Deuteronomii, cap. 1. (Audite illos, & quod justum est judicatis; sive civis sit ille, sive peregrinus, nulla erit distinctio personarum: ita parvum audietis, ut magnum, nec accipietis cujusdam personam; quia Dei judicium est.) Levitici, 19. Nolite facere aliquid iniquum in iudicio, omnia enim in regula, pondere, & mensura constituta sint, & Sanctus Augustinus, lib. 12. de Civitate Dei, cap. 4. & lib. 13. de Trinitate dicit, iudices non habere potestatem extra li-

mites justitiæ legalis: & Hieron. *super Epistola Pauli ad Philemonem*, dicit, quòd iudices ita violant leges absolvendo reos, sicut condemnandos innocentes & illud Psalmistæ: *Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris*, & dicit Beatus Gregorius in *expositione illius Psalmi*, iudicem esse pestem reipublicæ, qui reos cum rigore non corrigit: & Sanctus Thomas notabiliter in 2. 2. quæst. 67. artic. 4. ubi dicit, quòd iudex non habet potestatem solvendi reum à pœna contra leges à superiore sibi impositas. Unum tamen est: quòd inter ista duo extrema, non est tan grave peccatum declinare in defectum, quàm in excessus; quia minus distat defectus ex misericordia à medio justitiæ, quàm severitas, ut ex superioribus constat: debet tamen exercere justitiam cum cordis compassione, & quadam mentis commotione, de pœna proximi sui condolendi: text. est in cap. Vera, dist. 45. cujus verba sunt: *Vera justitia compassionem habet, falsa vero dedignationem, & quamvis justi soleant rectè peccatoribus indignari.*

8 Et in tantùm est verum, quòd in hoc delicto injuriæ, vel quolibet alio, in quo pœna non est à jure determinata, poterit iudex imponere pœnam arbitrariam; ut possit illam extendere usque ad mortem: ista est Glos. singularis & unica in jure in §. Summa, *Instit. de Injuriis*, in verb. *Extraordinaria*, & ad hoc eam ibi notat Angel. de Aret. & reputat singularem Plat. col. 2. in fin. Bart. in l. fin. in fin. 2. lect. ff. *Ubi pupil. educ. debe.* Bald. in cap. 1. §. *Injuria*, col. 1. n. 1. de *Pace juram. fin. in usibus feudo*, idem Bald. in leg. fin. 1. lect. in fin. ff. *de Rerum divis.* Idem Bald. in leg. 1. in fin. *Codic. de His qui latrones occultaverunt*, & illam Glossam ad hoc reputat singularem Joan. de Imol. in leg. 2. ff. *de Publ. jud.* 4. col. vers. *Quid autem si aliquo casu,* ubi

(D) Ex his planè confirmari potest commune Interpretum dogma, quod & quæ in præsentia dicuntur, non leviter etiam confirmat, comprobatur, atque illustrat iudices, tum viros bonos regulariter, ac generaliter dici, tum censi debere, quod crebris scribentium suffragiis constabilitum affirmare ausim ex Alexand. Cons. §. num. 8. lib. 1. Paris. cons. 168. num. 8. & cons. 121. num. 33. lib. 2. & ex plerisque omnibus interpretibus in leg. *Continuit*, §. *Cum ita*, ff. *de Verbor. obligat.* & in leg. *Vir bonus*, ff. *de Judic. solut.* quidquid contra garriat Joann. Coras. lib. 4. *Miscell. cap. 22.* quem & merito damnat Menoch. *de Arbit. jud. in proæm. num. 10.* & manifestissimè convincit sacrosancta à justissimo Mose promulgata lex de iudicibus deligendis, & creandis,

subsequentia verba ex persona soceri ipsiusmet Moisis prudenter, ac divinè faciens Exod. capit. 18. Ac inquit, *prudenter seliges ex omni populo viros fortes, Dei Optimi Maximi timorem præ oculis semper habentes, ac tum veritatis apprime studiosos, tum ab avaritia, & aruscationibus alienatissimus, quo constituas magistratus, &c.* Consonant quæ Plato ac Cicero passim, & quæ eleganter alicubi Aulus Gellius hac de re prodidere: nec quidquam obest, si forsitan tales reapse nostra ætate rarissimi conspiciantur, qui tamen non pauci conspiciuntur, quia de re agitur, cui & experientia non dissentiet, si homines administrandis magistratibus quærantur ac donentur non hominibus capessendi magistratus indulgeantur vel divendantur.

ubi notabiliter loquitur: Idem Imol. *in cap. ex lit. de Const.* 3. col. *in fin.* & ibi Abb. *penult. col. in fin.* & communiter alii DD. Joan. de Ana, *in cap. Inquisitionis de Accus. fin. column.* & *quæst.* & ibi Felin. 5. col. num. 10. Angel. de Aretin. *in tract. Malef. in part.* & ibi *caput à spatulis amputetur, penult. column. versic. Quæro aliqua leg. Vel statuto,* & ibi ejus additionator. Quod tamen intellige procedere in duobus casibus: Primus est, attentâ qualitate alicujus gravissimi facti; argumento textus *in leg. Respiciendum. ff. de Pæn. textus in leg. Hodie, eodem titul. text. in leg. lex. Julia. §. Hodie. ff. ad leg. Juliam repetundar. textus in leg. Prædus. §. 1. ff. de Incend. ruin. naufrag. textus in leg. 1. §. Expilatores, versic. Idcirco. ff. de Effractoribus & expilat. & utrobique communit. DD. Secundus casus, quando pro simili delicto commisso solet dari & imponi in illo loco pœna mortis; argumento textus *in leg. Sæcularii, versic. Hanc rem. ff. de Extraord. crimin. cujus verba sunt: Hanc rem solent præsidēs exequi graviturusque ad pœnam capit. textus in leg. 4. ff. de Cust. reor. ibi, ac nec consuetudo ostenditur, quæ certam formam habeat,* & utrobique communiter DD. Itaque his casibus poterit iudex arbitrium suum extendere usque ad mortem, & poterit verificari illa Glossa & ejus conclusio: non verò aliàs: & in terminis ita tenent & declarant Joan. de Imol. *in leg. 2. ff. Publ. judic. 4. column.* Bartol. *in leg. fin. ff. de Privat. delictis. 2. column. numer. 3.* Bald. *in leg. Quicumque. Cod. de Serv. fugit. 5. col. vers. Scias,* ubi dicit: *Quod est consuetum fieri, non dicitur arbitrium, sed necessarium.* Ant. de Butr. *in cap. de Causis de Offic. deleg. 1. col. num. 12.* Angel. de Aret. *in §. in Summa, instit. de Injur.* idem Angel. de Aret. *in tract. Malef. in part. & ibi caput à spatulis amputetur, penult. col.* Platea *in leg. 1. Cod. de Petit. honor. subl. lib. 10.* Alexand. cons. 111. *penult. column. num. 6. vol. 1.* Pacis de Put. *in tract. Syndi. fol. 206. ver. An si statutum:* facit etiam Glossa ordinaria *in dict. leg. Respiciendum. ff. de Pæn.* Glossa *in leg. Hodie, eodem titul.* Glossa *in leg. Quid ergo. §. Pœna gravior. ff. de His qui not. infam. dicentes,* quòd iudex in arbitrariis semper debet se referre ad id quod fieri solet.*

9 Item adde, quòd, modò offensus, qui recepit injuriam, agat civiliter, modò criminaliter ad vindictam; poterit etiam agere ad dampna, & expensas & interesse pro injuria sibi illata; & sic poterit petere omnes sumptus, & expensas, quas fecit in ejus cura: Item etiam omne lucrum, & interesse, quod poterat lucrari, si talis injuria non esset sibi illata: ita probat textus notabilis *in leg. Qui nomine. ff. ad leg. Corn. de Fal.* ubi habetur, quòd ex quocumque delicto

publico oritur accusatio criminalis ad vindictam, & actio civilis pro damno, vel interesse partis: & latius dixi suprâ in delicto homicidii: Ergo eadem ratione idem est in delicto privato: Et in expresso ita probat, text. *in leg. Item apud Labeonem. §. Si quis servo verberato. ff. de Injuriis,* cujus verba sunt: (*Si quis servo verberato injuriarum egerit, deinde postea damni injuriæ agat, Labeo scribit eandem rem non esse, quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum, altera ad contumeliam*) & ibi DD. textus *in leg. Qui servum. ff. de Act. & oblig.* & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. textus *in leg. Dominum. Cod. de Injur. text. in leg. Si quæcumque. §. Injuriam. ff. ad leg. Aquil.* & ibi etiam Glossa ordinaria & communiter DD. textus *in cap. 1. de Injuriis, & damno dato,* ibi, *qui percusserit, operas ejus & impensas in medicos restituat* & ibi notant Innoc. Joan. Andr. & communiter DD. Ex quo inferitur, quòd si talis offensus erat officialis vel persona, quæ suo labore & industria aliquid acquirebat; poterit etiam agere ad opera, quibus carui dum esset infirmus, & ad operas quibus cariturus est toto tempore vitæ suæ, si remanet claudus, vel debilitatus; & in expresso ita probat text. *in leg. fin. ff. de His qui dejec. vel effud. text. in leg. Ex hac lege. ff. Si qua pau. feci dica, textus in §. Ob hominem verò liberum, instit. de Oblig. quæ ex quasi delict. nasc. & utrobique communiter Scribentes.*

10 Dubium tamen est hoc casu: Quæ actio competat pro his damnis & interesse? Quia ex hoc resultare possunt aliqui effectus in modo agendi, vel in tempore, vel in natura actionis. Et primò videtur, quòd competat officium iudicis incidenter; argumento textus notabilis *in leg. Interdum, la 2. §. Qui furem. ff. de Furtis,* ubi habetur, quòd in crimine furti potest agi criminaliter, principaliter ad pœnam, & incidenter ex officio ad ipsam rem consequendam; quem textum ad hoc notant & commendant ibi Bartol. & communiter DD. & per illum text. in nostro casu & proposito ita tenent Ang. de Perus. *in dict. leg. Item apud Labeonem. §. Si quis servo verberato. ff. de Injur.* Bald. *in dict. leg. Dominum. Cod. de Injur. Flor. in leg. Sed & si quæcumque. ff. ad l. Aquil. fin. col. num. 10.* & ita practicatur. Sed ego teneo, quòd ista sententia & conclusio est vera in se: non tamen est dicendum, quòd aliud remedium non competat; quia sequeretur quòd finito & extincto iudicio principali, extingueretur & tolleretur illud accessorium, si non esset petitum; argumento textus *in leg. 4. Cod. Depositii.* Unde, aliter & secundò potest dici, quòd hoc casu competit actio ipsa *injuriarum,* in qua potest gravius æstimari injuria pro damnis, & interesse: & in expresso ita videtur tenere & de-

clarare Bartol. in *dict. leg. Item apud Labeonem. §. Si quis servo verberato. ff. de Injur.* Sed nec istud mihi placet; quia si ageretur criminaliter ad pœnam corporalem, non posset fieri ista æstimatio: Item etiam, quia si ageretur civiliter, & non fieret æstimatio damni vel interesse, non posset postea petere; cùm actio sit sublata. Unde, aliter & tertio dicamus, quòd competit actio utilitatis *legis Aquiliæ*; argumento, textus in *lege Liber homo. ff. ad legem Aquiliam*, cujus verba sunt: *Liber homo suo nomine utilem lege Aquiliæ habet actionem*, & ibi notant Glossa ordinaria, & communiter DD. & per illum textum ita tenent Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. in *leg. Qua actione. §. Si quis in colluctatione, eodem titul.* tenent etiam Oldr. Alber. & communiter DD. in *dict. leg. Item apud Labeonem. §. Si quis servo verberato. ff. de Injur.* Hostien. in *Summa, de Injur. versic. Et qualis. 1. column. in fin.* Abb. & communiter DD. in *cap. 1. ejusdem tit.* Cynus & magis communiter DD. in *dict. leg. Dominum. Cod. de Injur.* Glossa ordinaria in *§. in Summa, Institut. de Injur.* & ibi Platea. 2. column. in medio.

Ex quo se offert pulchrum dubium, in quo habui consulere scilicet. Quanto tempore duret ista actio ad damna, & intererese? Et videtur, quòd anno, sicut ipsa principalis actio *injuriarum*: Sed falsum est per prædict. quia non competit actio *injuriarum*, sed alia distincta; scilicet *legis Aquiliæ*: unde videtur, quòd duret triginta annis, sicut alia actio de jure civili. Vel aliter & tertio ego teneo, quòd duret per viginti annos, argumento, text. in *l. Querela. Cod. de Ful.* ubi habetur, quòd omnis actio, vel accusatio descendens ex delicto, etiam de jure civili durat tantum per 20. annos: ergo ista actio *legis Aquiliæ* pro damnis, & interesse, licet sit de jure civili, tantum duret per 20. annos, cùm descendat de delicto. Ex quo deducitur, quòd præscripta actio *injuriarum* ad vindictam per lapsum anni, remaneret ista per 20. ad damna & interesse.

11 Advertendum tamen, quòd circa hoc se offert necessarium, & quotidianum dubium: Si talis offensus ex injuria sibi illata remanet claudus, vel perpetuo debilitatus in aliquo membro, ita ut nullo modo possit operari, nec officium aliquod exercere: qualiter fiet per judicem æstimatio operarum, quibus carere debet pro toto tempore vitæ suæ? Et breviter & resolutivè dico, quòd si talis offensus ex injuria sibi illata statim decedat, fiet æstimatio & computatio secundum dispositionem text. qui ex singularis, & unicus in suo casu, in *leg. Hæreditatem. ff. ad leg. Falcid.* de quo latius dixi supra in delicto *homicidii*: Sed in nostro casu, quando talis offensus remanet vivus cum membri abscissione, vel per-

petua debilitatione, fiet æstimatio & condemnatio, ut delinquens teneatur ei solvere annuatim certam summam & quantitatem quolibet anno quo vixerit, pro illis operibus quibus cariturus est; & sic erit annua obligatio per sententiam judicis ratione delicti ex juris dispositione; & non erit recurrendum ad dispositionem text. in *dict. leg. Hæreditatem*, cùm possit fieri certa condemnatio; & in expresso ita tenent, & declarant originaliter Azo, in *Summa, Institut. de Oblig. qua ex quasi delict. nasc. fin. column. & quæst.* Paris de Puteo, in *tractat. Syndic. fol. 100. in part. quia pluries. 2. column.* ubi dicit se ita practicasse in quæstione de facto.

12 Unum tamen est: Quòd si tali offenso remaneat aliqua cicatrix, vel deformitas patens, ex injuria sibi illata; illa non potest, nec debet æstimari per offensum, nec judicem, tanquam damnum, vel interesse: quia sicut ipse liber homo nullam recipit æstimationem, ita nec cicatrix, nec deformitas ejus: textus est formalis & expressus in *leg. final. ff. de His qui dejec. vel effud.* cujus verba sunt: *Cicatricum autem, aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus nullam recipit æstimationem*, & ad hoc notant & commendant ibi Alber. Flor. & alii DD. textus in *leg. Ex hac leg. ff. Si quadru. feci. dica.* & ibi Alberic. & communiter DD. Adde tamen quòd in muliere benè æstimaretur prædicta cicatrix & deformitas, saltem quando non est nupta; quia per hoc difficilius, & cum majori dote inveniret maritum cui nubere possit: istud est singulare verbum Jacob. de Raven. in *dict. lex hac lege*, & ibi sequitur etiam & commendat Paris de Pat. in *tractat. Syndic. fol. 100. in part. quia pluries.* Et idem est in servo, vel animali; quia in eis cicatrix, vel deformitas æstimatur & consideratur; cùm per eam minus valeret, & minori pretio venderetur, secundum prædictos Doctores, ubi supra. Verum tamen est, quòd eo casu, quo cicatrix vel deformitas non deberet æstimari in homine libero; tamen offensus gravius æstimabit propter hoc injuriam & offensam suam & similiter probus & rectus judex gravius condemnabit; quia ex hoc diceretur atrox injuria: & sic, attenta ista qualitate, junctim cum aliis, de quibus supra dictum est, gravius fiet æstimatio & condemnatio per judicem. Quod bene nota, quia sic alibi non videbis declaratum.

13 Item adde circa prædicta, quòd si talis offensus simpliciter remisit injuriam gratis, vel pretio, non videtur remisisse damna, expensas, & interesse, quod ex injuria sibi illata potest prætere; sed tantum injuriam, & pœnam civilem vel criminalem vindictæ: nisi specialiter utrumque remittatur. Cujus ratio est, quia ex injuria ori-

oritur duplex actio, una ad pœnam, alia ad damna, expensas & interesse, ut supradictum & conclusum est: ergo una sublata, remanet alia; argumento text. in leg. *Si pro fure*, §. 1. ff. de Condit. furt. text. in leg. *Si domus*, ff. de Servit. urban. præd. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet, Bald. in leg. *Si tibi decem*, 1. lect. §. 1. ff. de Pactis, & ibi Alexand. 2. column. num. 2. qui reputat singulare, Jacob. de Sanct. Georg. in fin. num. 5. idem Bald. in cap. 1. §. *Injuria de pace juram. firman.* 2. col. in lib. 2. feudor. idem Bald. ubi reputat notabile in dict. leg. *Si domus*, ff. de Serv. urban. præd. idem Bald. in dict. leg. *Si pro fure*, §. 1. ff. de Cond. furt. Spec. in titul. de Accusatore, §. 1. column. 6. versic. *Quid si vulneratus*, Abb. Panormitan. in cap. 1. de Injuriis, & damnato, column. 2. versic. ultimo, super textum, & ibi Cardinalis Anchar. & communiter DD. Angel. de Perus. in leg. *Sed si unius*, §. *Si ante*, ff. de Injuriis, Joann. Fab. in §. fin. Instit. de injuriis, num. 3. Jas. in leg. 1. column. 3. num. 16. ff. de Pactis, ubi dicit esse diligenter notandum: & in quæstione de facto mihi commissa ita judicavi & practicavi.

14 Item adde, quòd si ex injuria illata sequatur mors, non potest agi actione injuriarum civiliter contra homicidam: quia licèt ex delicto homicidii oriatur duplex jus vel accusatio ad vindictam, una injuriarum, alia verò leg. *Cornelia de Sicariis* tamen nullo modo potest intentari actio injuriarum civiliter ad pœnam pecuniariam parti applicandam, sed omninò & præcisè debet intentari accusatio criminalis ex leg. *Cornelia de Sicariis*, propter homicidium ad vindictam publicam; quia aliàs fieret sibi præjudicium, cùm utraque tendat ad vindictam: text. est singularis, & unicus in leg. *Prætor. edixit*, §. *Si dicatur*, ff. de Injuriis, cujus verba sunt: (*Si dicatur homo injuria occisus, numquid non debebat permittere prætor privator judicio legis Cornelia præjudicari, idemque, & si ita quis agere velit, quod ut venenum dedisti hominis occidendi causa. Rectius igitur fecerit si hujusmodi actionem non dederit*) & ad hoc notant & commendat ibi Bart. Alberic. & DD. antiqui: & reputat ibi singularem Ang. de Perus. notat etiam & commendat Bart. in leg. *Nunquam plura*, ff. de Privat. delict. pen. column. num. 6. Idem Bart. in leg. in eum, de Accusat. & ibi Ang. in leg. *Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, ff. de His, qui notant. infam. fin. column. in fin. Ang. de Perus. in leg. *Una*, Cod. *Quando civi. ac crimin. præf.* column. 1. in medio, & ibi Salyc. column. 3. & alii DD. Salyc. in leg. 3. Cod. de lege Aquil. colum. 1. August. de Ariminio, in addition. ad Angelum de Malefic. in part. nec non ad querelam, vers. *Quæritur*, in actum fuerit, & il-

Tom. III.

lum textum ad hoc reputat singularem, & unicum Joan. de Imola, in leg. *Interdum*, ff. de Public. judic. notant etiam & commendat Canonistæ in dict. cap. de His de Accusat. Et hoc casu posset judex ex officio rejicere libellum: ita Bartol. in dict. §. *Si dicatur*, in fin. num. 5. & communiter DD. ubi supra.

Sed advertendum pro perfecta intelligentia, quòd videtur, quòd ille textus & conclusio non possit procedere, nec verificari: quia eo ipso quòd offensus mortuus & occisus est, finita est actio injuriarum; quia ad ipsum non transit, cùm sit mortuus: Item nec ad hæredes, quia actio injuriarum, vel alia competens ad vindictam non transit ad hæredes, nisi decedat lite jam contestata, ut in leg. *unic. Cod. Ex delictis defunct. cum similib.* & latiùs dixi suo loco. Sed ad hoc notabiliter respondeo, quòd ille textus & ejus conclusio necessariò debet intelligi, quando filius familia est offensus & occisus, vel servus in contumeliam domini; quia his casibus patri & domino quæritur actio injuriarum, ut supradictum est: unde, licèt filius vel servus sit mortuus, adhuc durat actio injuriarum competens patri & domino ex sua persona, & similiter competit eis, & cuilibet de populo accusatio legis *Cornelia de Sicariis* propter homicidium, sed his casibus disponit ille textus quòd talis pater, & dominus non possit intentare prædictam actionem injuriarum, quia fieret præjudicatio accusationi leg. *Cornelia de Sicaris*, cum utraque competat ad vindictam: ita expressè tenet & declarat Glos. ordinaria in dict. §. *Si dicatur*, & ibi Bartol. & communiter DD. Ex quo textu notabiliter potest inferri, quòd si offensus egit actione injuriarum, & pendente processu sequatur mors, quod ampliùs non debet procedi in eo per hæredes, sed judex potest rejicere libellum, & jubere, ut procedatur in accusatione leg. *Cornelia de Sicariis*, ut latiùs dixi, & probavi supra in delicto homicidii, q. 5.

15 Item etiam quæro principaliter: Quibus modis tollatur actio injuriarum? Et magistraliter & resolutivè dico, quòd duobus: Primo modo, pacto expressò, scilic. quando offensus gratis vel pretio remisit injuriam, textus est in leg. *Si tibi decem*, §. 1. ff. de Pactis, cujus verba sunt *Quædam actiones per pactum ipso jure tolluntur, ut injuriarum, item furti*, & ibi notant Bartol. & communiter DD. textus in leg. *Si unus*, §. *Pactum ne peteret*, vers. *Sed si pactum*, eod. titul. text. in leg. *Non solum*, §. *primo*, vers. *Proinde*, ff. de Injur. cujus verba sunt: *Proinde, & si pactum de injuria intercessit, & sit transactum, sit, & si jusjurandum exactum actio erit, injuriarum non tenebit.* Secundo modo injuria tollitur tacitè, scilicèt præscriptione; nam si offensus intra annum non agit actione injuriarum civiliter & criminaliter,

Bb ter,

ter, lapsu temporis est præscripta illa actio, ut ampliùs non possit intentari: text. est formalis, & expressus in leg. *Si non convitiis, in fin. §. de Injuriis*, cujus verba sunt: *Cum injuriarum actio anno tempore præscripta sit*, & ibi commun. DD.

Dubium tamen est, an actio injuriarum, quæ descendit de jure civili in tribus casibus, scilicet, quando quis pulsatus vel verberatus est ab alio, vel domus ejus per vim introita, quos ponit text. in leg. *lex Cornelia, ff. de Injur.* sit annualis vel perpetua? Et videtur quòd perpetua, & sic duret per 30. annos; cùm regulariter omnis actio de jure civili illo tempore duret, ut in leg. *Sicut in rem, Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor. & in §. 1. Institut. de perpet. & tempor. action.* & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Glos. ordinaria secundùm opinionem Marsil. in dict. leg. *Si non convicii, Cod. de Injur.* & ibi Odofr. Petr. Cynus, Faber, Baldus, Angel. Salyc. Gloss. ordinaria in dict. leg. *lex Cornelia, ff. de Injur. in glos. 1.* Sed, his non obstantibus, contrarium est tenendum; imò, quòd modò actio injuriarum descendat de jure civili, modò de jure prætorio, semper duret anno, & non majori tempore, per text. in dict. leg. *Si non convicii, Cod. de Injur.* & ita tenet Glos. ordinaria in leg. *2. de Constit. pecun. in verb. 30.* Gloss. in §. *Sed & lex Cornelia, instit. de Injur. in glos. 2.* Glos. in §. *1. institut. de Perpet. & tempor. action. in verb. Constitutionib. in fin.* Azo in *Summ. Cod. de Injur. fin. column. num. 26.* Jacob. de Butr. & alii DD. in dict. leg. *Si non convicii: Cod. de Injur.* Pro qua sententia & conclusione est hodie, *lex penult. tit. 9. part. 7.*

Item etiam tollitur tacitè, si offensus locutus est cum offensore, vel eum salutavit, vel risit, lusit, vel comedit cum eo, vel alio simili modo pacificè & jocosè conversatus est cum eo: quia per hoc tacitè videtur remittere injuriam ita probat text. in leg. *Non solum, §. 1. ff. de Injur.* & ibi communiter DD. text. in §. *fin. Instit. eod.* & ibi Gloss. ordinaria, Faber. Angel. Platea, & communiter DD. tenet etiam Bald. & communiter Moderni in leg. *Filio quem, ff. de Lib. & posth. Idem Bald. in leg. In ipsius, Cod. Fam. ercis. Jas. in leg. 1. ff. de Pactis, col. 3. num. 15.* idem probat & disponit, *lex penult. tit. 9. part. 7.* Quod intellige notabiliter, nisi ex quadam honestatis necessitate offensus hoc debuisset facere; ut si ambo fuissent invitati & positi ad unam mensam, vel si simul receperunt pacem in Ecclesia: ita tenet & declarat Faber. in dict. §. *fin. Instit. de Injur.* & ibi Ang. de Aret. Item etiam adde, quòd in his casibus, sublata injuria & ejus actione, non censetur sublata actio quoad damna, & sumptus, & interesse, ut supra proximè dixi.

16 Finaliter & postremò pro complemento materiæ quæro, an offensor, qui fecerit alteri injuriam, possit petere ab offenso, ut præstet sibi cautionem cum fidejussoribus *de non offendendo?* Et breviter & resolutivè dico, quòd sic: quia regula & doctrina juris est, quòd quando aliquis timet offendi ab alio, potest implorare officium judicis, ut illum compellat sibi præstare idoneam cautionem & securitatem *de non offendendo:* Ita probat text. capitalis & expressus in leg. *Denuntiamus, vers. Nam si quis, Cod. de His qui ad Eccles. confug.* cujus verba sunt: *Nam si quis aliquid contra legem à quibusdam æstimet perpetrari, liceat adire judicem, & legitimum postulare præsidium*, & ibi ad hoc notant & commentant Cyn. Alber. Salyc. Faber. & istam sententiam & conclusionem tenet Specul. in rubr. *de Diversis cautionibus, §. 1. 2. column. vers. Quid si timeo, num. 9.* & ibi Joann. Andr. Innoc. in cap. *1. de Offic. deleg. 1. column. in fin. num. 6.* Abb. in rubr. *de Tregua & pace, 1. column. numer. 2.* & ibi notabiliter Felin. Bart. in leg. *Qui bona fide, §. Qui damni, ff. de Damn. infect.* & ibi Imol. & communiter DD. idem Bartol. in leg. *1. Cod. In quibus caus. coloni dominum accusare poss. lib. 11. Bald. in leg. 1. §. Quies, ff. de Offic. præf. urbis, Hippol. de Marsil. in leg. 1. §. Præterea, ff. de Quæst. num. 45.* ubi plenè loquitur: Pro qua sententia & conclusione facit, textus in leg. *Illicitas, §. Ne potentiores, ff. de Offic. præf. cujus verba sunt: Ne potentiores viri humiliores injuriis afficiant, neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes, ad religionem præsidii provinciæ pertinet*, & ibi plenè notant Bartol. post Guillelm. & Antiquos. Tertio facit text. in leg. *Æquissimum, ff. de Usufruct.* ubi habetur, quòd quando super aliqua re vel possessione speratur rixa, vel scandalum, judex debet ex officio prohibere, ne partes veniant ad arma. Quarto facit text. in leg. *Congruit, ff. de Offic. præsid.* ubi habetur, quòd ad judicis officium pertinet purgare provinciam malis hominibus post delictum commissum, & eos punire, ergo eadem ratione debet obviare & prohibere delictum committendum. Quintò facit textus in leg. *Si super possessione, Cod. de Transact.* ubi habetur, quòd si quis sperat vim sibi fieri super aliqua re, vel possessione, potest petere à judice, ut prohibeat: idem probat text. in leg. *fin. ff. de Offic. procur. Cæsar. text. in leg. Si servus, Cod. Quod cum eo.* Sextò facit, quia si pro securitate rerum præstatur idonea cautio, ut in toto tit. *ff. de Damn. infect.* ergo à fortiori pro defensione personæ, quæ cunctis rebus præferenda est. Septimò facit text. in *Authent. de Mandatis principum, §. Dein de competens, collat. 3.* ubi habetur quòd iudices majores debent providere, ne officiales, vel aliarum

aliæ personæ lædant subditos & subjectos. Octavò facit text. singularis in suo casu *in cap. Litteras, in final. de Restitut. spoliat.* ubi disponitur, quòd propter sævitiam viri, quando mulier verisimiliter timet offensam ab eo sibi fieri, potest implorare officium judicis, & petere idoneam cautionem & securitatem *de non offendendo*; & si per hoc plenè sibi non est consultum, potest petere divortium quoad thori separationem & mutuum cohabitationem: & ad hoc notant & commendant ibi Abbas & communiter DD. & eum reputat singularem & unicum idem Abb. *in capit. 1. de Divortiiis.*

Quod notabiliter extende, ut procedat etiam si culpa petentis cautionem orta est inimicitia, quia ipse offendit alium sine causa: ita Bartol. singulariter *in leg. Qui bona fide. §. Si quis justa. ff. de Damn. infect.* & ibi alii DD. Joan. de Imol. *in §. Qui damni infect. ejusdem legis.* Felin. *in rubric. de Tregua & pace. §. Qui timet, column. 2. vers. Octav. declaratio.* Secundò extende, ut talis offensus teneatur dare prædictam cautionem & securitatem pro se & cansanguineis suis, amicis, & familiaribus: ita Bartol. *in dict. leg. Illicitas. §. Ne potentiores. 2. col. num. 5.* post Guilielm. ibi Salyc. *in dict. leg. Denunciamus, Bald. in leg. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. 2. col. versic. 6. Operatur.* Felin. *in dict. rubr. de Tregua & pace. 1. col. vers. Quinta declaratio.* Tertio extende, ut judex ex officio suo, etiam parte non petente, possit compellere partes invicem hanc cautionem & securitatem præstare; quia in hoc vertitur publica utilitas, sicut in puniendo delicto, postquam est commissum: argumento textus, *in leg. Congruit. ff. de Offic. præsid. cum simil. & eorum quæ tradit Bartol. in leg. 4. §. Hoc autem judicium. ff. de Damno infecto.* Confirmatur per text. *in leg. §. 1. Quoties. ff. de Offic. præf. urbis,* ubi probatur, quòd judex debet subditos conservare in pace, rumores impedire, & subditos, ad quietè vivendum non solum hortari, sed etiam cogere; nam plerumque status publicus privatur & turbatur: & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. & alii DD. & in expressò ita tenet Alber. *in leg. Æquisimum. ff. de Usufruct.* quam legit *in §. præcedenti.* Quarto extende, ut possit quis ultra prædictam cautionem petere à judice, ut sibi liceat ducere familiares, vel amicos, vel custodes armatos pro sua defensione: argumento textus *in leg. final. Cod. de Erogat. milit. annon. lib. 22.* per quem ita tenent Bartol. *in leg. Sanctum. ff. de Rexum divis.* idem Bartol. *in leg. Illicitas. §. Ne potentiores. ff. de Offic. præsid. column. 2. num. 8.* Salycet. *in leg. Denunciamus. Cod. de His qui ad Eccles. confug.* Unum tamen est: quòd judex non debet compellere partes prædictam cautionem

vel securitatem præstare in perpetuum; sed tantum ad tempus suo arbitrio moderandum: argumento textus *in leg. 4. ff. de Damno infecto,* textus *in leg. finita, eodem tit. textus in leg. Qui bona fide. §. fin. eod. tit.* quibus probatur, quòd quando domus minatur ruinam, dominus ejus non tenetur præstare cautionem damni infecti. perpetuam, sed temporalem; & finito tempore, potest per judicem renovari: probat etiam textus *in leg. de Die. ff. Qui satisd. cogant.* textus *in lege 1. §. Ait prætor. ff. de Jure delib.* per quæ jura ita tenent Angelus, Imol. Alexand. & communiter DD. *in dict. leg. 4. ff. de Damn. infect.* Bartol. *in leg. Illicitas. §. Ne potentiores, de Offic. præ. 2. column. numer. 7.* Angel. & Imol. *in leg. penult. ff. de Prætor. stipul.* Felin. *in rubr. de Tregua & pace. 1. column.*

* Ex quibus infero, quòd si non probetur inimicitia vel offensa, de qua suprà; sed tantum probetur minas precessisse, an teneatur præstare talem cautionem? Et vidi de facto, & resolutivè dico, quòd solæ minæ non sufficerent: quia intelliguntur *per viam justitiæ.* *

17 Advertendum tamen, quòd est dubium notabile circa prædicta: Si talis inimicus offensus non habeat, nec invenire possit talem securitatem, & fidejussores, quid debet tacere judex? & certè articulus est necessarius, & contingibilis: Sed in eo resolutivè dicerem, quòd si ex qualitate personæ verisimiliter appareat non posse dare prædictam securitatem, & fidejussores; quia fortè est advena, vel pauper: tunc sufficeret dare juratoriam cautionem, argumento textus *in Authent. generaliter. Cod. de Episcop. & Cleric.* textus *in §. Sed hodie, instit. de Satisdat.* textus, & ea quæ ibi notantur *in leg. Sancimus. Cod. de Verb. signific.* Si tamen verisimiliter appareat posse prædictam securitatem & fidejussores, præstare, benè poterit incarcerari donec etiam præstet: & in terminis ita tenet Alber. *in leg. Non est verimile. ff. Quod metus causa,* Jas. *in leg. Sancimus. Cod. de Verbor. signific. fin. column.* Confirmat. ex Glos. singulari *in leg. ff. Qui satisd. cogant,* ubi dicit, quòd impotentia dandi fidejussores, quando res est dubia, probatur jumento: & ita tenent & declarant ibi Paul. Alexand. & Jas. & ita sæpè dixi & consului in personis pauperum.

Et ex superioribus potest deduci & inferri, quòd si aliqua meretrix, vel mulier inhonesta sit & habitet in aliqua via publica, vel vicina civitatis, vel oppidi, possunt alii vicini ejus petere à judice, ut eam expellat; ne occasione ejus oriatur rixa vel scandalum inter vicinos illi loco habitantes; & ne eos, filios, vel familias eorum inficiat; & in expressò ita probat textus *in leg. Nullus. Cod. de Summa Trinit. & de Fide Cathol.*

lic. ubi habetur, quod hæreticus debet expelli de civitate, ne alios interficiat; & per eum ita tenent ibi Paul. de Castr. & Petr. de Vernia in *addit. ad Jacob. Butr. collectarius in cap. propter de Locato. 2. col. n. 16. Cœpoll. in tract. de Servit. lib. 2. cap. 5.* & idem etiam est in leprosis, vel infirmis morbo pestilentiali, secundum DD. & ita dixi & consului in quæstione de facto, in causa mihi commissâ in hac civitate: Pro quibus facit etiam bonus text. in *Authent. de Lenonibus. §. Non enim permittimus, collat. 3.*

18 *An sufficiat cautio juratoria si non inveniatur fidejussorem?*

Cautio quando intelligatur cum fidejussore. Meretrix, & peste infectus possunt expelli à vicinia.

An pro condemnatione in hoc crimine habeat locum cessio bonorum, remissivè?

An injuriarum actio competat hæredi, vel contra hæredem?

19 *De injuria facta histrioni, & similibus personis.*

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur materiam explicantes.
- 2 De libellis famosis.
- 3 De injuria verbali, & an veritas ejus excuset?
De palinodia seu recantione.
- 4 Injuria quæ facta infertur quomodo puniatur?
- 5 Injuria atrox quid dicatur.
De alapa, & ejus pœna.
- 6 Injuria per quas personas fiat alicui?
Quis possit petere vel remittere injuriam?
- 7 De injuria facta famulo, vel monacho.
Qui possint remittere injuriam?
- 8 De pœna injuriæ, & an civilis actio tollat criminalem.
- 9 Pœna arbitraria an possit extendi usque ad mortem?
- 10 Damna etiam, & expensa debent præstari.
- 11 Quæ actio competat pro his damnis, & interesse?
- 12 Si offensus remanet claudus, vel aliter læsus, qualiter fiat æstimatio operarum?
- 13 Cicatricis an fiat æstimatio?
- 14 Remittens injuriam non intelligitur remittere damna.
- 15 Si ex injuria sequatur mors, an possit agi civiliter contra homicidam?
- 16 Actio injuriarum quibus modis tollatur, & de remissione injuriæ?
Quo tempore dicta actio tollatur?
Princeps an possit remittere injurias pro bono pacis etiam absque satisfactione damnorum?
- 17 Qui injuriam intulit an possit petere ab offenso cautionem de non offendendo, & an valeat pactum non habitandi in eodem loco?
Judex an possit compellere ad concordiam, & pacem?

Explicant præsentem materiam latissimè præter ordinarios in propriis locis, Clarus, in *Præct. §. Injuria*, & ibi Baiardus, Petrus Gregorius in *Syntagmate, lib. 38. cap. 1. & seqq.* Mascardus de *Probationibus, concl. 902. & seqq.* verbo *Injuria*, Sylvester, & omnes Summistæ eodem verbo, Tuschus, *lit. 1. concl. 150. seqq. usque ad concl. 165.* Bossius in *Præct. titul. de Injuriis*, Tiberius Decianus, *tom. 1. lib. 1. cap. 17. rubr. de Injuria*, Avendañus, in *tractat. de Injur. Gratianus discept. cap. 185. num. 46.* ubi quod non consideratur injuria facta histrioni, & similibus personis, Cenedus in *Collectan. cap. innotuit, de Maledictis*, Plaza, in *Epitome delictorum, lib. 1. cap. 6.* Pichard. in *titul. Institut. de Injuriis*, & latissimè omnia prosequens Farinacius, *quæst. 105. per totam*, Barbosa in *Collectan. ad tit. de Injuriis, & damno dato*, Molina de *Justitia, tom. 3. disp. 715. & tom. 5. disp. 33. & seqq.* & plurimos referens Pichard. in *Manuductionibus. 3. part. §. 4. num. 72.* Aceved. latissimè, *tit. 10. per totum, lib. 8. Recopil. Escobar de Puritate sanguinis, q. 1. proæmiali. §. 1. 6. & 8.*

2 Ad num. 1. ibi, *Primo modo fit alicui injuria per scripturam, &c.*

Injuriam tripliciter fieri, verbo scilicet, re, & facto: pro injuria litteris facta per famosum libellum quod incuratur pœna mortis, si delictum in eo contentum ejusmodi qualitatis erat, ut hic resolvitur, docent, & explicant late Covarrub. *lib. 1. Variar. cap. 11. ex num. 1.* Plaza in *Epitom. delictor. cap. 1. num. 1. & 2.* Bossius, *tit. de Injuriis, num. 1.* Clarus in *§. Injuria, in princ. Uvesemb. in Paratit. l. hujus titul. Petr. Greg. in Syntagm. l. 38. cap. 3. n. 13.* Tuschus, *lit. 1. concl. 166.* Molina de *Just. tom. 5. disp. 33. & disput. 35. Cevallos quæst. 821. ex num. 21.* Franchis. *4. part. decis. 533.* Aceved. in *rubr. titul. 10. lib. 8. num. 19.* & latissimè Farinacius plurimos referens, *quæst. 42. & 105. ex num. 1.* ubi plures modos inferendi injuriam refert, & postea, *num. 421. & seqq.* latissimè agit de materia libelli famosi; & *num. 428.* pœnam arbitriam

riam esse asserit, prout etiam ex Menoch. *de Arbitrariis*, cas. 263. Mascard. *concl.* 902. Claro & aliis resolvit Pichard. in *Manuductionibus*, 3. part. §. 4. num. 72. in rubr. *instit. de Injuriis*, Pradilla *de leg. Pœnali*. 1. part. cap. 42. vide etiam Farinac. *cons.* 30. *per totum*; & *cons.* 123. & 145. lib. 2. Escob. *de Puritat. sanguin.* 2. p. *quæst.* 2. & Pichard. iterum in §. *Atrox*, eodem tit. ex num. 9. ubi sex casus constituit in materia libelli famosi, & ejus pœnam declarat & tandem contra Gomez. tenet, quod qui libellum famosum invenit, & perlegit, si non manifestavit, nulla pœna tenetur.

3 Ad num. 2. ibi: *Secundo modo fit simpliciter verbo*, &c.

Verbo etiam fieri injuriam punibilem alicui etiam absentis, & etiamsi verum dicatur; si modo Reipubl. non expediat sciri, & puniri, ut hic resolvitur, docent latè Clarus. §. *Injuria*, num. 16. Diana, *resolut.* 13. tom. 5. tractat. 4. Fachin. *Controversiar.* lib. 9. cap. 10. & alii plures relati à Lara *de Anniversariis* cap. 4. ex numer. 76. Cevallos *quæst.* 323. ubi etiam agit de injuriis illatis in judicio; & à Tuscho *littera I. conclusion.* 152. Escobar *de Puritate sanguinis*. 2. part. *quæst.* 3. Aceved. in l. 1. tit. 10. lib. 8. num. 8. ubi de injuria in absentem, & *leg. 2. ex n.* 205. latè Farinacius, *dist. quæst.* 90. & 105. ex num. 226. ubi num. *præced.* & *seqq.* terdecim opiniones congerit; & tandem, ex judicio meo, optimam resolutionem adducit, num. 247. hoc modo; quod si sumus in judicio veritas convitii excusat, si ex causa legitima proferatur; si verò sumus extra judicium, aut injuria est facta per libellum famosum, & tunc veritas non excusat; aut est facta verbo, & non scripto, & tunc si injuriam proferens fuit provocatus alia injuria, veritas excusat dummodo non excedatur: aut non fuit provocatus, & tunc si animo injuriandi eam pro tulit: non excusatur, licet verum dicat, secus si sine animo injuriandi, & cum causa eam protulerit; eum vide & Pichardum in §. *Injuria*. 1. *Institut. de Injuriis*, numer. 18. ubi verius dicit (ut antea dixerat Covarrub. in cap. 11. lib. 1. *Variar.* numer. 6.) non excusare veritatem criminis si animo injuriandi dicatur, qui animus semper præsumitur nisi probet se alia ratione fecisse: quælibet enim causa etiam fatua, & injusta, excusat à dolo; prout etiam magis declarat ipse Pichardus numer. 47. *ibid.* quem etiam videas, & Gratianum *discept.* cap. 81. numer. 3. ubi quod non fit injuria per hæc verba: *Tu dicis mendacium, vel falsum*, & Cenedum *Collectan.* 146. ubi de injuria verborum, & Petrum Gregorium *suprà*, cap. 5. & Barbosam in *Collectan.* cap. 23. *de Sententia*, & *re judicata*, numer. 14.

Ibi: *Ex quo infero notabiliter*, &c.

Quod ille qui contra alium dixit aliquam ex injuriis contentis in *leg. 2. titul. 10. lib. 8. Recopil.* teneatur palinodiam recantare sub distinctione *sup.* tradita, ut hic resolvitur; docent communiter DD. ut constat ex Aceved. *ibid.* Farinac. *quæst.* 105. numer. 71. & Parlador. *lib. 1. Quotidianarum*, cap. 17. Pichard. §. in *Summa*, *hoc titul.* Pradilla *de leg. Pœnali*, cap. 42. ubi quod non relaxatur sub fidejussore sic injurians, & plures referens Cenedus in *Collectanea*, cap. *innovuit*, *de Maledicis*, num. 4. Modus autem, quo id fieri debet, in controversia est, & placuit Dom. Francisco de Amaya in *leg. 4. Cod. de Jure fisci*, lib. 10. num. 43. post Valenzuelam, & alios quod non requiratur dicere se mentitum, sed sufficiat dicere verba æquipollentia, ut si dicat, tale convitium non esse in persona injuriati, sed esse virum bonum, & à tali macula alienum, & liberum, dicendo: *Que no dixo tal, ni pudo, porque lo tiene por limpio, y en quien no cabe tal injuria*, &c. eum vide, & Bernardum Diaz in *Præct.* cap. 66. ubi Salzedus agit de Clerico injuriante, Salgad. *de Protect.* 2. part. cap. 4. ex num. 169. & 4. part. cap. 12. ex num. 108. ubi de Clerico, & Nobili, & quod in hoc casu non fit relaxatio sub fidejussoribus Gutierrez, *lib. 4. quæst.* 19. numer. 5. & Pichardus in *Manuduct.* 3. part. §. 4. num. 72. ubi etiam de Clerico, & Nobili, quod non teneatur palinodiam recantare Avilès in *Proæm. cap. præct.* ex num. 20. ubi de uxore Nobili.

Ibi: *Advertendum tamen*, &c.

De errore, & causa excusante ab hujusmodi delicto, vide Pichardum *suprà*. §. *Injuria Institut.* *de Injuriis*, num. 18. & latissimè Farinac. *quæst.* 90. ex num. 1. ubi limitat & declarat post plures ampliaciones; eum vide ibi, & *quæst.* 16. num. 67. & *seqq.* ubi quod sine dolo, & animo, injuria non committitur.

4 Ad numerum 3. ibi: *Tertio modo fit alicui injuria, facto*, &c.

Injuriarum actione teneri eum qui injuriam facto intulit, ut si aliquem manu, vel alio quolibet instrumento percussit, vel domum per vim intravit, vel manum adversus alium levavit, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. *Injuria*, in *principio*, Plaza in *Epitome delictor.* lib. 1. cap. 6. ex num. 2. ubi de minante cum baculo, vel cutello, Boer. *decis.* 323. & alios referens Pichard. in *Manuduct.* 3. part. §. 4. num. 72. ubi etiam quod pœna arbitraria est imponenda pro injuria facto illata, & plura exempla hujus injuriæ afferens Farinac. *quæst.* 105. ex num. 6. & *cons.* 36. in *addit.* Avend. 2. part. cap. 21. *præct.* num. 1. ubi de injuria facta signo, Aceved. in rubr. *titul. 10. lib. 8. n. 24.* eum vide, ibi & l. 2. n. 85. & 86.

Ad

5 Ad numerum 4. ibi: *Item adde quod injuria, &c.*

Atrocem dici injuriam ratione facti, vel personæ, vel loci, *hic* resolvitur, docent omnes *supr.* citati, *num.* 1. maximè Menochius *de Arbitrar. casu* 263. Plaza *in Epitome delictor. lib.* 1. *cap.* 6. Gregorius *in leg.* 2. *titul.* 16. *part.* 2. *lege* 4. *titul.* 7. *part.* 6. *leg.* 8. *titul.* 31. *part.* 7. Acevedus, *titul.* 10. *lib.* 8. *Recopil. in Rubric. num.* 23. Barbosa *in Collectanea, cap.* 1. *de Maledicis, num.* 4. ubi de injuria facta multis præsentibus, & *cap.* 17. *de Sententia excommunicationis, num.* 3. *cap.* 10. *de Donation. num.* 20. Farinac. latissimè, *quest.* 105. *ex num.* 175. ubi decem & octo conclusionibus explicat quæ dicatur levis injuria, quæ gravis, quæ atrox, Petrus Gregorius *in Syntagm. lib.* 38. *cap.* 3. *ex num.* 3. Pichard. latè *in §. Atrox, institut. de Injuriis: Cenedus, Collectan. 57. ad Decret. num.* 6. & alii plures penes ipsos; iterum Farinacius, *cons.* 41. *num.* 9. & *seqq.* ubi de alapa Gregorius, *in Rubric. titul.* 19. *part.* 3. & *in leg.* 14. *ibidem,* ubi quod injuria reputatur atrox, si fiat Tabellioni, iterum Farinacius, *quest.* 17. *num.* 35. & *seqq.* ubi de alapa data judici, & iterum *in quest.* 20. *num.* 121. & *consil.* 30. *lib.* 1. *num.* 28. Matienzo *in Dialogo. 3. part. cap.* 10. *num.* 11. ubi de injuria facta Judici, Item de alapa quod sit atrox injuria, & pro ea debeat imponi pœna arbitraria usque ad mortem, considerata persona inferentis hanc injuriam, & eam recipientis, & loco ubi illata fuit, docet ex multis Pichard. *in Manductionib. 3. part. §. 4. num.* 6. quem videas, & Valenzuelam, *tom.* 2. *cons.* 142. *ex num.* 55. & Barbosa *in Collectan. cap.* 11. *de Pœnis, numer.* 5. ubi quod in dubio injuria non præsumitur facta Judici, ut Judici, sed ut privatæ personæ.

6 Ad num. 5. ibi: *Et breviter dico, &c.*

Injuriam fieri alicui, vel immediatè in propria persona, vel per filium in ejus potestate existentem, vel per uxorem, vel per servum quando est atrox injuria, vel in contumeliam domini facta, item si cadaveri, & hæredi eompetit actio pro ea, vel consanguineis, ita Gomez. *hic*, & docent latè Plaza *in Epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. & *seqq.* Clarus *in §. Injuria, ex num.* 4. Petrus Faber. *lib.* 3. *Semestrium, cap.* 9. Petr. Gregor. *in Syntagm. lib.* 38. *cap.* 3. *ex num.* 11. Acevedus *in Rubr. titul.* 10. *lib.* 8. *num.* 66. ubi laudat Gomezium *in leg.* 1. *num.* 8. *leg.* 2. *numer.* 190. & latissimè Farinac. *quest.* 105. *ex numer.* 253. usque ad numer. 305. ubi aliàs plures personas enumerat, per quas nobis fit injuria, latissimè amplians, & limitans, & etiam disputat ad quem pertineat petere, vel remittere injuriam, Pichardus *in §.*

Patitur, institut. de Injuriis, ubi etiam quis possit remittere injuriam, vel agere pro ea; iterum Farinac. *quest.* 14. *ex numer.* 35. ubi *numer.* 41. quo mater non potest remittere injuriam filio illatam, vide Acevedus *in leg.* 2. *titul.* 10. *lib.* 8. latè *ex num.* 125.

7 Ad num. 7. ibi: *Et dico quòd si in contumeliam domini, &c.*

Injuria facta famulo, vel Monacho aut Clerico, an Domino, Abbati, & Ecclesiæ facta intelligatur, ut resolvit Gomez. docent latè Plaza *in Epitome delictorum, lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 15. Baiardus ad Clarum. §. *Injuria, num.* 39. Acevedus *in leg.* 2. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recop. num.* 9. Matienzo *in Dialogo. 3. part. cap.* 55. & alii plures relati à Farinacio, *dist. quest.* 105. *ex n.* 277. ubi de injuria facta famulo, & *num.* 291. & *seqq.* ubi de injuria facta Clerico, & *num.* 295. ubi de Monacho injuria affecto, de quo etiam Thomas Sanchez *in Summa, lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 5. & 6. ubi alios refert & contra Farinac. *quest.* 13. *numer.* 26. docet, solum Superiorem posse remittere injuriam factam Monacho de quo Acevedus *in leg.* 2. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recop. ex num.* 125. Barbosam *in Collectan. cap.* 7. *de Sent. excom.* ubi quòd satisfactio injuriæ factæ Clerico etiam debet fieri Ecclesiæ.

Ibi: *Adde tamen, &c.*

Patrem posse remittere injuriam filio illatam, etiam invito filio, nisi sit vilis, & turpis persona, ut *hic* resolvit, docent DD. *supr.* citati *hoc num.* & Aced. maximè, & Farinacius *dist.* 9. 105. *ex num.* 254. Tuschus *lit. I. concl.* 163. Pichard. *in §. Patitur, instit. de Injuriis* latè, vide Fachinæum, *lib.* 9. *cap.* 42. & Rodriguez *de Reddit. lib.* 3. *quest.* 7. *num.* 68. Barbos. *leg.* 2. §. *final. ff. Soluta matrimonio.*

Advertendum tamen est, quòd licet regulariter cuilibet liceat propriam condonare, vel remittere injuriam, tamen aliquando id non permittitur absque gravi culpa, veluti si injuria tenderet in grave præjudicium monasterii patris seu familiæ, ut *ex Arag.* 2. 2. *quest.* 62. *art.* 2. Petrus Navar. *de Rest. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 385. 393. & *seq.* Lessius *de Just. lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 24. *num.* 129. Sayr. *in Clavi Reg. lib.* 11. *cap.* 6. *numer.* 16. Regin. *in Prax. lib.* 10. *n.* 338. Joan. Sanch. Abul. *Select. disp.* 46. *ex num.* 6. & aliis optimè resolvit Escobar. *de Pur. sang. quest.* 1. §. 8. *ex num.* 17. quem videas.

8 Ad num. 7. ibi: *In quo articulo magistratè, & resolutivè dico, &c.*

Pro injuria posse civiliter agi ad pœnam pecuniariam parti applicandam pro satisfactione injuriæ, vel criminaliter ad vindictam, & tunc imponi debere pœnam arbitrariam, ut latius explicat Gomez. docent Clar. §. *Injuria, & ibi* Baiard. Gail.

Gail. lib. 1. observat. 65. Covarr. Variar. lib. 2. cap. 10. num. 7. Aceved. in Rubr. tit. 10. lib. 8. Recop. ex num. 63. & leg. 2. num. 194. Boss. tit. de Injuriis, num. 11. Plaza in Epitom. delict. lege 1. cap. 6. num. 30. & seq. Surdus, decis. Mantuan. 89. num. 10. optimè Pichard. in §. in Summa, instit. de Injuriis, & latissimè Farinacius, quæst. 20. num. 59. ubi an revocans injuriam, pœnam evadat? & quæst. 26. num. 33. & seq. ubi an pœna pecuniaria convertatur in corporalem ob paupertatem? & quæst. 105. ex num. 25. ubi num. 28. & seqq. explicat per conclusiones, an per electionem civilis actionis tollatur criminalis, vel è contra? & postquam regulam constituit affirmativam, cum utraque actio tendat ad vindictam, num. 30. secundam facit conclusionem; quòd si primo loco intentata sit actio, non ad æstimationem injuriæ, sed ad damna, & interesse; tunc non censetur prohibitum postea intentare actionem criminalem, & è contra; vide eum ibi per septem conclusiones, quas adducit, & usque ad num. 82. ubi latissimè agit de hac pœna, & etiam D. Larream, decis. Granat. 98. ex num. 1. & 69. & seq. & allegatione fiscali 95. ex num. 34. & Noguero. allegat. 12. num. 117. Barbosam in Collectan. cap. 7. de Injur. num. 4. ubi quòd injuriam inferens Clerico puniatur per Judicem Ecclesiasticum, & ibi num. 6. quòd æstimatio injuriæ potest fieri per partem cum juramento.

9 Ad numerum 8. ibi: *Et in tantum est verum, &c.*

Pœnam arbitrariam hoc casu, & similibus posse extendi usque ad mortem, si gravitas delicti hoc petat, & consuetudo loci ut hic resolvitur docent Bernard. Diaz in reg. 379. vel 147. Vivius in communibus opin. verb. Judicis arbitr. num. 2. Crassus in suis communibus, lib. 2. cap. 6. quæst. 1. Bossius tit. de Injuriis, num. 30. Acevedus in rub. tit. 10. lib. 8. ex num. 65. Thomas Sanchez in consil. moral. lib. 3. cap. unic. dub. 14. Cenedus Collectan. 46. ad Decretales, num. 3. Perez de Lara in Compend. vitæ hominis, cap. 25. num. 65. & alii ferè infiniti in unum congesti à Farinacio, quæst. 17. num. 34. 35. & seqq. ubi limitat & declarat, & numer. 53. & seqq. ubi item declarat, & iterum, quæst. 30. num. 204. & consil. 32. num. 6. Cevallos etiam plures pro hac & pro contraria parte afferens, quæst. 304. tom. 1. Pichardus in §. in Summa, Instit. de Injur. num. 26. Molina de Justitia, tom. 4. disput. 40. num. 14. & vide Fachinæum, lib. 9. Controvers. cap. 45.

10 Ad numer. 9. ibi: *Poterit etiam agere ad damna, & expensas, &c.*

Quòd ultrà supradiçta debeat etiam fieri satisfactio damni & expensarum, ut hic resolvitur,

doceat Gail. Observat. 65. lib. 1. num. 2. Thesaurus, decis. Pedemontana 15. num. 8. & seq. Barbosa in Collect. cap. 14. de Judæis, & Sarrac. num. 2. & alii communiter, cujus ratio est aperta, quia quando judicium civile est de re familiari, criminale verò de vindicta, & publica ultione, tunc una actio aliam non tollit, ut docent Lancelotus in tract. de Attentatis, 2. part. cap. 4. limit. 23. num. 40. Cujacius, lib. 20. Observat. cap. 25. & 26. Pax in Praxi, tom. 1. part. 4. cap. 3. num. 26. & plures referens Farinacius, quæst. 105. num. 30. & quæst. 4. numer. 41. ubi an condemnatus civiliter pro injuria possit iterum accusari: Gregor. Lopez, lege 21. tit. 9. part. 7. Covarrub. lib. 2. variar. cap. 10. num. 7. Molina de Just. tom. 4. disp. 40. num. 19. latè Aceved. in Rubr. titul. 10. lib. 8. num. 68. & Pichardus in §. in Summa, Institut. de Injuriis, num. 13. vide etiam Farinac. quæstion. 27. num. 143. & D. Larream, decis. Granatens. 98. ex num. 69.

Ibi: *Ex quo infertur, &c.*

Vide quæ diximus suprâ, capit. 3. de Homicidio.

11 Ad numer. 10. ibi: *Quæ actio competat pro his damnis, &c.*

Et ibi: *Unde aliter, & tertio dicamus, &c.*

Actionem utilem legis Aquiliæ competere pro his damnis repetendis, & per viginti annos durare, ut hic resolvitur docent aliqui ex suprâ relatis, & Pichardus in principio Instit. de leg. Aquilia, num. 28. & in §. in Summa, Instit. de Injuriis, num. 17. ubi declarat Molina de Justit. tom. 4. disp. 40. num. 20. & meliùs, disp. 42. num. 11. ubi explicat, & vide conclus. 33. post opera Roderici Suarez.

12 Ad numerum 11. ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Quòd si offensus decedat, fiat æstimatio operarum secundùm dispositionem text. in leg. Hæreditatum, aliàs computat. ff. ad legem Falcidiam, si autem remanet vivus, sed impeditus ad laborandum, debeat fieri condemnatio pro annua quantitate præstanda pro tempore vitæ ejus, hic resolvitur diximus jam suprâ, capit. 3. numer. 39. ubi videbis, & Molinam de Justitia, tom. 4. disp. 40. num. 19. ubi etiam advertit quòd obligatio hæc ad damna, locum habet ante Judicis condemnationem in foro conscientiæ, licet secus sit in eo quod pœnale est, & tom. 3. disput. 697. ex num. 33. & disp. 698. in Pichardum in §. Item is, institut. de Oblig. qua ex quasi maleficio, &c. ex num. 20. & Farinac. quæst. 119. ex num. 93. latissimè.

13 Ad num. 12. ibi: *Unum tamen est, &c.*

Quod cicatricis nulla fieri debeat æstimatio præterquam in fœmina inupta, & in servo, vel ani-

animali; bene tamen etiam in homine libero debeat augeri condemnatio, ut hic resolvitur, docent post Bart. in *tract. de Cicatricib.* Zasius, *lege 2. respons. cap. 12.* Cacheran. *decis. 107.* Covarr. *leg. 2. Variar. cap. 10. num. 7.* Plaza in *Epitome Delictor. lib. 1. cap. 6. num. 32.* & plurimos referens, & latè explicans Farinac. *quest. 18. ex num. 97. & quest. 119. ex num. 118.* Pichardus in *§. Item is, institut. de Obligation. quæ ex quasi maleficio nascuntur, num. 28. & §. Cæterum, instit. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, num. 4.* Molina de *Justitia, tom. 4. disp. 40. num. 20.* Diana, *Resolut. moral. tom. 5. tract. 4. resol. 54.* Lessius de *Justit. lib. 2. cap. 8. ex num. 1.* Sanch. in *Cons. moral. lib. 1. cap. 4. dub. 1. num. 11.* vide Osuald. *lib. 15. cap. 24. littera I.*

14 Ad numer. 13. ibi: *Item adde circa prædicta, &c.*

Quòd remittens injuriam gratis, vel pretio, non videatur remittere damna & expensas, vel interesse, nisi aliud dictum fuerit, hic resolvitur, comprobant latè Covarrub. *Variar. lib. 2. cap. 10. num. 7.* Plaza in *Epitome Delictor. lib. 1. cap. 6. num. 40.* ubi etiam addit, quòd remittens damna, non videtur remittere expensas, Minsingerus, *observ. 10. centur. 3.* Clarus, *§. final. quest. 58. versic. Quæro modo; & ibi Baiardus num. 68.* Menoch. de *Præsumpt. leg. 3. præsumpt. 114. ex num. 11.* Mascard. de *Probat. conclus. 902. num. 29.* Gratian. *discept. cap. 518. numer. 14.* Escobar. de *Puritate sanguinis, quest. 1. §. 8. num. 16.* ubi quòd remissa injuria in foro poli, non videtur remissa publica satisfactio, de quo etiam Cenedus, *Collectan. 12. ad 6. Decret. num. 5.* Molin. de *Justit. tom. 4. disput. 142. ex num. 6.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. num. 88.* Farin. *quest. 105. ex num. 365. ubi numer. 369. & seqq.* declarat dictam resolutionem non habere locum, si plena remissio facta fuerit; ex Menoch. *dist. præsumt. 114. & aliis Fachin. leg. 10. Controver. cap. 58.* Suarez, *alleg. 23. numer. 10.* vide etiam Gutierr. de *Tutelis, part. 2. cap. 7. num. 9. & iterum Farinac. quest. 15. numer. 13.* Cancerium, *part. 2. cap. 11. num. 91.*

15 Ad num. 14. ibi: *Item adde, &c.*

Quòd si ex injuria sequatur homicidium, non possit pro ea agi civiliter, sed criminaliter, ut docet Gomez, comprobant Socinus, *consil. 137. ex num. 10.* Decius, *cons. 66.* Carrerius in *Practica, tract. de Homicidio, & assassin. §. Circa secundum, Bossius tit. de Homicidio, ex num. 107.* Covarrub. *Variar. lib. 2. cap. 9. ex num. 2.* Plaza in *Epitome Delictor. lib. 1. cap. 10.* ex quibus omnibus colliges pro homicidio pœnam mortis esse imponendam, quamvis pro damnis & interesse etiam agi possit incidenter, ut dictum manet in *cap. de Homicidio.*

16 Ad numer. 15. ibi: *Et magistraliter, & resolutivè dico, &c.*

Actionem injuriarum duobus modis tolli, primò remissione injuriæ, secundò per lapsum, anni ut resolvit Gomez, comprobant Plaza in *Epitome Delictor. lib. 1. cap. 6. num. 43.* Clarus, *§. Injuria, numer. 12.* Mascard. de *Probat. conclus. 1156. num. 24.* Covarr. *lib. 2. Variar. capit. 10. numer. 7.* Pinel. in *leg. 1. Cod. de Bonis maternis, 3. partit. in fine,* ubi de patre remittente injuriam illatam filio, Castillo in *leg. 47. Tauri, in fine, & in leg. 55. in principio,* ubi an pater possit agere pro injuria filiæ nuptæ? Barb. in *leg. Lucius, ff. Solut. matrim. ex num. 2.* Aceved. in *leg. 2. tit. 10. lib. 8. rub. 157. & seqq.* ubi de modis quibus injuria remittitur, Suarez, *titul. de los Matrimonios, num. 35. & num. 39.* (vid. *concl. 32. post opera Roderici Suarez*) Avendañus, *part. 2. cap. 21. Prætorum, num. 1.* Gratianus in *reg. 338.* ubi etiam de parte remittente injuriam filii, Parladorius, *different. 51. §. 3.* Farin. *quest. 14. ex num. 34. & cons. 98. & latius, quest. 105. ex num. 334. usque ad 383.* ubi de omnibus modis remittendi injuriam, post Mascardum; quem commendo, de *Probat. conclus. 902.* Gratian. *discept. capit. 284. ex numer. 26.* Tuschus *litt. I. concl. 164.* Molina de *Justitia, tom. 4. disp. 42.* Barbosa in *Collectan. capit. de Maledicis, num. 6.*

Item de secundo modo quo tollitur injuriarum actio, per lapsum scilicet anni, vide præter suprâ citatos, Pichard. in *§. Sed & lex Cornelia, Instit. de Injuriis, num. 7. & 8.* ubi veriore, & communiorem opinionem appellat, dicentem actionem prætoriam injuriarum annalem esse; ex lege verò Cornelia descendente, perpetuam; eum vide, & Canc. *Variar. part. 2. cap. 11. numer. 101.* Farin. *quest. 10. num. 21. & seqq. & Greg. in leg. 22. tit. 9. part. 7. glos. 1. & 2. iterum Pichard. in §. Hæc actio, Instit. de Injuriis, num. 5. & 14.* Clarus in *§. Injuria, num. 9.* Acevedum in *leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. num. 188.* Cevall. *quest. 679.* ubi an annus currat ignorantibus? Pichard. in *princ. Instit. de Perpetuis, & temporal. action. num. 20. & 37. & vide, concl. 33. post Opera Suarez.*

Et adde, quòd Princeps pro bono pacis potest remittere injurias inter unum Regnum & alterum; item damna accepta, & hoc sine consensu subditorum; Jaso & DD. in *leg. Conventionum, ff. de Pactis, & sine eo quod satisfiat subditis de bonis occupatis ab hostibus, ut ex aliis resolvit Sousa in *tit. de Pactis, quest. 1. art. 2.* vide eum, & Joannem Gratianum in *reg. 403. & Avendañum. 2. part. cap. 10. Prætor in fine, & latè Farinac. ques. 107. ex num. 6. & 8. & Thom. Sanchez in *Consil. moralib. lib. 3. cap. unic. dub. 19.***

Ad

17 Ad numerum 16. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Injuriam inferens quod possit petere cautionem de non offendendo ab injuriato, etiamsi culpa sua orta fuerit inimicitia, & quod etiam Judex ex officio possit hoc præcipere, & cautionem esse debere pro se, & consanguineis, amicis, & familiaribus, ut *hic* resolvitur, docent latè Menoch. *de Arbitrariis, cas. 139. & duob. seq.* Bernardus Diaz *regul. 510.* ubi Salcedo plures ampliationes conguessit, Plaza in *Epitome delictor. cap. 7. num. 1.* Avilès in *cap. 6. Prætor. num. 8.* Barbosa in *Collectan. leg. Denuntiamus*, ubi quod citatio, & causæ cognitio requiritur, & latissimè omninò videndus Farinacius, *quæst. 107. per totam*, ubi omnes difficultates fusissimè prosequitur ad saturitatem; & *num. 27.* refert plures tenentes quod quis cavere non teneatur nisi pro filiis, aut eis, quos in potestate habet, aut pro illis tantùm de familia, quibus prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis, & non pro aliis, Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 42. num. 12.* ubi declarat, se intelligere dictam resolutionem, ut tunc procedat quando timeretur quod illi consanguinei ipsius offensi intuitu, damnum inferrent; si verò timeretur quod aliquis consanguineus indè offensus pro se damnum inferre vellet, tunc ab eo cautio petenda est & non ab eo qui injuriam accepit, à quo ille alius non pendet in eo damno inferendo: eos vide, Cevallos *quæst. 34.* & Bobadill. in *Polit. l. 2. cap. 13. num. 43. & 44.* & latius Farinac. in *dist. 9. 107. ex num. 3.* apud quos tractatum invenies an Judex possit cogere partes ad pacem & concordiam? quod utique poterit facere post punitiorem, ut constat ex Bobad. & Farin. & aliis ab eis relatis, & Thoma Sanchez, *l. 6. cons. cap. 1. dub. 25.* vide etiam Basil. Pontium *de Matr. lib. 12. cap. 20.* ubi quod valet pactum, ne injurians possit perpetuò ingredi civitatem, de quo etiam alia *suprà, cap. 3. num. 55.*

18 Ad numerum 17. ibi: *Sed in eo resolutivè dicerem, &c.*

Cautionem juratoriam sufficere, si non possit fidejussores invenire, ut *hic* resolvitur, docent Menoch. *cas. 355. de Arbitrariis*, Avilès in *cap. 6. Prætorum*, verb. *Pobres*, *ex num. 6.* Grat. in *regul. 464.* Gutierrez. in *l. Nemo potest, n. 294.* Ceval. *quæst. 846. in fine*, & meliùs, *quæst. 66.* ubi tandem totum hoc Judicis arbitrio relinquit, Molina *de Justitia, tom. 4. disp. 42. num. 12.* & latissimè ut solet Farin. *dist. quæst. 107. ex n. 36. usque ad 44.* quem omninò videas; & *quæst. 33. ex num. 44.* Et generaliter quando cautio intelligatur cum fidejussore, vel sine eo, videndi sunt Gregor. in *l. 33. tit. 18. part. 3.* Gratian. *discept. cap. 147.* Barbosa latissimè, in *leg. 8. §. Interdum, Tom. III.*

ff. de Solutio matrimonio, num. 11. & seq. Guzman *de Evictionibus, quæst. 17. num. 17.* Farinac. *supr. & tom. 1. quæst. 33. num. 43. & seq.* Barbosa in *Collect. authent. generaliter, Cod. de Episcop. & Cleric. in fine, & in collect. cap. 19. de Restit. spol. num. 6. & 7. & in cap. 13. eodem. tit.* Salgad. *de Protect. 4. part. cap. 12. ex num. 92.* & de obligato dare talem fidejussorem an impleat dando alium æquè idoneum, vel pignora, Guzman *dist. quæst. 17.* Et an impleat dando fidejussorem extra civitatem? Gratian. *discept. cap. 230. ex num. 4. & cap. 229.* Fachinæus *lib. 12. Controv. cap. 63.* & iterum Guzm. *quæst. 2. ex num. 55.* & Hermosilla in *leg. 32. tit. 5. part. 5. glossa 1. num. 287.* ubi an qui debet dare fidejussorem impleat faciendo cautionem juratoriam? de quibus omnibus vide *suprà in cap. de Fidejussoribus.*

Ibi: *Et ex superioribus potest deduci, &c.*

Quod meretrix, seu mulier inhonesta, seu infectus morbo pestilenti potest ejici à vicinia, diximus jam, *tom. 2. cap. 3. de Locatione, & Conduct. & videri potest Farinac. in fragmentis, verb. Meretrix, num. 407.* Aceved. in *leg. 2. titul. 10. lib. 8. Recopil. num. 28. & seq.*

An pro condemnatione injuriæ habeat locum cessio bonorum? vide Baezam *de Debitore, cap. 16. num. 31. & cap. 11. num. 6.*

Item, an injuriarum actio competat hæredi, vel contra hæredem? vide omninò D. Francisc. de Amaya in *l. 10. Cod. de Jur. fisci, lib. 10. n. 14.* ubi quod post litis contestationem hæredi, & in hæredem datur, *ex l. 13. ff. de Injuriis*: Et vide *suprà, cap. 1. num. 85.* & Concer. *Variar. part. 3. cap. 11. num. 133. & seq.* ubi de virgine deflorata decedente, an transmittat ad hæredes jus petendi dotem ab stupratore? Et Matienzo *leg. 7. tit. 10. lib. 5. glos. 5. num. 5. & 14.*

19 Item adde quod injuria facta histrioni, & similibus personis, non est considerabilis, ut notat Gratian. *discept. cap. 85. num. 46.* ad quod vide Farinacium *quæst. 105. num. 176.*

CAPUT VII.

De Crimine Stellionatus.

SUMMARIUM.

- 1 *Quid sit crimen stellionatus?*
- 2 *Variæ ejus species.*

1 Finaliter & postremò adde, quòd omnia prædicta delicta publica, vel privata, sint notata, & specialia: Sed alia reperiuntur de-

licta generica, & innominata, quæ comprehenduntur sub nomine & crimine *stellionatus*: text. est capitalis & expressus *in l. 1. & per totum, ff. de Crim. stellionat.* text. *in l. 1. & per tot. Cod. eod. tit.* & utrobique communiter DD. Et adde, quod dicitur crimen *stellionatus* ad similitudinem cuiusdam animalis stellionis, quod (A) erat serpens variis coloribus stellatus & pictus; Sic delictum continet diversa & distincta facta, propter maximam diversitatem doli, quem homines in factis & negotiis committunt, & committere possunt: ita Odofr. *in Rubr. Cod. de Crimin. stellionatus*, & ibi communiter alii DD.

2 Et casus, & exempla, in quibus quis committit istud crimen *stellionatus*, sunt sequentes: Primus est, quando quis rem suam alicui obligavit, vel hypothecavit; & postea scienter, non certiorando de tali obligatione, vel hypotheca, sed eam dolosè & cum calliditate dissimulando, alteri obligavit: text. est formalis, & expressus *in l. 1. ff. de Crimin. stellionat.* & ibi communiter DD. text. *in leg. 1. Cod. eod. tit.* Quod tamen limita & intellige, quando specialiter rem obligavit vel hypothecavit prædictis duobus; secus verò si generaliter obligavit utrique bona sua, ut communiter fieri solet, quia tunc non incidit in aliquod crimen, quia quodammodo esset tollere commercium: ita tenet solus Angel. *in dist. l. 1. Cod. de Crimine stellion.* Sed certè, salva ejus pace, ego tenerem contrarium; quia in hypotheca, & aliis actibus, ex quibus quæritur vel confertur jus, tantùm valet generica dispositio quoad genus, sicut particularis quoad speciem; ut *in l. Obligationes, ff. de Pign.* text. *in l. fin. Cod. Quæ res pign. oblig. pos.* ubi fortiùs probat text. quòd generalis est majoris potentia, quàm specialis, cum extendatur ad bona futura: in quo ille text. est singularis & unicus secundùm DD. *ibi*: Quod intellige, quando res non sufficeret pro omnibus; secus aliàs; ita *l. 7. tit. 16. part. 7.*

Secundus casus & exemplum est, quando quis imposuit majus pretium tritico, vel alteri rei, quàm valeret communiter iu subhastatione publica, vel quovis alio loco, ut carius aliis venderetur: ita Bart. *in dist. l. 1. ff. de Crimine stellionat.* Tertius casus est, quando quis ostendit alicui aliquam rem alicujus generis & bonitatis, vendendam certo & determinato pretio, & postea ostendit ei aliam ejusdem generis, sed non æquæ & similis bonitatis in substantia: text. est *in leg. 3. vers. Sed & si quis, ff. de Crimin. stell.*

& ibi communiter DD. & probat prædicta *lex part.* Quartus casus notabilis & genericus sit, quando quis commisit dolum in præjudicium alterius in quolibet actu vel contractu: quia ultrà actionem civilem, quæ datur & competit parti ad interesse, *per totum tit. ff. & Cod. de Dolo*, tenetur etiam qui commisit dolum crimine *stellionatus*, ut pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniatur: Ita probat text. *in dist. leg. 1. ff. de Crimine stellionat.* & ibi Glos. ordinaria, Bartol. Alber. Angel. & communiter DD. & idem probat & disponit *lex 7. & 8. tit. 16. part. 7.* ubi per te vide alia exempla hujus criminis.

* Et adde, quod alius casus potest esse, quando mulier utitur vestibus masculi, vel è contra, ad committendam libidinem coloribus: Et jam iste casus mihi contigit de facto in hac civitate Salmantina in quadam muliere libera; & dicerem, quòd si copula est punibilis, aggravatur ex hoc: si verò non est punibilis, puniretur iste excessus; quia respicit dolum in genere & quandam falsitatem: & ita practicatur in hoc regno. Item adde, quòd alius casus erit in publico lenone, qui habet curam & custodiam alicujus publicæ meretricis, & acquirit lucra ejus, vel partem; nam punitur pœna flagellorum pro prima vice, & pro secunda pœna exilli perpetui; & pro tertia, pœna mortis: ita *leg. fin. tit. 14. lib. 8. Ord.* & dicitur meretrix, ut dixi *in leg. 62. Tauri.* *

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur materiam explicantes.
- 2 Quid sit crimen *stellionatus*, & an illud committat qui tacuit obligationem generalem, & quid de contractu nullo?
- 3 De aliis modis committendi *stellionatum*, & de ea qui vendit rem suppositam censui.

1 **M**ateriam criminis *stellionatus* explicant, præter ordinarios *in hoc tit. Cod. & ff. Bossius in pract. tit. de Stellionatus crimine*, Menoch. *de Arbitr. cas. 381.* Greg. *in l. 10. tit. 3. part. 5. & in l. 7. & fin. tit. 16. part. 7.* Osuald. ad Donellum, *lib. 18. cap. 8.* Petrus Gregor. *in Syntagm. lib. 39. cap. 3.* Tiberius Decian. *lib. 3. cap. 17.* Tuschus *lit. S. conclus. 691 per totam*, Farin. *quæst. 150. num. 219. & seq. & num. 288.*

(A) Plin. *lib. 30. cap. 10.* vafrum animal læcætae haud dissimile, & guttris stellatis distinctum inquit, cuius etiam Apulejus *Apolog. 1. & column. lib. 9. cap. 7.* meminere, illud istat re-

liquorum serpentium veluti suum senium exuere in litteras mittunt, & de hoc crimine videque latè scribit Ægid. Bos. *in titul. de Crimine stellionatus.*

& *quest.* 168. *num.* 16. & *in fragmentis*, verb. *Creditor*, & *cons.* 7. *lib.* 1. ubi quod non agitur criminaliter quando per actionem civilem, ex contractu potest satisfieri; & *consil.* 96. *num.* 19. & *seq.* & *decis.* 138. *lib.* 1. *in Additione*, ubi de vendente rem duobus, & alia; optimè *Parlador*. *differ.* 132. *num.* 4. & 5. & *in §.* 1. *ibid.* *Bolanus in Curia Philippica*, *tom.* 2. verb. *Hypotheca*, *num.* 16. ubi quomodo purgetur crimen stellionatus, *Lasarte de Gabellis in additionibus ad capit.* 16. *num.* 10. ubi quod committitur hoc crimen, si præconicetur majus præterquam quod revera oblatum est: iterum de hac materia *Farinacius quest.* 19. *ex num.* 33. & *quest.* 26. *num.* 28. ubi de fingente se divitem, cum sit pauper, *Pradilla de lege Pœnali*, *part.* 2. *cap.* 7. & *cap.* 45. *num.* final. ubi quod crimen stellionatus committit qui debitum solutum iterum pœtit, *Villadiego in Politica in forma libellandi in hoc crimine stellionatus*, *Molina de Justitia*, *tom.* 5. *disp.* 9. *num.* 26. apud quos materiam fusissimè explicatam inveniens, & apud *Pichard.* *in §.* *Injuria*, *Institut. de leg. Aquil.* *num.* 64. ubi explicat in quo consistat natura hujus delicti: *Salgado in Labyrintho*, *part.* 1. *cap.* 14. *ex num.* 98. ubi quod quando materia contractus ex ordinata potius ad dolum quàm ad nulliter contrahendum, potest agi criminaliter ad pœnam stellionatus. Et denique de hoc crimine stellionatus vide quæ latè scribit *Ægid. Bos.* *in tit. de Crimine stellionatus.*

2 Ad *num.* 1. *ibi*: *Primus est*, &c.

Quod crimen stellionatus committat, qui rem prius obligatam specialiter, vel generaliter alteri eam obligavit, tacendo priorem hypothecam præterquam si res sufficeret pro utroque debito, resolvit *Gomez in præsent.*, & comprobatur *Pichard.* qui alios refert *in manuactionib. ad praxim* 3. *parte*, §. 4. *num.* 116. ubi ait crimen stellionatus committi prædicto casu, si quis bona aliqua vendit, quæ antea sub generali obligatione comprehensa fuerant, asserens ea libera, & vacua vendi, esseque ab omni onere, & obligatione immunia (ut verbis *Pichardi* utar) vide eum, & *Aceved. in leg.* 2. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recop.* & *Villadiegum in Politica in forma libellandi in criminali*, *num.* 8. *vers.* *Tes de notar.*, qui contrarium videntur tenere, & vide *Didacum Gomez Bayo*, *lib.* 2. *sue Praxis*, *quest.* 143. ubi cum nostro *Gomez* transit, *num.* 2. vide etiam *Pichard.* *in §.* *Aliquando*, *Institut. de Obligat. quæ ex delicto*, *num.* 10. & *Escobar*, *de Puritate sanguinis*, *part.* 2. *quest.* 4. *art.* 4. §. 2. *num.* 57. ubi quod non committitur hoc crimen in contractu nullo.

3 Item de aliis modis quibus committitur crimen stellionatus præter suprâ relatos, *num.* 1. vide *Villadieg.* *dist.* *num.* 8. ubi eos refert, & *Scac-*

Tom. III.

ciam de Sententia, & *re judicata*, *cap.* 1. *glos.* 1. *quest.* 1. *sub n.* 5. & *de Commertiis*, §. 2. *glos.* 5. *num.* 380. & 381. ubi de mandatario emente rem nomine proprio, quod teneatur crimine stellionatus, idem *Scaccia in dist. tract. de Sententia*, & *re judicata*, *glossa* 14. *quest.* 19. *num.* 47. ubi quod pendente causa civili super actione in factum quæ oritur adversus eum, qui bis idem exegit, non potest intentari actio criminalis ex stellionatu, cum illa civilis sit præjudicialis criminali, & *Salgado in Labyrintho*, 1. *part.* *cap.* 14. *ex num.* 92. ubi quod crimine stellionatus tenetur debitor, cujus bona sunt in concursu, & administratione, si super eis aliquid disponat.

Item si quis rem censui consignativo obligatam vendit, tenetur crimine stellionatus, & præterea rem venditam liberare debet, cum non liceat emptori à contractu discedere invito venditore, nisi census esset perpetuus, *Gutierrez*, *lib.* 2. *quest.* 169. *Rodriguez de Redditibus*, *lib.* 2. *quest.* 22. *num.* 49.

CAPUT VIII.

De Exilio & Relegatione.

SUMMARIUM.

- 1 Si exilium imponitur, & non servatur, qua pœna puniatur?
- 2 An exilium, vel tempus exilii censeatur perpetuum, vel interpolatum?
- 3 Si iudex imponit pœnam exilii dicendo: *Condemno Titium ad tempus, simpliciter nulla facta mentione temporis, pro quo tempore videatur exulatus?*
- 4 Durante tempore exilii, an possit iudex concedere licentiam redeundi?
- 5 Si exilium est impositum per iudicem ad beneplacitum, & voluntatem suam, an mortuo iudice, vel ab officio remoto, censeatur revocatum exilium?

1 **S**ED quia in delicto injuriæ, & in aliis delictis, in quibus imponitur pœna arbitraria, regulariter imponitur pœna relegationis: idè volo istam materiam & articulum notabiliter & perfectè attingere & declarare. In quo resolutivè dico, quod aliquando, & primo iudex imponit pœnam exilii ad certum & determinatum tempus: & tunc illud debet condemnatus servare adèd, quod si fecerit contrarium, & ingrediatur locum à quo exulatus est, duplicatur sibi tempus exilii, quod superest: text. est formalis & expressus *in l. aut Damn.* §. *Quisquis*, *ff. de Pœnis*, cujus verba sunt: *Quisquis autem in opus publicum dam-*

natus refugit, duplicato tempore damnari solet; sed duplicare eum id tempus oportet, quod ei superest cum fugit, scilicet ne illud duplicetur quo apprehensus in carcere fuerit, & ibi ad hoc notant & commendant Bart. & commun. DD. facit textus in §. *Temporales*, *Instit. de except.* & ibi Gloss. ordin. Si verò per decennium sit exulatus perpetuabitur exilium: si verò in perpetuum sit exulatus, punitur poena mortis: text. est in *leg. Relegatorum*, vers. *Planè*, ff. *de Inter. & relegat.* text. in *leg. Relegati*, ff. *de Pœnis*, & utrobique communiter DD. & idem disponit, *leg. 10. tit. 31. part. 7.*

Et adde, quòd istud tempus exilii semper censetur esse continuum, non verò interpolatum; argumento text. in *leg. cap. 5. ff. de Adulterii*, text. in *leg. Relegati*, ff. *de Pœna*, text. in *leg. fin. §. Quoties*, ff. *de Public. & vestig.* & in terminis ita tenet Glos. singular. & unica in *Rubr. ff. de Divers. & tempor. præscript.* ubi ponit regulam & doctrinam generalem, quòd in dubio omne tempus positum à lege est continuum, & non interpolatum: quam ibi ad hoc summè notant & commendant DD. & dicit unicam Imol. in *Clem. 1. de In Integr. rest. col. 4.* Philip. Franc. in *cap. 2. de Tempor. ordin. lib. 6.* similis etiã Glos. est in *capit. 2. de Tempor. ordin. lib. 6.* & ibi DD. tenent etiã Ang. de Perùs. Philip. Decius & Moderni in *leg. Si idem cum eod. ff. de Juris. omni jud.* Nec obstat text. in *leg. Paulus*, §. *fin. ff. de Lib. caus.* ubi habetur, quòd si dominus concessit libertatem servo in vita, vel morte, si serviat Titio per triennium, & medio tempore confugit; poterit complere illud triennium post reversionem, & efficitur liber: Imò, etiã si dominus dicat quòd serviat per triennium continuum, habet locum & procedit illa dispositio: & ad hoc illum text. reputat singularem & unicum Roman. in *leg. fin. §. Quotiens*, *de publ. & vestig. col. 2.* Jas. in *leg. Si idem cum eod. ff. de Juris. omn. judic.* Quia ad illum textum dupliciter respondeo: Primo modo, quòd procedit favore libertatis. Vel aliter & secundo, quòd post reversionem debet per triennium servire, in quo non computatur primum tempus: ita singulariter tenet & respondet Philip. Decius in *dist. 1. Si idem cum eod. ff. de Jurisd. omnium judic.* Pro qua sententia & resolutione facit text. notabilis in *l. Cum hæres*, §. *Stichus si hære-*

di, ff. *de Statu liber.* ubi etiã in libertate tempus appositum sub conditione debet esse continuum; ex quo infero, quòd tempus carceris, quòd ponitur blasphemanti per *prag. 1.* debet esse continuum. Item adde, quòd si transacto tempore exilii dubitetur, an condemnatus illud impleverit, vel non? ei qui asserit, proponit, vel deducit illud in iudicio causa intentionis suæ, incumbit onus probandi, sicut in ætate allegata, in qua quis se fundat: ita probat textus in *leg. Si min. Cod. de In integr. rest.* & ibi communiter DD. & in terminis ita tenet Bart. in *leg. Releg. ff. de Pœnis*, 1. *col. & quæst.* & ibi alii DD. Item adde, quòd tempus quo quis extitit in carcere non computatur in tempore exilii: textus est in *dist. leg. Aut damnus*, §. *Quisquis*, ff. *de Pœnis*, & ibi tenent Bart. & communiter DD.

* De hoc vide textum qui probat contrarium in *leg. Omnes*, *Cod. de Pœnis*, & ibi DD. ubi expressè dixit, quòd tempus quo quis stetit in carcere debet computari in exilio: Sed dicas, quòd ille text. debet intelligi, quando talis delinquens stetit in carcere post sententiam & condemnationem: & apertè colligitur ex illo text. & ex mente Glos. & DD. ibi: *Qui ante non datur ad pœnam*, sed ad custodiam. *

Item adde, quòd nedum iudex potest ponere pœnam exilii; sed etiã ex causa potest delinquentem condemnare, ut sit in tali loco, civitate, vel domo: text. est in *leg. fin. ff. de Interdict. & releg.* cujus verba sunt: *Potest præses quemdam damnare; ne domo sua procedat*, & ibi communiter DD. Item etiã potest condemnare, quòd non accedat vel transeat per talem locum, vel viam: ita probat text. in *leg. Mortis*, vers. *Sunt autem*, ff. *de Pœn.* & tenet Bart. in *leg. Quod jussit*, ff. *de Jurejurand.* & ibi Moderni.

Aliquando & secundo iudex imponit pœnam exilii ad tempus, dicendo, *Condemno Titium in pœna exilii ad tempus*, nullo determinato tempore; & tunc intelligitur exulatus per tempus decem annorum: text. est singularis & unicus in iure in *l. Sine præfinito*, ff. *de Pœn.* cujus verba sunt: *Sine præfinito tempore in metallum dato imperitia dantis decennii tempora præfinita videntur*, & ad hoc reputat singularem, & fortè non alibi Bart. ubi notant & commendant cæteri DD. & illum text. ad hoc (A)

re-

(A) Extollunt etiã hunc textum Plat. in *l. Nemo*, n. 6. & 8. *Cod. de Exact. tribut.* Dec. in *cap. ex lit. num. 10. de Const.* Jas. in *l. 5. n. 38. ff. de Re jud.* & in §. *Curare n. 36. instit. de Action.* Lud. Gomez in §. *Quadam*, n. 22. *illo eod. tit.* & certè text. hic in *leg. fin. Præfinito 23. ff. de Pœn.* tum singularis haberi debet, tum intelligendus omnino est, si verum amamus, & jurisconsulti verba contorquere & ariolationibus fœdare nolumus,

non solum cum iudex sententiam ita dixit, te ad tempus relego, seu in exilium damno, verum etiã cum simpliciter absque ulla temporum mentione in exilium aliquem condemnavit, nec argumenta in contrarium adducta quidquam obstabunt, cum sit hic casus specialis: denique, & Accurs. & alii non Proletarii interpretes sic etiã non semel sensisse videntur, quidquid noster Gomez aliter constituat.

reputat singularem, & unicum Bald. *in cap. Ex litteris de Coast. penultim. column. & ibi Felin. 6. column. num. 9.* idem Bald. *in leg. 1. Cod. de Postulando. 1. column. in medio.*

Aliquando & tertio iudex imponit pœnam exilii simpliciter, nulla facta mentione temporis, dicendo: *Condemno Titium delinquentem in pœna exilii*: & tunc intelligitur exulatus in perpetuum: textus est qui sic debet intelligi *in leg. Servus. Cod. de Pœnis*, & ibi ad hoc notant & commendant Petr. Cyn. Bart. Alber. Bald. Ang. Salyc. & communiter DD. Confirmatur, quia iudex vel officialis positus ad beneplacitum, in dubio censetur perpetuus: textus est bene notandus *in leg. Juris imperitos. ff. de Excusat. tutor. facit etiam textus in leg. Nisi finita. ff. de Tut. & ratio distra. textus in leg. Sufficit. ff. de Condit. indebit. & facit doctrina Bart. & communis in leg. de Pupillo. §. Si quis ipse prætori. ff. de Novi operis nunc. 3. col. & quæst.* Unum tamen est: quod in omnibus prædictis casibus talis pœna exilii debet intelligi intra terminum & locum jurisdictionis ipsius iudicis, qui sententiam protulit; non verò in alio: Quod tamen notabiliter intellige & declara de loco, & jurisdictione penitus extranea, in qua reus delinquens nullum habeat domicilium: secus tamen est si ea haberet domicilium; ut si iudex domicilii & habitationis condemnavit eum in pœna exilii; quia poterit dicere & declarare quod condemnet eum in pœna exilii à loco originis. Item etiam iudex loci ubi commissum est delictum poterit condemnare in pœna exilii à loco & jurisdictione ubi delictum est commissum, & à loco originis, & à loco habitationis: textus est valde notabilis & quotidianus *in leg. Relegatorum. §. Intercedere, cum §. seq. ff. de Interdictis, & relegat. & ibi notant Bartol. & communiter DD.*

4 Item adde, quod durante tempore exilii non potest iudex concedere licentiam redeundi, sed solus princeps: textus est *in leg. Relegari. ff. de Pœnis, in fin.* cujus verba sunt: *Et nemo potest commeatum, remeatumve dare, nisi Imperator ex aliqua causa*, & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alber. & communiter DD. Idem Bartol. *in leg. Centesimis. §. final. ff. de Verb. obligat.* ibi Jason. *fin. column.* Confirmatur, quia iudex postquam semel iudicavit, functus est officio suo: textus *in leg. Iudex postea quam. ff. de Re iudicata, textus in leg. Cum quærebatur, eodem tit. textus in leg. Paulus, la 1. eod. tit. textus in leg. Divi fratres. ff. de Pœnis*, textus *in leg. 2. Cod. de Sentent. ex peric. recit.* unde ex post facto non poterit sententiam tollere, mutare, nec in aliquo alterare. Item etiam confirmatur per textum singularem *in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæstion. 1.* ubi habetur, quod si ju-

dex condemnavit aliquem ad mortem, & post sententiam constet & appareat de innocentia ejus, non potest ipse absolvere, nec revocare sententiam; sed requirendus est princeps: & ad hoc notant & commendant ibi Bart. & communiter DD. & dicit singulare Salyc. *in leg. Et si severior. Cod. Ex quib. caus. infam. irrog. penult. column.* Sed hodie in nostro regno ipse iudex potest absolvere, & sententiam propriam revocare; ita probat *lex 4. tit. 30. part. 7.*

5 Aliquando & quarto iudex imponit pœnam exilii ad beneplacitum & voluntatem suam, dicendo: *Condemno Titium in pœnam exilii donec voluero*, vel *donec fuerit voluntas mea*: & talis sententia & condemnatio bene valet. Sed dubium pulchrum & necessarium est, ad mortuo iudice vel ab officio remoto, videntur revocatum exilium? Et videtur quod non, imò, quod in perpetuum duret & remaneat Titius relegatus: argumento textus *in leg. Centesimis. §. final. ff. de Verb. oblig.* ubi habetur, quod in contractibus, si actus vel dispositio confertur in voluntatem alicujus contrahentis, per mortem videtur nolle, & sic contradicere: & sic sententia videtur recipere istam significationem, propter sensum verborum. Vel aliter & secundo videtur dicendum, quod talis pœna exilii sit ipso jure revocata & finita: Primò, quia quando voluntas ponitur ad durationem & perseverantiam alicujus actus, semper illa voluntas cessat & finitur morte: textus est *in leg. 4. ff. Locati*, ubi, si quis locavit, vel in precarium concessit alteri domum, vel rem, *quoad vel donec voluerit*; statim ac moritur censetur nolle, & revocare contractum; & ad hoc notant & commendant: ibi Bart. Paul. Fulgos. & communiter DD. text. *in leg. Mandatum. Cod. Mandati, text. in leg. fin. ff. de Solut.* ergo in nostro casu & quæstione eatenus durabit pœna exilii, quatenus durat voluntas iudicis, seu illa cessat per mortem: ergo, &c. Tertio pro hac parte facit textus *in leg. 3. ff. de Judic. solvi*, ubi habetur, quod fidejussor, qui promissit solvere quod iudicatum fuerit per certum iudicem, non tenetur solvere quod iudicatum sit ab alio: imò, quod magis est, hoc procedit etiam si iudicatum fuerit per iudicem appellationis: text. est *in leg. Cum apud. ff. eod. tit. Judic. solv.* quem ibi ad hoc reputant singularem Bart. Paul. & communiter DD. text. *in leg. final. ff. Qui sine manu ad liber. perven.* ubi, si quis vendit ancillam facto apposito, ut *emptor manumittat quando velit*; dicitur velle per mortem: si verò dicatur, ut *manumittat quam primum possit*; modicum tempus spectatur: si verò simpliciter dicitur, quod *manumittat*; tunc tenetur infra duos menses manumittere; & idem disponit *leg. 45. tit. 5. part. 5.* Quintò facit textus *in leg. Idem Pomponius scribit,*

bit, si frumentum. ff. de Rei vendit, ubi probatur, quòd declaratio animi est personalissima, & non transit ad hæredes: & ibi notant Glossa ordinaria, & communiter DD. textus in leg. Inter stipulantem. §. Si Stichum. ff. de Verb. obligat. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet originaliter Petrus, in dict. leg. Centesimis. §. final. & ibi Bartol. penultim. column. & quæst. Angel. Imol. Paulus Jas. & communiter Modern. Cyn. in leg. final. Cod. de Contrahend. empt. final. column. & quæst. & ibi Alber. Bald. Salycet. & alii DD.

Sed, his non obstantibus, ego teneo tertiam contrariam sententiam: imò, quòd tali casu exilium non sit perpetuum per mortem iudicis, nec sit revocatum nec finitum, sed duret exilium eo modo quo antea, & facultas & voluntas revocandi transeat ad successorem in officio: Primò, quia censetur idem tribunal & iudicium; quòd non expirat per mortem alicujus iudicis, sed transit ad aliud; & primus iudex, qui posuit poenam exilii ad beneplacitum & voluntatem suam, non est ausus ponere ad suam propriam tanquam privatam personam, sed tanquam publicam iudicis, qui secundum qualitatem delicti possit exilium extendere, vel revocare; & per consequens talis facultas & voluntas debet transire in iudicem successorem in officio, argumento textus in leg. Mortuo iudice. ff. de Judic. textus in leg. Proponebatur, eodem tit. juncta Glossa ordinaria & communi opinione, textus in leg. Meminisse. ff. de Offic. Procons. & legat. textus in leg. Quod princip. ff. de Legat. 2. textus in cap. Quoniam cum Abbas, in materia de Officio delegati, textus in leg. Annuæ. §. à Titia. ff. de Annuis legat. Confirmatur ratione: quia in dubio semper actus vel dispositio debet intelligi secundum qualitatem personæ proferentis, & non aliàs, ut in leg. Plenum. §. Aquitii. ff. de Usu & habitatione, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. Secundò principaliter pro hac mea sententia & opinione facit text. notabilis in proposito in cap. Si super gratia, de Offic. delegat. in 6. ubi disponitur, quòd licèt regulariter actus commissus iudici delegato, cesset & finiatur per mortem delegantis; tamen, si ille actus est accessorius & executivus ad ipsam causam principalem agitam coram primo iudice delegante, non finitur nec extinguitur ejus morte. Confirmatur adhuc ratione: quia licèt morte mandantis expiret mandatum; tamen, quando committitur & mandatur executio accessoria alicujus actus principalis, non expirat nec finitur morte: text. est singularis & unicus in leg. Fandi venditor. §. final. ff. de Acquir. posses. quem ibi ad hoc notant & commendant Bartol. & communiter DD. & reputat singularem & fortè non alibi Paul. de Cas-

tro. Nec obstant fundamenta contraria, pro communi opinione adducta: Quia procedunt & habent locum, quando actus vel dispositio ponitur in animo & voluntate alicujus privatæ personæ; non verò aliàs, ut in nostro casu. Nec obstat etiam textus in leg. 3. ff. Judicatum solvi. Quia loquitur in actu obligativo ex parte personæ privatæ proferentis, quæ expressè & specialiter se retulit ad certam sententiam à certo iudice proferendam, & non fuit animus nec voluntas ejus aliter obligandi: unde necessariò ad aliud non extenditur obligatio: Secus verò in nostro casu & quæstione, ubi actus fuit gestus à iudice tanquam à publica persona, & habuit respectum ad delictum & ejus qualitatem, & in dubio ejus virtus & effectus debet transire ad successorem in officio per fundamenta mea: Et certè ista est vera & juridica opinio, & esset tenenda legendo, judicando, & consulendo.

* Advertendum tamen, quòd in hac materia exilii est pulchrum & singulare dubium. Si iudex condemnavit aliquem in pœna exilii; &, si illud non adimpleat, condemnavit in pœna corporali vel pecuniaria, an valeat & teneat sententia, vel non? Et videtur quòd sit nulla, quia est contra legem, quæ disponit, quòd tantum duplicetur tempus, ut suprà dictum est; item, quia sententia lata contra legem scriptam est ipso jure nulla, ut in leg. Cum protatis. ff. de Re judicata, cum similibus. Item, quia inferior non potest tollere legem superioris: item ex aliis rationibus juris. Sed his non obstantibus, teneo contrarium, imò, quòd talis sententia & pœna valeat, & teneat, quia jura in præsentem allegata procedunt & debent intelligi, quando in ipsa sententia non ponitur aliqua pœna condemnato; secus verò si pœna per iudicem imponatur; quia illa est servanda, & ita quotidie fit & practicatur. *

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur, qui hanc materiam explicant.
- 2 Exilium non implens qua pœna puniatur?
- 3 Tempus exilii debet esse continuum.
- 4 Exilium ad tempus, vel sine eo, quomodo intelligatur?
Exilium debet esse, & intelligi de locis intra jurisdictionem iudicis.
- 5 An iudex durante tempore exilii possit remittere illud?

Exi-

- 6 *Exilium voluntarium an Judice defuncto, seu remoto ab officio, revocatum censeatur.*
Exulatus à civitate, & ejus territorio, an possit habitare in locis exemptis à jurisdictione, & an suburbis, & quid in populo augmento postea?
Exilii pœna an sit corporalis?
Exul si moriatur, an cadaver possit adduci ad locum exilii.
Exul à civitate an possit per eam transire?
Exul conservat domicilium loci à quo exulat.
Exilium implet qui est incarceratus propter debita.
An maritum exulem debeat uxor sequi?

1 **D**E hac materia agunt præter ordinarios in propriis locis, Farinacius *quæst.* 19. *ex numer.* 16. & *quæst.* 87. *numer.* 67. & *quæst.* 107. *ex num.* 267. & in *fragmentis*, verb. *Bannire*, *num.* 69. & *sequentes*. Castillo in *leg.* 49. *Taur.* verb. *Desterrados*, Clarus, §. *final. quæst.* 71. Menoch. *casu* 530. Lara de *Anniversariis*, *cap.* 21. *ex num.* 84. & *cap.* 5. *num.* 37. Avilès in *Proæmio cap.* Prætor verb. *Islas*, & in *cap.* 2. verb. *Camara*, *num.* 6. Barbos. in *leg.* *Quia tale*, ff. *Solut. matrimon.* *numer.* 91. iterum Farinac. *quæst.* 20. *num.* 130. Bobadilla in *Politic. lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 181. & *cap.* 10. *num.* 32. Avenañ. de *Exequendis mandatis*, 1. *part.* *cap.* 17. *ex numer.* 9. Piguera in *Praxi Crimin.* *cap.* 41. Bernard. Diaz in *Pract.* *cap.* 126. Paz, in *Praxi*, *tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *ex numer.* 190. Didac. Gomez Bayo in *Collect.* verb. *Exilium*, ubi plura Aceved. in *leg.* 8. *tit.* 18. *lib.* 4. ubi an sit causa civilis, vel criminalis, ubi imponitur pœna exilii? Tusch. *lit. R. conclus.* 130. & *littera B. conclus.* 18. & *seq.* Narbona de *Ætate ann.* 10. *quæst.* 9. *num.* 24. ubi an successerit exilium in locum deportationis, aut relegationis, & quòd non infligitur minori decem annis cum dimidio.

2 Ad numerum 1. ibi: *Duplicatur tempus exilii, &c.*

Exilium non implens quòd ei duplicetur tempus quod superest, & si erat decennium perpetuetur exilium, si verò in perpetuum, sit exulatus puniatur pœna mortis, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. *final. quæst.* 17. *numer.* 13. Menoch. de *Arbitr. casu* 530. *ex numer.* 15: (qui in aliquib. dissentit) Villadieg. in *Politic. cap.* 3. *num.* 333. Gratian. *Disceptation. cap.* 226. *num.* 35. & 43. ubi quid si exilium frangat effectus postea Clericus, vel è contra à quo Judice possit puniri: Piguera de *Decis. Criminali*, 41. *ex num.* 1. Gregor. in *leg.* 10.

tit. 31. *part.* 7. Bernardus Diaz in *Pract.* *cap.* 126. Paz in *Praxi*, *tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *numer.* 109. & *seqq.* latè Farinacius in *Fragmentis*, verb. *Bannitus*, *num.* 83. & *seqq.* ubi *num.* 87. advertit, quod in hac duplicatione temporis non computatur, nec duplicatur tempus, quo quis stetit in carcere, sed tantum computatur tempus quo quis exilium non servavit (de quo etiam Bolanus in *Curia*, 2. *part.* verb. *Prelacion*, *numer.* 65.) & *num.* 98. iterum advertit ipse Farinacius, quod ille qui exilium debebat implere, debet probare implevisse, cum sufficiat ex altera parte negari & *num.* 90. cum Menochio *supradicto casu* 530. *num.* 5. & Piguera, & aliis docet, non esse imponendam pœnam mortis non implenti exilium perpetuum, eum vide, & Thomam Sanchez in *Consil. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 19. ubi an peccet moraliter frangens exilium? & novissimè Narbona de *Ætate*, *quæst.* 45. *num.* 3. ubi de minore non impiente exilium.

3 Ad numerum 2. ibi: *Quod istud, tempus exitii, &c.*

Tempus exilii debere esse continuum, & quod non computetur tempus, quod exitit in carcere, ut hic resolvitur, præter ea quæ diximus *suprà cap.* 1. *hoc tom.* 3. agentes de Blasphemia, comprobatur ex eo, quia regulariter tempus intelligitur continuum, ex latè adductis per Antonium Bardum in *tract. de Tempore utili, per totum*, Menochius de *Recuperanda possess. remed.* 1. *num.* 450: Cardoso in *Praxi*, verb. *Tempus*, Gujacijs, *lib.* 2. *Observationum*, *cap.* 18. Tiraq. de *Retrahtu lignagier*, §. 1. *glos.* 11. *numer.* 21. Amaya, *lib.* 1. *Observationum*, *cap.* 10. *num.* 5. ubi *num.* 7. & *seqq.* explicat contra alios, text. in *leg.* *Paulus* 38. §. *finali*, ff. de *Liberali causa*, hoc loco adductum à nostro Gomez, quem videas, & Avilès in *cap.* 25. *Prætorum*, verb. *Dispensare*, *num.* 7.

4 Ad numerum 3. ibi: *Et tunc intelligitur exulatus, &c.*

Exulatum ad tempus intelligi usque ad decennium, exulatum autem simpliciter in perpetuum exulatum censerit, ut hic resolvitur, docent Peguera, *decis. Criminali* 41. *num.* 11. Bayardus ad Clarum, *quæst.* 71. *num.* 9. Tuschus, *lit. B. conclus.* 15. *num.* 1. & *seqq.* Gomez Bayo in *Praxi*, *cap.* 24. *num.* 176. Paz in *Praxi*, *tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *ex num.* 109: in §. 12. Vantius de *Nullitate ex defectu processus*, *num.* 95. Farinacius in *Fragmentis*, verb. *Bannitus*, *num.* 79. & *seq.* & quod exilium simpliciter impositum intelligatur de præciso, non de voluntario, docet Salgad. de *Præcept.* *part.* 4. *cap.* 12. *num.* 84. post Parlador. *tom.* 3. *quæst.* 17. *num.* 6.

Ibi: *Unum tamen est, &c.*

Exilium debere esse & intelligi de locis intra ju-

jurisdictionem Judicis, cum declaratione nostri Gomez, & non ultra, comprobant Clarus in §. *fin. quest. 71. num. 4.* Bobadilla, *lib. 2. cap. 21. num. 210.* Farinacius *suprà*, verb. *Bannitus*, ex *num. 69.* ubi *num. 70.* docet cum multis gravissimis Doctoribus, quod hoc de consuetudine non servatur: imò Judices posse bannire etiam extra locum suæ jurisdictionis; & vide etiam eundem in *consil. 113. ex num. 9. lib. 2.* & Gregorium in *leg. 5. tit. 31. part. 7. glos. 1.* Matienz. in *leg. 2. tit. 1. lib. 5. Recopil. glos. 3. num. 2.* ubi ex multis legibus hujus Regni probat quemlibet Judicem posse imponere pœnam exilii à toto Regno.

5 Ad numerum 4. ibi: *Non potest concedere licentiam redeundi, &c.*

Non posse Judicem dare licentiam redeundi durante exilio, sed solum Principem id posse facere, ut hic resolvitur, docent Afflictis, *decis. 4. per totam*, Avendañus, *cap. 7. Prætorum, ex numer. 9.* Farinac. *quest. 6. num. 10. & seq.* ubi *num. 14.* ait, ex magna, & legitima causa posse dictam remissionem facere Judicem ordinarium, & *quest. 11. ex num. 12.* Bobadilla in *Politica, lib. 2. cap. 16. ex num. 122. & cap. 21. num. 211.* ubi etiam addit Judicem ordinarium qui succedit in locum alterius, posse remittere exilium voluntarium impositum per prædecessorem, Avilès in *cap. 1. Prætorum*, verb. *Derechamente*, *numer. 7. & in cap. 2. Prætorum*, verb. *Camara*, *numer. 6.* ubi an Domini temporales possit exilium remittere? de quo etiam Bobadilla in *Politica, leg. 2. cap. 16. num. 124.* ubi ait, Dominos inferiores recognoscentes Superiorem non posse exilium præcisum remittere: Acevedus in *leg. 15. tit. 5. lib. 2. Recopilationis*, ubi probat, eandem conclusionem, nisi tales Domini inferiores hoc habeant de consuetudine; & addit se credere, quòd si exulatus esset pauper ex causa levi, & ex parte satisfactum esset, posset Judex, si aliter ipse exulatus commodè sustentari non posset quàm in patria illa exilium remittere, vide etiam Cancerium, *Variarum part. 2. cap. 2. num. 115.* Menochium de *Arbitr. quest. 92.*

6 Ad numerum 5. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Exilium voluntarium non finiri morte Judicis illud imponentis nec remotione ejus ab officio, sed eandem voluntatem transire ad successorem in officio, ut hic resolvitur, docent Clarus §. *fin. quest. 71. num. 14.* ubi Bajardus, *num. 32.* Caball. *Resolutione criminal. 8. ex numer. 60. & casu 143. ex num. 7.* Tuschus *lit. B. conclus. 89.* Barbosa in *leg. Quia tale, ff. Solutio matrimonio, num. 91.* Menoch. de *Arbitrariis, quest. 69.* & alii relati à Farinacio in *Fragmentis*, verb. *Banniti*, *num. 74. & seqq.* & iterum,

num. 99. & seqq. ubi videtur distinguere, quòd si voluntas, & beneplacitum est tanquam personæ particularis, expirat morte ejus; secus verò si est tanquam Judicis & personæ publicæ; sed profecto in hoc casu videtur mihi voluntatem, & beneplacitum esse intelligendum tanquam Judicis, & personæ publicæ, quia ut talis condemnat & pœnam exilii imponit, vide eum & Gutierrez, *lib. 3. quest. 11. num. 20.* & Farinacium, *quest. 87. num. 67.*

Item an exulatus à civitate, & ejus territorio possit habitare in villa exempta jurisdictione civitatis? vide Bobadillam, *lib. 5. cap. 10. num. 32.* Menochium de *Arbitrariis, lib. 1. casu finali, ex num. 16.* Avilès in *Proœmio, cap. Prætorum*, *glossa Islas, ex num. 6.* & quid in suburbis? Lara de *Annivers. cap. 21. num. 84.* Avilès *suprà*, ubi etiam quid in populo augmentato postea.

Item an exilii pœna sit corporalis, Acevedus in *leg. 2. tit. 19. lib. 8. Recopilationis, numer. 1. & in leg. 8. tit. 18. lib. 4.* Bobadilla *libro 5. cap. 1. num. 128.* Salgad. de *Proteccione, 2. part. cap. 4. num. 165. & seq.* Cancer. *Variar. 3. part. cap. 17. num. 167.*

Item si exulatus moriatur, an ejus cadaver possit adduci ad locum exilii, vide Rojas de *Hæreticis singulari 62. num. 6.* Lara de *Anniversar. lib. 1. cap. 25. num. 37.* post Gregorium in *leg. 2. tit. 28. glossa 8. part. 2.* Farinacius *quest. 20. num. 130.* & vide Medices in *tractat. Mors omnia solvit, 3. part. num. 59. & 60.*

Item an exulatus à civitate possit per eam transire? vide Farinacium *tom. 3. quest. 107. num. 267. & seq.* & Narbonam *ad tit. 6. lib. 1. Recopilat. leg. 10. glossa 2. num. 18.*

Item quòd exul possit domicilium habere in loco, à quo exulat, Petrus Gregorius in *Syntagm. lib. 18. cap. 13. num. 26.*

Item quòd exul qui est incarceratus propter debita exilium impleat eo tempore, vide Solozanum de *Parricidiis, lib. 1. cap. 23.* Figueram in *Quest. crimin. cap. 22.* Vincentium de *Franchis decis. 317.* Bolanum in *Curia Philip. part. 2. §. Prælacion, num. 65.* ubi etiam ait quòd condemnatus in exilium debet illud implere, non obstante incarceratione pro debito.

Item adde, quod uxor debet sequi virum exulem: sic contra alios docet Thomas Sanchez de *Matrimon. lib. 1. disp. 41. num. 12.* nec dissentit Petrus Gregorius in *Syntagmate, lib. 11. cap. 4. num. 19.* sed alii plures apud Sanchez *suprà*, contrarium tenent.

CAPUT IX.

De Captura Reorum.

SUMMARIUM.

1. Antequam reus capiatur, an requiratur, quòd constet verè & realiter delictum esse commissum?
2. In casibus, in quibus debeant confiscari bona, an debeat fieri per judicem descriptio bonorum delinquentis?
3. An, & quando quis possit capere delinquentem propria auctoritate?
4. In alieno territorio non potest judex capere delinquentem.
5. Si judex sequatur delinquentem à suo territorio in aliud, an possit ibi judex delinquentem personaliter capere?
6. In casibus, in quibus judex vel officialis potest capere delinquentem, licet eam potest occidere, vel vulnerare, si se cum telo defendat.
7. Durante lite post publicatas attestations, si constat de innocentia rei, an possit ante sententiam diffinitivam à vinculis relaxari?
8. An reus captus pro delicto possit sub fidejussoribus relaxari?
9. Si reus promittit sub certa pœna se præsentare infra certum tempus, an transactio illo termino incidat in pœnam, si non sit præsentatus?
10. Injustè captus, & detentus, an possit semper appellare, etiam post decem dies?
11. Si reus captus effugit à carcere, an videatur confiteri delictum?
12. Si uxor maritum suum captum à carcere extra-xerit, an aliqua pœna puniatur?

Visa pœna cujuslibet delicti, oportet videre ordine, & utilitate: Qualiter perveniatur ad capturam ipsius delinquentis?

1. In quo articulo resolutivè dico, quòd quando judex vult procedere contra aliquem ex officio suo, vel ad petitionem partis per viam accusationis, imprimis oportet, quòd constet delictum illud, de quo intendit quærere, verè & realiter esse commissum: & istud est capitale fundamentum totius judicii; & ideò est bona practica & consilium, quòd quando homicidium,

Tom. III.

furtum, vel aliud simile delictum dicatur & denunciatur esse commissum, judex personaliter vadat, vel mittat officialem suum cum tabellione publico ad videndum & verificandum hominem esse mortuum; vel furtum commissum; vel si tantum est offensus, vel vulneratus, inquirat, & reddatur certus, quæ vulnera habeat, & in qua parte corporis, & faciat redigi in actis: textus est capitalis & expressus in leg. 1. §. Item illud. ff. ad Syllan. cujus verba sunt: (Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem, liquere igitur debet scelere interemptum, ut senatusconsulto locus sit,) & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Alber. Bald. Angel. Roman. Cuman. Joan. Igneus, & idem probat textus in leg. Necessario. §. 1. eod. tit. text. in leg. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. text. in l. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæst. textus in leg. divus Trajanus. ff. de Milit. testam. text. in leg. Si is. §. Si tu Titium. ff. de Furtis, text. in leg. Si quis legatum, vers. Cæterum. ff. ad leg. Corn. de Fal. textus in leg. Ejus qui delatorem, versic. Nec enim. ff. de Jure fisci, text. in leg. 1. Cod. Ubi causa fiscales, text. in leg. 3. Cod. de Assessoribus; & utrobique communiter DD. Confirmatur; quia quando lex, statutum, vel dispositio se fundat in aliquo subiecto, veli qualitate; prius & ante omnia debet de illo constare: text. est in l. 4. ff. de Fideicom. lib. textus in leg. 1. §. Prægnantem. ff. de Ventre in posses. mitten. textus in l. 1. §. Hac verba. ff. Ne vis fiat ei, text. in leg. 4. §. Condemnat. ff. de Re jud. text. in leg. Is qui hæres. §. Si quis dubitet. ff. de Acquir. hæred. text. in leg. Is qui hæreditatem, eod. tit. textus in leg. Hæres institutus, eod. tit. text. in leg. Quidem. ff. de Jure eod. text. in leg. Si curialis. Cod. de Episc. & Cleric. text. in leg. Non ignorat. Cod. Qui accusar. non poss. Confirmatur etiam ex doctrina Bartol. & communiter in leg. In illa stipulatione si Kalendis ff. de Verborum obligat. juncto text. ubi dicit, quòd ille, qui fundat se in aliqua negativa, agendo vel excipiendo, debet eam probare: & in expresso, licet non ita benè fundet, istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in fin. ff. de Quæst. col. 1. num. 2. Bald. in leg. Si quando. Cod. Unde vi, column. 1. num. 2. Paul. & alii DD. in leg. Si quoties. §. Si quis nomen. ff. de Hæred. institut. Bald. in cap. At si Clerici, de Judic. col. 2. n. 8. Angel. de Aret. in tract. Malef. in part. fama publica præcedente, versic. 12. Tu judex sis bene cautus. Gandin. qui valdè commendat in eodem tract. in rubrica de Præsumpt. judic. col. 3. Paris de Puteo in tract. Syndicatus, in par. confessio, col. 2. num. 5. Hippol. de Marsil. in leg. 1. ff. de Quæst. col. 2. n. 3. idem Hippol. in sua Practica. fol. 2. col. 2. idem Hippol. in Consil. suis, cons. 8.

Dd

12.

11. 14. & 46. Postquam verò constiterit delictum esse commissum, & verificatum sit per judicem, ut supra proximè dictum est; judex recipiet summariam informationem per depositionem testium, & diligentem inquisitionem; & ille, qui reperiatur culpabilis, statim personaliter capiatur, & incarceretur secundùm qualitatem personæ, & delicti: & in tali summaria informatione non debet pars, hoc est delinquens citari, propter timorem fugæ; quia alias nunquam sequeretur captura, nec possent delicta puniri: ita probat textus in *leg. Nullus. Cod. de Exhibend. reis* textus in *leg. 1. & per totum. Cod. de Custod. reor.* textus in *leg. 1. & per totum. ff. eodem textus in leg. 1. & per totum, titul. 29. parte 7.* & in expresso ita tenet & declarat Salycet. in *dict. leg. Nullus. Cod. de Exhibend. reis. 2. column. 5. notab.* idem Salycet. in *leg. Absentem. Cod. de Accusat. column. 3. numer. 9.* Angel. de Aretin. in *tractat. Malefic. in part. judex commissit, column. 2. versic. Sed cauti Judices*, Hippolyt. de Marsil. in *sua Practica. §. Constante, column. 1. idem Hippolyt. in leg. 1. ff. de Quæst. column. 1. num. 1.*

Quod benè nota; & ita semper dixi & consului pro pauperibus incarceratis; & vidi iudices errare.

* Circa quod tamen pro perfecta declaratione oportet scire, quæ sit ista summaria cognitio, vel informatio, ut reus possit capi? cùm quotidie hoc sit necessarium in practica. Et breviter & resolutivè dico, quod ipsa pars offensa non sufficeret; quia in causa propria nemo est idoneus testis, ut in *leg. Nullus. ff. de Testib.* cum similibus, quia eo ipso redditur inimicus: Item etiam, quia sicut nemo est competens iudex in causa propria, ut in *leg. unica. Cod. Ne quis in sua causa jus sibi dicat*, à fortiori nec testis poterit dicere testimonium; quia adhuc illo casu est majus periculum quàm in iudice, propter appellationem, quia à iudice posset appellari, à teste non: Quod intelligo nisi testis hoc dixerit in articulo mortis, ut latius dixi in *materia torturæ, n. 26.* sed bene sufficeret alius testis, licèt non idoneus; ut minor, servus consanguineus, infamis, vel aliis inhabilis persona. *

2 Item adde, quòd in casibus in quibus venit imponenda pœna confiscationis, debet per judicem fieri descriptio bonorum ipsius delinquentis per modum inventarii coràm tabellione, ne (A) bona pereat, vel occultentur in damnum fisci; & si iudici videatur, deponet ea penes aliquem tertium, qui habeat custodiam & curam eorum; & ita quotidie fit & practicitur; & in terminis ita probat textus in *leg. fin. ff. de Requir. reis.* & ibi notant Bart. & communiter DD. antiqui: text. in *leg. 1. Cod. eod. tit.* & ibi notat & declarat Salyc. *col. 2. num. 2. text. in leg. Si quis intra. Cod. de Bonis pros.* & ibi notant & commendant Bald. Salyc. & alii DD. text. in *leg. 1. §. pen. ff. de Ventre in possess. mittent, text. in l. fin. Cod. de Bon. vacan. lib. 10.* & ibi DD. tenet etiam & declarat Bart. in *l. Post contractum. ff. de Donat. fin. col. Platea in leg. Defensionis factas. Cod. de Jure fisci, lib. 1.*

3 Item adde, quòd nemo debet capere delinquentem propria auctoritate, nisi iudex, vel alius de mandato ejus; ut hodie facit executor & officialis publicus ad hoc & similia deputatus: textus est in *leg. Cod. de Exhibendis reis*, cujus verba sunt: *Neminem in judicio exhibendum esse præcipimus, nisi de cujus exhibitione iudex pronunciauit*, & ibi ad hoc notant & commendant Glossa ordinaria, Odofred. Petr. Cyn. Jacob. Bart. Alber. Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. Quod intellige quando est privata persona: secus verò si sit officialis publicus; quia ille talis capere potest delinquentem, etiam sine mandato, si reperiat eum in fragranti delicto; argumento textus in *Authentic. de Defensor. civit. §. Audiens, cap. 3.* ubi habetur, quòd iudex inferior, qui non habet jurisdictionem contra personam delinquentis, potest eum personaliter capere, & suo iudici præsentare: text. in *leg. Si quid. ff. de offic. Proconsul, & legat.* Imò, quod magis est, iudex sæcularis, vel officialis ejus potest capere clericum repertum in fragranti delicto, & suo iudici præsentare, per prædicta jura; & in expresso ita tenet Bartol. in *leg. Si quis in servitute. ff. de Furtis, col. 2.* & ibi Angel. de Perus & alii DD. Bald. in *Authentic. Si qua per calumniam. Cod. de Episcop. & Cleric. col. 2. num. 4.* idem Bald.

(A) Videto hac de re omnino doctissimum & diligentissimum Pinel. in *leg. 1. part. 2. num. 24. cum seq. Cod. de Bon. mat.* cui addes etiam de communi sententia dubitasse Jas. in *leg. Fidejussor. §. ultim. column. 2. num. 28. ff. Qui satisd. cog.* & prudentissimi Pinel. sententia amplectitur, quamvis etiam nonnulli Neoterici contrarium ex improbabili usu proponant. Quod autem Accur. in *leg. 1. in verb. Annotandus. ff. de Requir. reis.*

existimat, hanc bonorum descriptionem adnotationem dici; falsum atque absurdum est, quamvis vulgus interpretum ubique ibi sectetur: est enim propriè adnotatio iudicis decretum in acta redacta ad reum absentem requirendum, ut eleganter probat Franc. Duar. *leg. 1. Disp. cap. 8.* cum quo facit *leg. penult. in pr. & ult. ff. de Requir. reis.* ubi descriptio bonorum ab adnotatione disertè distinguitur.

Bald. in cap. 1. §. Si quis vero, el 1. de Pace juram. firman. column. 2. num. 6. in lib. Feudor. Abb. in cap. Cum non ab homine, de judic. 4. column. num. 15. & ibi communiter DD. Idem Abbas in cap. Ut famæ, de sentent. excommun. & ibi communiter DD. Anchar. & alii DD. in cap. 2. de Foro compet. Angel. de Aretin. in tract. Malefic. in part. fama publica præcedente, column. 24. versic. Nota. Jason. in leg. 2. ff. de Jurisdic. omn. judic. column. 5. num. 16. & ibi alii Moderni: Imò etiam, quòd magis est, partes offensæ, vel ille, cujus interest, poterunt capere delinquentem in fragranti delicto, & ducere ad judicem, argumento text. in leg. cap. 5. ff. de Adult. textus in leg. Interdum, la 2. §. Qui furem, ff. de Furtis, per quæ jura ita tenet Bald. in dicta leg. final. Cod. de Exhibend. reis, column. 1. num. 1. Imò adhuc, quòd magis est, quilibet privatus de populo potest capere delinquentem, & judici præsentare, si reperiat eum in fragranti delicto: ita Bald. in dict. cap. 1. §. Si quis verò, el 1. de Pace juram. firmand. column. 2. num. 6. idem Bald. per text. ibi in leg. Nec timorem, ff. Quod. met. causa, & ante eum idem tenet Bartol. in leg. Cum eod. ff. ad leg. Juliam pecul. column. 1. in final. Dicebat tamen Florian. in leg. 3. ff. ad leg. Aquil. hoc procedere & esse verum in delicto publico; non tamen in privato: quia cum non sit licita nec permissa accusatio cuilibet de populo, à fortiori non erit licita captura personæ. Sed nihilominus teneo primam opinionem tanquam veram & æquam; quia in punitione delicti, etiam privati, vertitur favor publicus, & judex ex officio posset punire, etiam non existente parte, ut suo loco dixi.

Item adde, quòd in aliquibus casibus & delictis specialibus potest quilibet privatus capere delinquentem etiam ex intervallo, licet non recipiat eum in fragranti delicto; quos casus & delicta enumerat Glossa ordinaria & magistralis in dict. leg. fin. Cod. de Exhibend. reis, & ibi communiter DD. & enumerat lex 2. titul. 29. part. 7. debet tamen judici præsentare infra viginti horas; aliàs committit crimen privati carceris; ita probat textus in leg. cap. 5. ff. de Adult. & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. probat etiam text. in leg. 1. Cod. de Privat. carcer. & ibi etiam notant & commendant Glossa ordinaria, & communiter DD.

4 Item adde, quòd judex, vel ejus offi-

eialis, vel alius de mandato ejus non potest capere delinquentem existentem in alieno territorio; imò, si de facto sit captus, ante omnia relaxandus est, & debet poni in pristinum statum, quasi spoliatus naturali libertate; argumento text. in leg. fin. ff. de Jurisd. omn. judic. & ibi expressè tenet & notat Bald. 1. Lect. column. final. & alii DD. textus in leg. Quis sit fugitivus, §. Item Cælius scribit, ff. de Ædil. edict. & ibi notant Bald. Salycet. & alii DD. facit etiam bonus textus in leg. à Divo Pio, §. Sententiam Romæ, ff. de Re judic. ubi habetur, quòd judex unius loci non potest facere realem executionem in bonis condemnati sitis in alieno territorio, nisi per litteras requisitorias: ergo à fortiori non potest facere capturam personæ. Probat etiam text. in Authent. ut nulli judic. §. Si verò quis comprehensorum, cap. 9. ubi disponitur, quòd si quis deliquit in uno territorio, & se contulit in aliud, debet judex delicti petere remissionem ejus per litteras requisitorias: text. in cap. ex parte, de Verbor. sign. & in expressò ita tenet magistraliter Bartol. in Quæstionib. suis, quæst. 6. incipiente Lapis.

5 Pulchrum tamen dubium est: Si judex, vel officialis insequatur delinquentem à suo territorio in aliud, an possit tunc ibi personaliter capere? Et videtur quòd sic, argumento text. in leg. Quod ait lex, §. Quod ait, ff. de Adult. ubi probatur, quòd quando finis habet necessariam causam cum principio, attenditur principium, & non finis: & ad hoc summè notant & commendant ibi Bartol. & communiter DD. text. in leg. Qui cum major, §. 1. ff. de Bonis lib. textus in leg. Damn. infecti, ff. Sabini sent. ff. de Damn. infect. cum simil. & isto fundamento & consideratione istam sententiam & conclusionem tenet Angel. de Perus. in leg. Grachus, Cod. de Adult. 1. column. num. 4. Roman. in leg. 1. §. Occisorum, ff. ad Syllan. penult. column. num. 18. Sed, his non obstantibus, contrariam sententiam & conclusionem tenet Bald. in leg. Sicuti, (B) §. Aristo, ff. de Serv. vend. & ibi Angel. Florian. & communiter DD. Angel. de Aret. in tract. Malefic. in part. fama publica præcedent. 6. quæst. principal. Joan. Tierr. in tract. de Fuga, 2. column. num. 108. vol. & ista opinio est verior & tenenda per fundamenta & rationes eorum; & ita practicatur.

6 Item adde, quòd in casibus, in quibus judex vel officialis potest capere delinquentem, potest etiam eum occidere, vel vulnerare, si te-

(B) Hanc etiam secundam & contrariam opinionem sequuntur & affirmant receptam, Barb. con. 26. in fin. lib. 1. Ægid. Boss. in Pract. in tit. Tom. III.

de cap. num. 34. & Jul. & Clar. in Pract. §. ult. quæst. 29. ver. ultim.

telo se defendat, vel fuga vel alio modo se subtrahat; argumento text. valdè notandi in leg. Si servus, Cod. de His, qui ad Eccles. confug. ubi habetur, quòd si servus alicujus confugiat ad Ecclesiam, potest inde extrahi per dominum; & si de facto resistat & se defendat, potest licitè occidi: & ibi ad hoc notant & commendant Bartol. Alber. Faber. Salyc. & communiter DD. Bald. in leg. fin. Cod. de Exhiben. reis. idem Bald. in leg. Nec timorem, ff. Quod met. causa, 1. lect. Jacob. & alii DD. antiqui in leg. 2. Cod. de his qui latrones, vel aliis criminibus reos occul-taverunt, Florian. in leg. 3. ff. ad legem Aquiliam, Angel. de Aretin. in tract. Malefic. in part. fama publica præcedente, column. 18. versic. Verum quia præcedentibus indiciis, ubi reputat singulare Hippol. de Marsil. in leg. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. column. 8. num. 78.

Item adde, quòd carcer & vincula debent adhiberi secundùm qualitatem delicti, & personæ: text. est in l. 1. Cod. de Custod. reor. text. in leg. fin. Cod. de Accus. ibi: Habita tamen dignitatis æstimatione, & in hoc maximam curam & diligentiam debet habere judex, & custos carceris; qui non ita debet custodire nobilem, sicut plebejum; non ita senem, sicut juvenem; non ita de die, sicut de nocte: quia carcer non ad pœnam, sed ad custodiam est inventus; & sic qualitas ejus totaliter residet in Judicis arbitrio: textus est formalis & expressus in leg. Aut damn. §. Solent, ff. de Pœnis, ibi, carcer enim ad continendos homines non ad puniendos haberi debet, & ibi communiter DD. text. notabilis & expressus in leg. 1. versic. Interea, Cod. de Custod. reor. cujus pulchra verba sunt: (Interea verò reum exhibitum, non per ferreas manicas & inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas, si criminis qualitas etiam catenarum acervitatem postulaverit, ut & cruciatio desit, & permanet sub fida custodia. Nec verò sedis intimæ tenebras pati debet inclusus; sed usurpata luce vegetari, ac sublevari; & ubi nox geminaverit custodiam, in vestibulis carcerum, & salubribus locis recipi.) Et idem probat lex 4. & 6. tit. 29. part. 7. Item etiam debet bonus judex, & custos carceris curam habere incarceratorum, ubi habeant omnia necessaria, & non deficiant sibi alimenta: nec subtrahenda est eis audientia, ut cum nullo loquantur: ita probat textus notandus qui non ponderatur, nec à Doctõribus allegatur, in dist. leg. 1. Cod. de Custod. reor. in versic. Illud, ibi, aut substractos audientia longa trabe consumere, & in expressò

ita tenet Hostiens. in Summa, de Accusat. §. Reo exhibito, column. 1. versic. Masculi, Bonifacius in tract. Malefic. in tit. de carceribus privatis, column. 1. versic. Et nota. Quod est contra severos judices, qui contrarium faciunt. Verum tamen est, quòd si qualitas delicti & personæ hoc exposceret, judex posset pro eruenda veritate hoc facere; & ita practicatur per judices peritos & expertos, qui à lege habent arbitrium inquirendi de delicto, & subtilem indagacionem adhibendi: argumento textus in leg. Congruit, ff. de Offic. præ. text. in leg. de Minore, §. Tormenta, ff. de Quæstion. ibi: Et cognitionis subtilis diligentia affert.

Item adde, quòd si durante lite post publicationem testium constat de innocentia rei incarcerati, potest licitè à vinculis vel carceri relaxari ante sententiam diffinitivam: ita probat textus in leg. Nullus, Cod. de Exhib. reis, in fin. ibi, donec repererit cognitio celebrata discrimen, & ibi notat & commendat Bald. col. 2. num. 2. Salyc. final. column. in fin. & illum (C) textus ad hoc reputat singularem Bald. in leg. Sed & si is, ff. de In jus vocando, 1. lect. & quæst. post Jacob. quem allegat ibi Bald. in leg. Si quis post accusationem, ff. de Testament. Alexand. in Addit. ad Bart. in leg. 1. ff. de Custod. reor. 2. column. Paris. de Put. in tract. Syndicatus, in part. licèt dicatur, column. 2. Hippol. de Marsil. in sua Practic. §. Quoniam, num. 49. idem Hippolyt. in §. Attingam, column. 2. numer. 16. Glossa ordinaria in leg. 4. fol. 100. & illum textum ad hoc reputat singularem & unicum Rom. singulari 490. & idem disponit l. 13. tit. 2. lib. 3. Ordinam. Confirmatur: quia paria sunt, quòd in aliqua causa sit lata sententia, vel conclusum in ea, vel quòd sit facta publicatio; textus est benè notandus, in leg. Qui pene, vers. Divus, ff. de Manumission. & ibi ad hoc notant & commendant Benedictus de Plum-bino, & alii DD. textus in leg. Quamvis indubitati, Cod. Adult. & ibi notant Bald. & alii DD. & trad. Jas. in leg. Naturaliter, §. Nihil commune, ff. de Acquir. posses. num. 109. & 110.

Item adde, quòd postquam delinquentes sunt incarcerati debet custos vel commentariensis in quolibet mense copiam delinquentium, nomina eorum, ætatem, & varietatem delictorum judici offerre, ut judex possit curam & notitiam eorum habere, & meliùs, & citiùs causas eorum diffinire & determinare: textus est in leg. fin. Cod. de Custod. reor. & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. & idem disponit lex 8.

ti-

(C) Est certè notabilis, & apprimè æquitati ac publicæ utilitati consentaneus, text. hic,

quem etiam celebrat Hippolyt. in leg. Unam, num. 75. Cod. de Rap. vir.

titul. 29. part. 7. Sed hodie in nostro regno, tam in Curia regali, & in cancellaria regia, quam etiam in omnibus civitatibus & locis hujus regni, communiter fit audientia publica, cum ipsis incarceratis, certis diebus in qualibet hebdomada, ut melius & brevius causæ eorum diffiniantur; & ita fit in hac civitate Salmanticensi, in qua fit tribus diebus, ut expertis fui, & assistebam tanquam advocatus pauperum.

8 Item adde, quòd (D) est pulchrum & quotidianum dubium in materia, an reus captus pro delicto possit sub fidejussoribus relaxari? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd si ex tali delicto pro quo est captus, veniat imponenda tantùm pœna pecuniaria, & non corporalis, licitè & justè potest sub fidejussoribus relaxari: textus est *in leg. 1. ff. de Custod. reor.* & ibi Bartol. & communiter DD. textus *in leg. 3. & 4. eodem titul. textus in leg. Si quis pro eod. §. final. ff. de fidejussor.* textus *in leg. Si à reo, §. final. eodem titul.* textus *in leg. Eos, la 1. §. Super his, Cod. de Appellat.* textus *in leg. Minimè, eodem titul.* & utrobique communiter DD. & idem disponit *lex 10. tit. 29. part. 7.* Et in tantùm hoc est verum; quòd si judex hoc casu nolit recipere prædictos fidejussores, sed reum in carcere detinere, committit contra eum crimen *injuriæ*, & tenebitur ei in syndicato *actione injuriarum*: argumento textus *in leg. Si verò pro condemnato, §. 1. ff. qui satisd. cogan.* cujus verba sunt: (*Qui pro rei qualitate evidentissimè locupletem, vel, si dubitetur, approbatum fidejussorem judicio sistendi causa non acceperit; injuriarum actio adversus eum esse potest.*) & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Angel. Paul. Alexand. & communiter DD. Si verò venit imponenda pœna corporalis, non potest, nec debet relaxari sub fidejussoribus: textus est formalis & expressus *in dict. leg. 3. ff. de Custod. reor.* ibi, *nisi tam grave scelus ipsum commississe constet, ut nec fidejussoribus, nec militibus committi debeat*, & ibi communiter DD. & idem disponit *lex 10. tit. 29. part. 7.* Confirmatur: quia & si velit, non potest se obligare fidejussor ad pœnam corporalem, qua tenebatur ipse reus principalis; cùm nemo sit dominus membrorum suorum, ut *in leg. Liber homo, ff. ad leg. Aquil.* Si verò de facto judex relaxavit eum sub fidejussoribus, in casibus, in quibus venit imponenda pœna cor-

poralis; tunc, si certam pœnam pecuniariam promissit fidejussor, illam tenetur solvere; si verò nullam certam pœnam promissit, tenetur pœna pecuniaria judicis arbitrio, nisi consuetudo tali casu certam pœnam inducat: ita probat textus *in dict. leg. 4. ff. de Custod. reor.* & ibi Bartol. & communiter DD. & in effectu istam sententiam & resolutionem ponunt Bartol. & communiter DD. *in leg. 1. ff. de Custod. reor.* Cyn. Salycet. & communiter DD. *in leg. penultim. Cod. de Custod. reor.* Azo *in Summa ejusdem titul. in fin. glos.* Archid. & communiter DD. *in cap. Cum homo caus. 13. quest. 5.* Abbas, Anchar. & alii DD. *in rubr. de Fidejus.* Felin. *in cap. fin. de Accusat.* Angel. *in tract. Malefic. in part. fama publica præcedente, quæstion. 10.* ibidem Angel. *in part. pro quibus Antonius fidejussit.* Gandinus *in eodem tract. fol. 20. column. 2.* Hippol. *in sua Practica in part. attingam, 1. & 2. column.* Bonifacius *in tract. Malefic. in titul. carceribus, column. 2. versic.* Item nota, Paul. Grilan. *in tract. de Relaxatione carceratorum, in rubr. de fidejussoribus reorum,* Rodericus Suarez *in ll. Fori, fol. 109.*

9 Dubium tamen est circa prædicta: An in casibus, quibus reus captus potest sub fidejussoribus relaxari, ipsemet reus, qui est dives, promissit sub certa pœna se præsentare infra certum terminum; vel si non sit dives, fidejussor promissit pro eo, an transacto illo termino, incidat in pœnam si non sit præsentatus? Et breviter videtur dicendum, quòd non, nisi infra terminum fuerit ille, qui se obligavit, monitus vel requisitus ab ipso judice, vel parte, cui fuit facta promissio, ut præsentetur, & adimpleat promissa: ita probat textus notabilis *in leg. final. Cod. Ut intra certum tempus criminalis quæst. terminet.* ubi habetur, quòd causa criminalis coram judice tractata debet finiri & terminari infra duos annos; aliàs judex incidit in pœnam de qua ibi: & tamen dicit ibi text. quòd hoc debet intelligi, ita demum si petatur à parte: Ex quo textu sumitur talis regula & conclusio generica, quòd quando judici imponitur pœna, si aliquid non fecerit infra certum terminum; debet intelligi, si fuerit monitus & requisitus à parte; & ibi notant & commendant communiter DD. similis, textus est *in leg. Properandum, §. Sint autem utraque, Cod. de Judic.* textus *in Authent. Hoc amplius, Cod. de Fideicommiss.* text. *in leg. Debitoribus, ff. de Re jud.* textus capitalis & gene-

(D) Videto hac de materia Math. de Affl. *in Constit. Neapol. rubr. 10. num. 3.* Rod. Suarez *in Alleg. vol. 6. fol. 93.* quem laudat latè, & dili-

genter hanc etiam rem agens Jul. Clar. *in Pract. §. ultim. quæst. 46. versic. Plerumque, cum sequentibus.*

neralis, in leg. 4. §. Hoc autem iudicium, ff. de Damn. infecti. Et in expressò, licet ista jura non alleget, istam sententiam & conclusionem tenet Anton. de Butr. in cap. penult. de Judic. col. 2. num. 11. & ibi Abbas Panormit. penult. column. num. 19. idem Abbas in cap. Finem litibus, de dolo & contumacia, penult. column. num. 34. Paul. de Castr. in Rubr. Cod. Quomodo & quando judic. Alexand. in leg. Properandum, column. 2. num. 8. Cod. de Judic. Felin. in cap. Sin autem de rescriptis, column. 3. num. 4. Platea in leg. penult. Cod. de Annonis, & tributis, lib. 10. column. 1. num. 4. Hippol. de Marsil. in sua Practica causarum criminalium, §. Nunc videndum, column. 2. versic. Quin imò. Paul. de Castr. in consiliis suis, conclus. 166. Jas. in leg. Universa, Cod. de Precibus imperat. efferend. column. 2. num. 6. Hippolyt. de Marsil. in Rubr. ff. de Fidejussor. column. 28. num. 144. Ripa in leg. 4. §. Hoc autem iudicium, ff. de Damno infecto, column. 2. num. 10. Confirmatur etiam ex illa doctrina singulari Innoc. in cap. Extirpandæ, de Præbend. column. 1. in medio, ubi dicit, quòd in dispositione negativa, ad hoc ut quis incidat in pœnam requiritur monitio iudicis: & ibi sequitur & commendat Hostiens. penult. column. Joan. Anton. column. final. Card. 3. column. Anton. column. final. Abbas fin. column. Imol. column. 5. Anchar. 2. column. dicens, quòd illa theórica, & doctrina alibi meliùs non invenitur; & communiter alii DD. Archid. in cap. 25. quæst. 1. Bald. Imol. & Modern. in leg. Si mora, ff. Solut. matrim. Alexand. in leg. Ita stipulat. ff. de Verb. oblig. column. 4. num. 13. additionator Angel. de Malefic. in part. quas si non solverit column. 5. versic. Sed adverte, Felin. in cap. 2. de Magistris, 1. column. num. 4. Nec huic sententiæ & conclusioni obstat illa Glos. singularis in jure juncto text. in leg. 1. Cod. de His quibus ut indignis, ubi tenet, quòd si hæres non vindicaverit mortem defuncti infra tempus, quod facere potuit, privatur hæreditate: ex qua Glos. colligitur notabilis theórica & doctrina, scilicet quòd in factis & delictis negativis, ad incurrendam pœnam sufficit quòd labatur tantum tempus, infra quod commodè actus potuit expediri; & ad hoc illam Glossam summè notat & commendat ibi Bart. 2. column. num. 4. Paul. de Castr. column. 2. num. 6. Salyc. column. 2. num. 9. Alex. col. 2. num. 7. Jas. 3. col. num. 7. Jacob. de Sanct. Georg. 2. column. num. 12. Bartol. in leg. in Cognitione, ff. ad Syllan. & ibi Roman. & alii DD. Alexand. in leg. Ita stipulatus, de verb. obligat. col. 3. num. 12. Felin. in cap. 2. de Magistris, column. 2. Quia respondeo sequentibus modis: Primò, quòd illa Glossa debet intelligi in pœna quæ venit applicanda fisco, cujus favore committitur mora re ipsa ab eo, qui non implevit factam in-

frà tempus, in quo commodè potuit implere: argumento text. in leg. Minorum, Cod. in Quib. causis restitutio in integrum non est necessaria, juncta leg. Res public. Cod. Ex quib. causis majores, & juncta Glos. ordinaria & communi opinione in §. ex Malefic. inst. de act. vers. Item mixta, in verb. Judicium, & ita respondit Salyc. in dict. leg. 1. Cod. de His quib. ut ind. Vel aliter, & secundò respondeo, quòd illa Glossa, & ejus doctrina & conclusio procedat & habeat locum, quando ex officio incumbit alicui facere; quia tunc tenetur ad pœnam eo ipso quòd transivit tantum tempus, infra quod commodè potuit facere, & non facit: ita Paulus de Castr. in dict. leg. 1. Cod. de His quib. ut indig. Vel aliter, & tertio respondeo, quòd illa Glossa & ejus doctrina procedat & intelligatur, quando actus requirit celeritatem, ut pro vindicanda morte defuncti: quia debet fieri infra tempus, in quo hæres commodè posset: aliàs incidit in pœnam: ita Rom. in leg. 1. in Cognitione. ff. ad Syllan. Vel aliter & quartò respondeo, quòd illa Glossa & ejus conclusio concordet cum opinione Innocent. & intelligatur secundum eam, ut utroque casu requiratur monitio, & post eam requiratur quòd transeat tantum tempus, infra quod commodè actus fieri potuit: ita Alexand. in leg. Ita stipulatus, ff. de Verb. oblig. col. 4. Felin. in cap. 2. de Magistris, col. 2. in fin. Sed certè neutra solutio mihi placet, nec concludit: Unde, aliter & quinto modo illa Glossa & ejus conclusio potest intelligi, ut procedat & habeat locum in amissione & privatione alicujus lucri delati, quod non consequitur hæres, nisi prius vindicaverit mortem defuncti infra tempus, infra quod commodè posset: Doctrina verò Innocent. & communis procedat & intelligatur in pœna exigenda ab eo, qui non fecerit, & ex suo patrimonio solvenda; quo casu ad eam incurrendam requiritur monitio. Sed nec ista solutio concludit, nec satisfacit: quia apertè est contra textum in Auth. de Hered. & Falcid. §. Si quis autem non implens, collat. 1. & in dict. Authent. Hoc amplius, Cod. de Fideicom. Unde, finaliter & sexto potest dici, quòd Glos. & communis opinio, in dict. leg. 1. procedat & habeat locum, quando ex tali negligentia & omissione committit quis delictum; ut in casu ibi proposito, quando hæres non vindicavit mortem defuncti: secus verò aliàs, quando nullum resultaret delictum; quia tunc requiritur monitio: & hoc est de mente Bartol. in dict. leg. in Cognitione. ff. ad Syllan.

Sed, his non obstantibus, in hac quæstione & articulo ego teneo contrariam sententiam; imò, quod si reus captus, vel fidejussor pro eo promisit præsentare infra certum terminum sub certa pœna; transacto illo termino, statim incidit in

pœ-

pœnam, si non sit præsentatus, sine aliqua monitione: quia cum illa promissio & obligatio habeat diem & pœnam, merito incidit in moram & pœnam per lapsum ejus: argumento textus cui non potest responderi, in *leg. Magnam. Cod. de Contrahend. & commit. stipulat. text. in cap. Cum in cunctis*, §. *Cum verò, de Elect.* text. in *cap. 2. de Conces. Præbend.* textus in *cap. licet Canon. de Election. lib. 6.* textus in *leg. 2. Cod. de Sponsalib.* & utrobique communiter DD. Probat etiam textus magis in specie in *cap. potuit, de Locato, & conducto*, ubi probatur, quod emphyteuta, qui non solvit canonem infra biennium, cadit in commissum, licet non fuerit monitus, nec requisitus: textus in *leg. 2. Cod. de Jure emphyteut.* Nec obstat textus in *dist. leg. final. Cod. Ut intra certum tempus crimin. quæst. termin.* juncta communi opinion. Quia loquitur & procedit in obligatione inducta à lege contra judicem, vel officialem, ut sententiam proferat, vel aliquem actum faciat infra certum tempus ad utilitatem partis: quia debet intelligi, instante & petente parte. Secus verò est in eo, qui proprio contractu & conventionem astrictus & obligatus est, se vel alium infra certum terminum præsentare, vel quid aliud facere; quia statim, lapso termino, tenetur, & incidit in pœnam sine alia monitione, vel interpellatione. Secundò non obstat illa singularis doctrina & conclusio Innocent. communiter recepta in *cap. Extirpandæ, de Præbend.* Quia dupliciter respondeo: Primo modo, quòd ista promissio de præsentando, de qua loquitur quæstio nostrà, non consistit in facto negativo; sed in affirmativo: quo casu non militat, nec loquitur illa doctrina Innocent. & ita ipse dicit & declarat *ibi*. Vel aliter & secundò respondeo, quòd illa doctrina & conclusio Innocent. loquitur & procedit, quando dispositio negativa non habet diem, nec certum & determinatum tempus: secus verò si haberet, ut in quæstione nostrà; quia tunc per lapsum ejus promissor incidit in pœnam, ut *juribus supra per me allegat.* & ita etiam expressè dicit & declarat Innocent. in *dist. cap. Extirpandæ. 1. column. post medium.*

Dubium tamen est circa prædicta: Si reus caput si relaxatus sub fidejussoribus; qui pro-

miserunt illum infra certum terminum præsentare, vel quando per judicem peteretur, & postea talis reus de novo fuit captus & incarceratus per judicem, qui aufugit de carcere, & modò judex petit à fidejussoribus, ut illum præsentent, vel solvant pœnam promissam, an teneantur? In quo articulo breviter & resolutivè dico & teneo, quòd si talis reus postea fuit captus ex eademmet causa, ex qua tenebantur fidejussores præsentare; eo ipso remanent liberati: quia debitor excusatur, quando ab alio est facta solutio: argumento textus in *lug. Solvendo. ff. de Negot. gest. cujus verba sunt: Solvendo quis pro alio; licet invito, & ignorante, liberat eum*, textus in *leg. Solutionem. ff. de Solution. textus in §. 1. Instit. quib. mod. toll. oblig.* textus in *leg. Cum servum pecuniam. ff. de Verb. obligat.* Si verò talis reus postea fuit captus ex alia diversa causa, ut quia aliud delictum commisit; & aufugit de carcere, tunc fidejussores non remanent liberati, quia non est facta solutio debiti. Consilium tamen est, quòd hoc casu compareant dicti fidejussores coram judice, & petant & requirant, quòd habeant illud pro præsentato, quia nolunt amplius teneri ex sua promissione; quia tunc statim remanent liberati, licet postea aufugiat; quia illa protestatio & præsentatio verbalis debet sibi prodesse, cum alia actualis & realis non possit fieri: Quod est notabile & quotidianum in practica. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Joann. Andreas in *Addit. ad Spec. in titul. de Accusat. §. Sequitur. 4. column. versic. Item quero*, Ang. de Perus. in *leg. 2. §. Qui exhibendi. ff. de Custod. reor. column. 2. numer. 5.* Barba. in *rubr. de Fidejussor. column. 1. num. 4.* Hippolyt. de Marsil. in *Rubr. ff. de Fidejussor. column. 27. n. 142.* Glossa ordinaria, ubi dicit, habuisse de facto, in *leg. 4. titul. 3. lib. 2. For. legum in verb. Opor. fiador.*

10. Item adde, quòd injustè detentus & incarceratus potest semper appellare, (E) etiam post decem dies à tempore mandati de capiendo, vel à tempore capturæ; quia gravamen est continuum & successivum: ita singulariter tenet Bald. in *leg. 2. Cod. de Episc. audien. column. 3. quæst. 2.* idem Bald. in *leg. 1. in fn. Cod. de Sentent.*

(E) Idem affirmant Paris. in *tractat. de Syn. in verb. Appellatio Franc. in capit. Super eodem 2. & capitul. Ex parte 1. de Appellat.* Nic. Anton. Gravat. Briaticensis, vir & eruditionis & doctrinæ nomine, ac morum integritate mihi charissimus, in *addit. Praxim Vestri, lib. 7. cap. 3. littera Q. numer. 56.* Nec certè res hæc ulli dubia esse debet, cum generaliter receptum sit,

quòd ubicumque in dies gravamen infertur, seu, ut Doctores fantur, successivum est gravamen, appellationis tempora præferantur, & latissimè dilatentur, ut asserit Doctissimus ac diligentissimus præceptor meus Arias Pinel. in *lib. 1. parte 2. capitul. 1. numer. 27. Codic. de Rescind. vend.*

tent. rescin. non pot. Paulus de Castro in leg. Cum qui. §. in Popularibus. ff. de Jurejurand. column. final. & ibi Alexand. final. column. Jas. penult. column. idem Jas. in leg. Prætor ait. §. final. ff. de Oper. nov. nunciat. column. 3. num. 9. Abbas & alii DD. in capit. Ex part. el. 1. de Appellat. DD. etiam in cap. Dilectus, el. 2. de Rescript. Angel. de Aretin. in tractat. Malefic. in part. Qui judex dictum Gaium detinere, & carcerari jussit, column. 3. versic. Quæro, aliquis captus est, Hippolytus de Marsil. in sua Practica §. Attingam, column. 3. versic. Utterius scias, & menti habeas, &c.

II (F) Item adde, quod si reus captus fugiat è carcere; videtur confiteri delictum; & punitur eadem pœna, ac si verè & realiter probaretur delictum: textus est singularis in leg. penult. ff. de Custod. reor. & ibi Glossâ ordinarîa, in verb. Punienti. Bartol. Alber. Angel. & communiter DD. Faber. in leg. ad Commentariensem. Cod. eodem tit. & ibi Salycet. & alii DD. Spec. in tit. de Præsump. §. Species, versic. Violentia, Alber. & DD. antiqui in leg. Succurritur. ff. Ex quibus caus. ma. Angel. de Aretin. in tractat. Malef. in part. fama publica præcedente; column. 31. versic. 3. Quid, &c. Bonifacius in eo tractat. in tit. de Carceribus, column. 2. versic. Item not. Jas. in leg. Admonendi. ff. de Jurejur. lect. 2. num. 141. & ante eum ibi Bak. col. 5. num. 5. Roman. column. 12. num. 70. idem Roman. in leg. Cornelia. ff. ad Syllan. column. 2. Felin. in cap. Nullus de præsumpt. column. 2. num. 3. Paulus Grillan. in tractat. de Relaxatione incarceratorum, in rubr. de Fuga incarcerati, quest. 1. column. 2. num. 7. & column. 3. versic. Sequitur. Joann. Tierrius in tractat. de Fuga. 2. col. vers. 3. & cap. 8. Volum. & idem expressè disponit lex 13. tit. 29. part. 7.

Quod primò extende, ut procedat & habeat locum etiamsi fuga & effractura carceris non habeat consummatum effectum: ita probat textus in dict. leg. penult. ff. de Custod. reor. & ibi expressè tenent Alber. & Angel. de Perus.

Secundò extende ultrà DD. ut procedat etiamsi talis reus fugiens sit innocens, & velit probare contrarium; nam licet aliàs fictè confessus possit innocentiam suam probare, ut in l. final. §. fin. ff. de Bonis eorum qui ante sentent. mor.

sibi consc. & tenet Bart. in l. Ita demum. Cod. de Procur. col. fin. & ibi alii DD. tamen hoc casu talis reus fugiens non potest probare contrarium; sed dato quod sit innocens, debet puniri eadem pœna delicti: ita probat text. in dict. leg. penult. ibi, & quamvis innocentes ex eo trinitine inveniantur; & idem probat prædicta lex part. Sed certè iste videtur dubius, & rigorosus intellectus, quia in criminalibus semper jura requirunt liquidam, veram, & certam probationem, luce clariorem, ut imponatur pœna corporalis, ut in leg. Absentem cum ratione. ff. de Pœnis, & in leg. Singuli. Cod. de Accusat. cum similib. Item etiam, quia imò & si quis verè & realiter esset confessus delictum, posset probare contrarium, & sic innocentiam suam; constando de ea, non posset puniri: textus est formalis & expressus in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæst. textus in leg. 2. Cod. de Custod. reor. Item etiam, quia si hoc esset verum, frustra esset inventus titulus de Effractoribus, qui punit reos fugientes è carcere, item etiam, quia text. in dict. leg. penult. dicit & præcipit, quod talis reus fugiens gravius deinceps custodiatur: ergo si jam esset punitus pro delicto, non esset necesse amplius custodire. Unde potest dici, quod text. in dict. leg. penult. ff. de Custod. reor. intelligatur, quod reus captus puniatur propter suam effractionem carceris, licet delictum principale non commiserit, sed innocens reperiatur: & cum pœna effracturæ non sit à jure determinata, erit arbitraria; & ea imposita, deinceps; gravius custodietur pro delicto principali: & iste est verus & realis intellectus illius textus & idem probat textus in leg. 1. ff. de Effractor. & exilitor. & in terminis postea reperi, quod istum intellectum tenet Joannes Igneus in leg. 3. §. Subvenitur. ff. ad Syllan. num. 70. Unum tamen est; quod dato quod communis intellectus sit verus, debet intelligi; quando reus aufugit cum violentia & effractura ostii, vel vincutorum: secus verò si reperiat ostium apertum, & fugiat; quia tunc leviùs, & mitiùs punitur: textus est in dict. leg. 1. ff. de Effractor. & ibi communiter DD.

Item adde, quod si reus captus fugiat è carcere; vel se ipsum interfecerit, vel vulneraverit, & semper præsumitur dolo vel culpa ipsius custodis, vel commentariensis, nisi probet

COA-

(F) Videto hac de re Boer. decis. 215. numer. 9. Duen. reg. 193. Rolan. cons. 7. num. 47. lib. 1. Jul. Clar. in Practic. §. ultim. quæst. 21. versic. 3. Autem modo, ubi non satis rectè nos- ter Gomez. allegat: nec enim Gomez. conclusio- ni communi reluctatur; sed tantum inquit, pro- bationem in contrarium non debere excludi: qua

in re certè multum cum illo facit æquitas: Nec textus in leg. pen. ff. de Custod. reor. quidquam adversatur: quia verè de effractionis pœna exau- diri debet: & leg. ultim. §. ultim. ff. de Bonis eo- rum qui ante sententiam; loculenter eandem pro- movet, probat, atque evincit sententiam.

contrarium; quia ratione officii assumpti tenentur ad custodiam: text. est in *leg. fin. ff. de Custod. reor.* ibi *ergo si casus, custodia defuncta fuisse dicatur, testationibus id probandum est*, & ibi ad hoc notant & commendant Alber. Angel. & communiter DD. & per illum textum ita tenet Glos. ordinaria in *leg. Cum ita legatur, §. Species, in glossa 1. de Legat. 2.* & ibi communiter DD. Ang. de Aret. in *tract. de Malefic. in part. fama publica præcedente, col. 31. vers. 2. Quæro*, & ibi ejus additionator. Confirmatur: quia quando quis ratione officii, etiam, privati, tenetur custodire; ut argentarius, tabellio, pastor, vel similis; non excusatur probando mortem, casum, vel amissionem rei; sed tenetur probare, quòd non dolo vel culpa sua contigit, sed casu fortuito: textus est in *leg. Si quis ex argentariis, §. Prætor ait, ff. de Edend. ibi: si naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alia simili causa rationes perdidisse se probat*, & ita Bart. & communiter DD. textus in *leg. Si quis fundum, §. Imperator, ff. Locat.* & ibi Glossa ordinaria, Bart. & communiter Doct. tenet etiam Glossa ordinaria in *dist. leg. Cum ita legatur, §. Specie, ff. de Legat. 2.* & ibi Bart. Bald. & communiter DD. quo casu talis custos, vel comentariensis tenetur eadem pœna, qua tenebatur reus principalis qui aufugit, textus est in *leg. Commentariensem, versic. 1. Cod. de Custod. reor.* cujus verba sunt: *Nam ipsum volumus hujusmodi pœna consumi, qua obnoxius docebitur fuisse, qui aufugit*, & ibi notant & commendant Petr. Cyn. Jac. Bart. Alber. Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. & idem disponit *titul. 29. part. 7.* Nec obstat si dicas, quòd quando quis non commisit delictum dolo, sed tantum culpa; vel quando ex præsumptionibus quis punitur, & non ex vera & liquida probatione; non tenetur nec punitur pœna ordinaria delicti, sed mitiori extraordinaria: argumento textus cum materia in *cap. afferte, de Præsumpt. cum similibus* & dixi plenè & magistraliter suo loco: Quia in præsentì tenetur talis custos ratione officii suscepti, secundum DD. in *dist. leg. ad Commentariensem.*

12 Quæ omnia videntur limitanda, præterquam si uxor, quæ nimis amat maritum, mutatis vestibus, industria, & calliditate maxima marituum suum incarceratum pro gravi delicto exemit & extrahit à carcere, imponendo ei suas vestes muliebres, & sumendo sibi proprias vestes mariti, & remanendo in carcere loco mariti: nam attenda obedientia quæ debetur marito, & attento intenso & maximo amore, videtur excusanda, saltem à pœna ordinaria: argumento textus in *leg. Liber homo, la 2. ff. ad leg. Aquil. & in leg. Si ubi qui puteum, §. Si tutoris, ff. Quod vi aut clam.* ubi habetur, quòd servus, vel filius

Tom. III.

excusatur à delicto in levioribus, licet non atrocibus, propter reverentiam & obedientiam debitam patri, vel domino; & istud delictum vel mandatum de mutandis vestibus, non censetur de atrocioribus, nec reperitur in jure cautum. Confirmatur etiam auctoritate divina, *Genes. 3.* ibi: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi*, in terminis ita tenet Florian. in *dist. leg. Liber homo, Paris. de Puteo in tract. Syndic. in part. an si plures, column. fin. Palat. Rub. quem vide in sua repetitione, cap. per vestras, de Donatione inter virum & uxorem, fol. 30. column. 3. cum seq.*

* Confirmatur ex his quæ refer Plutarchus, *lib. Illustrium mulierum*, & Lucian. in *dialogis matrimonialibus* quòd Lacædemonii, cum haberent captos & incarceratos certos homines delinquentes, fuerunt condemnati ad mortem, & uxores eorum loquutæ fuerunt eis in carcere, & susceperunt vestes maritorum, & ipsi vestes earum, & ductæ fuerunt ipsæ mulieres ad supplicium, cum judex cogitaret esse viros, & viri fugerunt, & cum princeps eorum hoc scire liberavit tam uxores quam viros ab omni pœna, & fuit laudabile & memorabile factum. Item 2. ex his quæ hic pono, & dico in *ista col. fin. & quest. de Captura reorum*, obtinui in contingentia facti, quòd quædam uxor conjugata in territorio hujus civitatis per vim manibus propriis exemit & eripuit maritum suum de manibus cujusdam executoris publici, qui eum valebat capere, & judex ordinarius hujus civitatis volebat eam graviter punire, & eam defendebam, iratus dixit mihi in audientia publica, quòd nunquam darem sibi aliquem auctorem de hoc, & tandem in eadem audientia publica dixi ei, quòd talis mulier erat sine culpa, & merebatur præmium & gratias, & ostendi illi has cotas & allegationes. Quid autem si quidam tertius extrahit reum captum à carcere? Et certè videtur dicendum, quòd si erat captus pro debito, teneatur solvere summam & quantitatem pro qua tenebatur, & insuper pœna arbitraria pro effractione carceris, & offensa judicij facta: si verò erat captus pro delicto, teneatur pœna, qua principalis, per ea quæ hic ponuntur, ut dixi & posui supra in crimine *lesæ majestatis*, ubi vide: & vidi de facto, quòd novem mulieres liberaverunt quemdam debitorem à carcere.

A D D I T I O N E S.

S U M M A R I U M.

x. Doctores referuntur materiam explicantes.

Et

Prius

- 2 *Prius quam reus capiatur debet constare de delicto.*
- 3 *Descriptio bonorum, & sequestrum statim fieri debet.*
- 4 *Capere delinquentem in fragranti, an liceat privata auctoritate? & ibi de mandato in scriptis.*
Et casus aliqui in quibus id licet ex intervallo.
- 5 *An iudex possit capere delinquentem in alieno territorio?*
De fugiente ad aliud Regnum.
- 6 *De Iudice, vel Officiali sequente reum extra suam jurisdictionem?*
- 7 *Reus resistens Iudici in captura, an possit occidi?*
Carcer debet esse secundum qualitatem delicti.
- 8 *Reus ante sententiam potest relaxari si constet de innocentia.*
- 9 *An reus possit sub fidejussoribus relaxari? & ibi de relaxatione tempore Paschatis?*
- 10 *Reus promittens se presentare intra certum terminum sub pena, an transacto termino incidat in eam sine interpellatione?*
Si reus fuit captus pro eadem causa, & fugiat, an fidejussor liber maneat? & ibi de nuntiante reo, ut fugiat, ne capiatur?
- 11 *Injuste captus, an semper possit appellare?*
- 12 *Fugiens a carcere, an fateri delictum videatur? Innocens injuste captus, an possit fugere rupto carcere?*
- 13 *De uxore qua mutatis vestibus exemit maritum a carcere; & ibi de alio quolibet extrahente carceratum e carceribus?*
De obligatione custodis carceris remissive.
An Episcopus possit habere familiam armatam, & capere laicos? vide cap. seq.

DE hac materia agunt latissimè præter ordinarios Bossius in *practica*, tit. de Carcere, Sylvester, & reliqui verbo Carcer, Tuschus lit. C. conclus. 66. & plurib. seq. usque 94. Dueñas, reg. 389. Clarus, §. fin. quest. 21. 45. & 69. Menoch. de Arbitr. quest. 88. & seq. & casu 300. & seq. Mascard. conclus. 266. & seq. Covarrub. lib. 1. Variar. cap. 2. num. 8. & lib. 2. cap. 20. num. 13. Bernardus Diaz in *Practica*, capit. 124. & ibi Salcedo, Cancr. Variar. part. 2. cap. 2. ex num. 64. Sanch. in Consil. moral. lib. 6. cap. 4. dub. 6. & seq. ubi de fuga, & effractura carceris, Gratian. discept. cap. 328. ubi de muliere, sene, & puero; Paz in *Praxi*, tom. 1. partit. 5. cap. 3. §. 2. Didacus Perez in leg. 15. tit. 12. lib. 8. Ordinamenti, Decian. tom. 2. leg. 7. cap. 11. qui omnes agunt latè de carcerum effrac-

toribus; & Fachinæus *Cotrover. lib. 9. cap. 69. & 72.* Bobad. lib. 3. cap. 15. & lib. 2. cap. 13. ex num. 65. Amaya, in leg. Nemo carcerem, Cod. de Exactor. tribut. ex numer. 19. Pareja de Instrumentum. editone tom. 2. tit. 7. resolut. 2. ex num. 2. Bolanus in Curia Philip. §. Prison, 1. 2. & 3. part. Petrus Gregorius in Sytagm. libr. 31. capit. 33. Lara de Annivers. lib. 1. capit. 22. ex num. 25. Aceved. in leg. 1. tit. 18. lib. 8. Recop. ex num. 170. latissimè materiam explicans. Farinac. quest. 27. & seq. usque ad quest. 35. quem omnino consulito, Avendañus 2. part. capit. 5. Prætorum, ex num. 20. Fachinæus, *Controvers. lib. 9. capit. 55. & seq.* Salgado de Protectione, partit. 2. capit. 4. latissimè, ubi de Clerico, & etiam de requisitis ad capturam, & alia plura, & Carleval. de Iudiciis, tom. 2. tit. 3. disp. 1. ex num. 27. ubi de mulieris captura, de qua, & de minore, Salgado, *suprà*, & Narbona de Ætate, anno 25. quest. 36. & anno 70. quest. 10. ubi de sene.

2 Ad numer. 1. ibi: *Imprimis oportet quod constet delictum, &c.*

Antequam perveniatur ad capturam, debere constare delictum fuisse commissum, & postea quòd talis reus sit culpabilis in delicto, resolvitur Gomez & docent Bossius in *practica*. tit. de Delict. num. 24. & 53. & optimè Bobad. lib. 3. cap. 15. num. 86. ubi declarat Larrea, *decis. Granat. 29. num. 15.* Salgad. de Protectione, part. 2. cap. 4. n. 141. ubi de declaratione vulnerati quod sufficiat, eum videas omnino ex num. 125. ubi alia plura, Narbona, in *Concordia familiarum Inquisitionis*, glos. 18. num. 52. ubi quòd non sit resistentia, si aliter fiat, Clarus in *Pract. quest. 4. in princ. in §. finali, & quest. 28. vers. Quæro numquid*, ubi addit quòd si Clericum capiat Iudex Ecclesiasticus, non constito prius de delicto, incidit in excommunicationem, cum quo & aliis id docet Farinac. *quest. 27. num. 74.* Bernardus Diaz in *Practica*, cap. 120. num. 3. ubi Salcedo, Covarrub. lib. 2. *Variarum*, capit. 13. Pareja, de Instrumentorum editione, tit. 2. resolut. 6. ex numer. 56. ubi quomodo probetur corpus delicti, Sanchez in *Consiliis*, tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 6. Barbosa in leg. Si quis posteaquam, ff. de Iudiciis, ex numer. 74. & latissimè Farinacius, *quest. 2. per totam*, ubi fusissimè de corpore delicti verificando ante capturam, cum ampliacionibus, & limitationibus, & *quest. 27. num. 125.* ubi limitat si timetur fuga, & plures textus ex utroque Jure adducens Pichardus in *Manuduct. partit. 3. §. 3. num. 1.* Menochius *casu 530. de Arbitr. num. 28.* & benè explicans Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 1. & Joannes Gratian. reg. 129.

3 Ad num. 2. ibi: *Debet fieri per Iudicem, &c.*
Des-

Descriptionem bonorum, & sequestrum fieri debere statim in causa criminali, docent communiter DD. ut constat ex Suarez de Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 5. §. 2. num. 18. Pichardus in *Manuductionib.* part. 3. §. 3. num. 4. & 5. Farinacius, *quæst.* 11. num. 4. in *sua Praxi criminali*, & latè Scaccia de *Judiciis*, lib. 1. cap. 97. ex num. 16. & cap. 98. ex numer. 21. ubi quod non benè solvitur reo post factam hanc annotationem bonorum, de quo Bolanus in *Curia* §. *Paga*, num. 7.

4 Ad numerum 3. ibi: *Item adde quod nemo debet, &c.*

Judicem competentem, vel alium ministrum de mandato ejus posse capere delinquentem; imò si eum in fragranti delicto reperiat, non solum Officialis publicus, sed & pars offensa, vel quilibet privatus de populo poterit eum capere, & judici præsentare ita resolvit Gomez. & comprobant latè Farinacius, *quæst.* 21. num. 140. & *quæst.* 27. ex num. 7. & num. 125. & n. 76. ubi de Clerico; & *consil.* 55. num. 77. & *quasi per totum*, ubi num. 89. agit, quid si privatis capere volentibus aliquem fiat resistentia? Gregorius in *leg.* 20. tit. 9. part. 2. *glossa* 8. Scaccia de *Judiciis*, lib. 1. cap. 78. *per totum*, Aceved. in *leg.* 4. titul. 4. lib. 8. *Recopilat.* ex numer. 3. ubi de captura propria auctoritate, & Cancerius, *Variar.* 2. part. cap. 10. ex num. 11. ubi de debitore fugitivo; & num. 65. ubi de reo in fragranti, Giurba cum aliis *consil.* 98. num. 3. Sanch. in *Cons. moral.* lib. 3. cap. unic. dub. 28. ubi de mandato in scriptis; & lib. 6. *capitul.* 4. dub. 6. numer. 5. Barbosa in *Collectan. cap. Cum non ab homine*, de *Judiciis*, numer. 12. ubi cum Avendañus de *Exequendis mandatis*, part. 1. *capit.* 22. Bernardo Diaz, *cap.* 125. & Aceved. in *leg.* 9. tit. 3. lib. 1. & *leg.* 5. tit. 3. lib. 4. *Recopilat.* & aliis pluribus resolvit, Judicem secularem posse capere Clericum repertum in fragranti delicto, ut ad suum Judicem ducat absque metu excommunicationis: & addit, quòd in fragranti quis dicitur deprehendi quando nec fugere, nec inficiari potest, Avilès in *capit.* 47. *Prætorum*, verb. *Clerigos*, num. 4. & in *cap.* 1. verb. *Cartas*, num. 6. Bolanus in *Curia Philipp.* part. 3. §. *Prision.* num. 6. & 4. & tom. 2. verb. *Navegantes*, numer. 7. vide etiam Barbosam in *leg. Alia.* §. *Elegantas.* ff. *Solutio matrimon.* ex num. 3. ubi de pacto capiendi debitorem propria auctoritate.

Ibi: *Item adde, &c.*

Casus in quibus privatus potest capere delinquentem etiam ex intervallo, dummodo intra viginti horas eum præsentet coram Judice, enumerat Farinacius *diff.* *quæst.* 27. n. 23. ut sunt monetarum falsarii, latrones, & viarum gras-

Tom. III.

satores, violenti fœminarum raptores, milites stipendarii fugientes, duces, arborum & vinearum incensores, venefici, & incantatores, & rei in fragranti reperti; eum vide, & Bolanus in *Curia Philipp.* part. 3. §. *Prision.* num. 2. & Cancerium, *Variar.* part. 2. cap. 10. numer. 65. & Aceved. *leg.* 4. titul. 4. ex num. 4. ubi de blasphemis, & aliis.

5 Ad n. 4. ibi: *Item adde quòd judex, &c.*

Nullum Judicem posse capere delinquentem existentem in alieno territorio, ut *hic* resolvitur docent, & explicant Tusch. *lit. C. concl.* 72. ubi ampliat, limitat, & declarat: Farinacius, *quæst.* 7. num. 40. & *quæst.* 27. num. 88. & plures relati à Cevallos, *quæst.* 59. ubi etiam agit de citatione verbali, & excommunicatione an litiget extra territorium existentem? Parladorius, *different.* 79. cap. 2. num. 6. Carlevalius, tom. 1. *disp.* 2. *quæst.* 1. num. 25. Gratianus in *regul.* 491. ex num. 1. & latè Barbosa in *leg. Titia.* ff. *Solutio matrimon.* num. 35. & vid. Fachin. lib. 9. cap. 23. Avend. *respons.* 40. num. 7. & Escobar de *Ratiociniis*, cap. 4. numer. 1. Bolanus, in *Curia*, tom. 2. §. *Falidos.* num. 19. & §. *Cuentas*, num. 9. Cenedum in *Collectan. cap. Romana.* §. *Contrahentes*, de *Foro compet.* lib. 6. qui latè agunt de fugientibus ex hoc Regno Castellæ ad Lusitanum, vel ad aliud Regi nostrum subjectum, de quo Carlevalius de *Judiciis*, tom. 1. *disput.* 2. ex num. 827. Et vide etiam Bobadillam, lib. 2. cap. 13. ex n. 65. ubi de Judice insequenti reum fugientem extra suam jurisdictionem, de quo etiam Villadiego in *Politica*, cap. 5. §. 27. ex num. 1. & in hoc crebriùs, receptum est, non posse Judicem, vel Aguazelum ingredi cum virga justitiæ, in alienam jurisdictionem, & capere delinquentem fugientem, & casu, quo eum capiat, debere eum relinquere captum in manu Judicis illius loci, ut inde per litteras requisitorias alterius Judicis, in cujus territorio deliquit, remittatur, ut ex Acevedo in *leg.* 3. tit. 2. num. 3. lib. 1. *Recopilat.* Farinac. *quæst.* 7. num. 40. & 41. & aliis pluribus resolvit Bobadilla, lib. 2. cap. 13. numer. 67. vide etiam Barbosam in *leg. Titia.* ff. *Solutio matrimon.* num. 33. & *seq.* & Guierrez, lib. 4. *quæst.* 25. num. 5. & 14. Avilès in *cap.* 1. *Prætorum*, num. 6. & Carlevalium *dicta disp.* 2. ex num. 756.

6 Ad num. 5. ibi: *Potest eum occidere, vel vulnerare, si telo se defendat, &c.*

Quòd si reus se defendat in captura resistendo possit occidi, vel vulnerari, & idem si fuga, vel alio modo se subtrahat, ut *hic* resolvitur, docent Bossius in *tit. de Captura*, num. 12. & *seq.* Plaza in *Epitome Delictorum*, lib. 1. cap. 38. numer. 6. Clarus in §. *final.* *quæst.* 29. & alii plurimi in unum congesti à Farinacio, *quæst.* 32.

Ee 2

ex

ex num. 40. ubi num. 41. docet quòd talis Judex vel Officialis non potest excedere modum justum in hoc casu, nec uti armis contra inermem; & num. 44. contra nostrum Gomez. & alios resolvit, quòd si reus fugiat, non possit occidi, nisi reus esset capitaliter damnatus, & bannitus, vel nisi ita Judex expressè mandasset; eum vide *ibidem*, usque ad num. 62. ubi hanc quæstionem fuisissimè explicat per ampliaciones, & limitationes. Suarez, *titul. de los Emplazamientos*, verb. *Sed attende*, numer. 26. Fachinæus, *lib. 9. Controvers. cap. 73. & 74.* Castillo in *lege 66. Tauri*, Narbona in *Concordiam familiarum sanctæ Inquisitionis*, glossa 18. num. 34. ubi plures refert.

Ibi: *Item adde quòd carcer, &c.*

7 Quòd carcer debet esse secundùm qualitatem delicti, cum debita securitate, & sine pœna, & cruciatu, ut *hic* resolvitur, docent plures relati, & secuti à Farinac. *quest. 95. & seq.* Gutierrez, *lib. 4. quest. 21.* & latè Bobadilla *supr. cap. 15. lib. 3.* ubi plura; Avilès, *cap. 25. Prætorum*, verb. *Dispensarem.*

8 Ad num. 7. ibi: *Quòd si durante lite post publicationem, &c.*

Reum posse relaxari ante sententiam, si de ejus innocentia constat, ut *hic* resolvitur, comprobant latè Suarez, *tit. de Fidejussore in causa crimin.* ubi Valdes, alios refert, Menoch. *de Arbitr. lib. 2. casu 30.* Clarus in *§. fin. quest. 46.* Bossius, *tit. de Carcerato fidejussorib. commitendo*, ex n. 1. optimè Salgado *de Protectione, part. 2. cap. 4. ex num. 187. & 218.* ubi de forma hujus fidejussionis.

9 Ad num. 8. ibi: *In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.*

In casibus quibus pœna pecuniaria, vel exilii imponenda venit, reus potest sub fidejussoribus relaxari; secus, ubi est imponenda pœna corporalis: & si de facto relaxetur: in hoc casu pœna pecuniaria potest habere locum contra fidejussorem, ut *hic* resolvitur: ita docent Suarez, *tract. de Fidejussore in causa criminali, per totum*, Tuschus, *littera C. conclus. 87. per totam*, Parlador, *differentia 138. num. 7.* Cancerius, *Variar. part. 2. cap. 5. numer. 95.* ubi an possit se obligare fidejussor ad pœnam corporalem? & *part. 3. cap. 12. ex num. 132.* & Bobadilla *infra, num. 104.* & Clarus in *dist. quest. 46.* & alii quampluri adducti à Farinacio, *quest. 33. & 34. per totas*, ubi fuissimè, ut solet materiam prosequitur; & num. 3. & *seqq.* declarat qualis debeat esse iste fidejussor, & quomodo debeat obligatio concipi; & num. 43. & *seqq.* agit quid si non inveniatur fidejussorem, an admittatur ad cautionem juratoriam? & num. 77. ubi agit de relaxatione Paschatis tempore (de quo etiam

Bobadilla, *lib. 3. cap. 15. num. 17. & Lara de Anniversar. cap. 22. ex num. 28.*) eum vide per dictas duas quæstiones, quibus præsentem resolutionem latissimè exornat: & numer. 9. addit quòd si fidejussor nolo desiit reum exhibere, puniri potest corporaliter, Carlevalius *de Judiciis, tom. 1. disp. 2. num. 750. & 751.* ubi benè explicat, & latius Salgado *de Protectione, part. 2. cap. 4. ex n. 153.* & Gutierrez, *lib. 4. quest. 21.* ubi num. 4. ait, quòd Nobilis, dives, & magnæ æstimationis vir, licèt agatur de pœna corporali potest sub fidejussoribus relaxari, Salgado, *suprà, num. 196.*

10 Ad numerum 9. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quòd si reus, vel fidejussor pro eo promisit se præsentare intra certum tempus sub certa pœna, quod termino elapso incidat in pœnam absque alia interpellatione, ut *hic* resolvitur, docent plures DD. in unum congesti à Farinacio, *quest. 34. num. 129. usque ad 134.* contra alios plures *ibid. num. 125.* relatos, & Matienzo in *leg. 10. tit. 16. lib. 5. Recopil. glossa 2. num. 3.* ubi etiam ait, illum textum esse singularem ad hoc quòd fidejussor de præsentando reum in judicio, vel *de la haz* sub certa pœna ad hoc obligatus, si incidat in eam pœnam ob non implementum, & talis pœna non fuerit petita intra annum à die, quo fuit incurta, deinceps non poterit peti, nec exigi; vide etiam Acevedum in *leg. 14. tit. 4. lib. 5. Recopil. num. 3.* ubi quòd regulariter, quando ex culpa in non faciendo commissa est pœna incurta, requiritur monitio, & Pichard. in *§. Sed hodie: Institut. de Satisfactionib. num. 17.* Tuschum *litt. F. conclus. 322.* & Cancerium, *Variar. lib. 2. cap. 5. num. 136.*

Ibi: *Dubium tamen est, &c.*

Quòd eo ipso quòd reus fuerit carceratus pro eadem causa, licet postea fugiat, fidejussor liberetur, ut docet Gomez. probat Afflictis *dicis. 130.* Bossius in *Practica, tit. de Carcerato fidejussoribus committendo, num. 31. & 39.* Matienzo in *leg. 10. tit. 16. lib. 5. Recopil. glos. 2. num. 4.* ubi laudat nostrum Gomez. & Pichard. in *§. Sed hodie, Institut. de Satisfactionib. num. 18.* ubi quid si reus decedat? & alia *per tot. §.* Tuschus *lit. F. concl. 326.* Canc. *Variar. lib. 2. c. 5. num. 134.* & latissimè Farinacius, *quest. 34. ex num. 93.* ubi num. 94. limitat præterquam si fidejussor promiserit, præsentare toties quoties, &c. & denuntiante reo, ut fugiat ne capiatur, vide Avendañum, *respons. 22.*

11 Ad numerum 10. ibi: *Potest semper appellari, &c.*

Injustè captum posse semper appellare, etiam si à die mandati de capiendo sint elapsi dies à jure constituti ad appellandum, & gravamen sit con-

continuum, ut *hic* resolvitur, docent communiter DD. ut constat ex Pichardo, in *Manuductionibus*, part. 4. præcept. 11. num. 7. & vide latissimè Salgado de *Protectione Regia*, part. 2. cap. 4. maximè num. 237. ubi advertit quòd appellans post terminum debet allegare gravamen de præsentia.

12 Ad numerum 11. ibi: *Videtur confiteri delictum, &c.*

Et ibi: *Sed certè iste videtur dubius, &c.*

Fugientem à carcere haberi pro confesso, & debere puniri pœna eadem, ac si verè delictum commisisset, præterquam si suam innocentiam probet ut *hic* resolvitur, docent Clarus in *Præctic. §. final. quæst. 21. versic. Tertio autem modo*, Menoch. de *Arbitr. casu* 30. num. 5. & de *Præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 45. Masch. de Probation. concl. 266. num. 1. & concl. 820. Morl. in Emporio, titul. 11. quæst. 10. num. 11. & alii plures relati à Farinac. in *quæst. 30. ex num. 7. ubi usque ad num. 33. plures opiniones adducit, & latè agit de intellectu, textus in leg. in Eos. ff. de Custodia reorum; & tandem sub distinctione præsentem resolutionem explicat, & pœnam mitiorem, & non ordinariam imponendam hoc casu asserit, ut videri potest per eum ibi, numer. 24. & 25. eum vide & Paz, in Praxi, tomo 1. part. 5. cap. 3. §. 2. ex numer. 7. Plaz. in Epitome Delictor. cap. 38. num. 7. Fachin. lib. 9. Controversiar. cap. 69. & 72. Bobadilla, lib. 3. cap. 15. ex num. 132. Gratian. in regul. 127. per totam, Bolan. in Curia, part. 3. §. 11. num. 13. qui omnes in pœna arbitraria imponenda conveniunt; & addunt quòd fugiens à carcere, & se præsentans coram Superiore non videtur fugere, nec pœnam incurrit, vide etiam Barbos. in Collect. cap. nullus, de Præsumption. num. 3. ubi num. 4. remissivè agit de injustè detento in carcere, an fractis vinculis liceat fugere? plures referens ad hanc quæstionem quos vide, maximè Laram in leg. Si quis à liberis. §. Sed utrum ex num. 24. Aceved. in leg. 8. tit. 9. lib. 3. Recopilat. num. 7. Sayr. in Clavi Reg. lib. 12. cap. 18. ex num. 4. Reginald. in Praxi, lib. 24. n. 149. D. Larream, Allegat. fiscal. 114. num. 4. & 28. ubi quòd ei licet custodes occidere, de quo Sanchez in Consil. lib. 6. cap. 4. dub. 17. & dub. 7. & seq. ubi de justè carcerato fugiente. Et quòd fugiens à manibus judicis punitur, ac si fugisset à carcere; idem Farinacius, quæst. 32. num. 26. Et an fugientem percutere liceat? *ibid.* num. 43. & seq.**

13 Ad numerum 12. ibi: *Quæ omnia videntur limitanda, &c.*

Uxorem, quæ mutatis vestibus exemit maritum à carcere, excusari à pœna ordinaria, ut *hic* resolvitur, docent Bobadilla, lib. 3. cap. 15.

n. 130. & plures relati, & secuti à Farin. q. 30. n. 118. & quæst. 31. num. 160. & Pichard. in §. Cæterum, institut. de leg. Aquilia, num. 48 qui alios refert, Gratian. reg. 112. ad fin. Et an alius quilibet extrahens carceratum committat crimen læsæ Majestatis? vide Narbon. in *Concordia familiarum*, glossa 7.

Item de obligatione custodis carceris, vide Farinac. quæst. 31. per tot. ubi num. 93. & seq. quòd non potest relaxare captum de mandato creditoris sine mandato judicis, Bobadilla *suprà*, numer. 127. & lib. 2. cap. 13. ex numer. 65. qui etiam agunt de custode carceris cognoscente carnaliter carceratam, & Tuschum, verb. Custos, latè.

CAPUT X.

Quando reus gaudeat immunitate Ecclesie, & privilegio primæ tonsuræ.

SUMMARIUM.

- 1 Quando reus gaudeat immunitate Ecclesie?
- 2 Casus in quibus delinquens non gaudet immunitate Ecclesie.
- 3 An, & quando delinquens gaudeat privilegio primæ tonsuræ?
- 4 Conjugatus an gaudeat isto privilegio primæ tonsuræ?
- 5 Si reus delinquens tempore commissi delicti non erat Clericus primæ tonsuræ, & postea recepit primam tonsuram, an judex laicus possit cognoscere de ejus delicto, an Ecclesiasticus?
- 6 Si aliquis fecit delictum cum Clerico, an laicus gaudeat privilegio Clerici, ut judex Ecclesiasticus cognoscat de delicto laici?
- 7 Clericus primæ tonsuræ si declinaverit jurisdictionem judicis sæcularis, an perdat officia regalia?

1 **I**tem etiam utiliter & necessariò quæro, an, & quando reus delinquens gaudeat immunitate Ecclesie, ut ab ea non possit extrahi? Et an & quando gaudeat privilegio primæ tonsuræ, ut per judicem sæcularem non possit capi; & si de facto capiatur, debeat ad judicem Ecclesiasticum remitti?

Et

Et in primò articulo resolutivè dico, quòd regulariter omnis reus delinquens gaudeat immunitate Ecclesiae, ut ad eam confugiens post delictum, non possit ab ea extrahi: textus est in *leg. Præsenti. Cod. de His qui ad Ecclesias confugiunt*, text. in *cap. Sicut antiquius. 17. quæst. 4.* textus in *cap. de Raptoribus 36. quæst. 1.* textus capitalis in *cap. Inter alia, de Immunit. Eccles.* Et idem disponit *lex 1. titul. 11. part. 1.* Adeo quòd non potest per judicem secularem inhiberi, ne sibi dentur alimenta, & omnia necessaria: textus in *dist. leg. Præsenti*, ibi, *ut ei aliquid aut victualium rerum, vel vestis negetur, aut requies*, & idem disponit prædicta *lex partit.* Quod extende, ut procedat etiamsi fugiat ad Clericum portantem per viam Corpus Domini postri Jesu Christi: quia etiam gaudet immunitate Ecclesiae, licèt jure expressum non inveniat: Primò, quia est longè dignius, quàm Ecclesia materialis: Secundò, quia Ecclesia habet hoc privilegium propter ipsum Christum: Et confirmari potest auctoritate Evangelica, *Matth. cap. 9.* ubi mulier quæ patiebatur fluxum sanguinis, tangens fimbriam Domini nostri fuit salva: & his considerationibus ita determinant Hosti. Abb. & communiter DD. in *cap. Sane, de Celebratione Missarum.* Idem Host. in *Summ. de Immunit. Eccles. column. 7. num. 12.* Imol. in *Clement. 1. de Pæn. & remis. column. 2. n. 10.* Summa Angelica in *part. Immunitas. §. 28.* Joann. Tierrus in *tract. Fuga. 1. column. n. 8 & vol. 8. tractuum.* Joan. Faber. in *§. fin. Instit. de His qui sunt sui, vel alie. jur. col. 2.*

2 Quod tamen limita & intellige, præterquam in casibus (A) sequentibus. Primus est, quando talis reus delinquens sit publicus latro: quia ille non gaudet immunitate Ecclesiae: textus est in *dicto capit. Sicut antiquus, caus. 17. quæst. 4. text. in dist. cap. Inter alia*, ibi; & hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, & idem disponit, *lex 4. tit. 11. part. 1.* Advertendum tamen, quòd publicus latro dicitur ille, qui in itinere publico, vel mari commisit furtum: argumento textus in *leg. Capitalium. §. Grassatores*, & *§. Famosus. ff. de Pænis*, quo casu aggravatur pœna; quia ut plurimum tale furtum non perpetratur sine homicidio, ut in *distis juribus*: unde in hoc casu propter gravitatem criminis non gaudet immunitate Ecclesiae. Ex quo deducitur & infertur, quòd si fur vel latro commisit simplex

furtum in alio loco, gaudebit immunitate Ecclesiae; & ita tenent Innoc. & communiter DD. in *dist. cap. Inter alia*, & probat textus in *cap. de Raptoribus 56. quæst. 1.* ubi raptor mulieris gaudet immunitate Ecclesiae: quod est gravius delictum, quàm rapere rem particularem bonorum alterius. Quod tamen intelligo, præterquam si commisit tria; vel plura furta: quia tunc posset extrahi de Ecclesia; quia per talem consuetudinem efficitur famosus: argumento textus in *dist. §. Famosus*, & in *Authent. Sed novo jure*, juncta Glossa ordinaria & communi opinione. *Cod. de Serv. fug.*

Secundus casus est, quando talis reus delinquens sit nocturnus depopulator agrorum, qui Segetes vel messes devastat: textus est in *dist. cap. Inter alia*, & ibi communis opinio DD. & idem disponit prædicta *lex 4. titul. 11. part. 1.* cujus ratio potest esse: quia tale delictum tendit in grave damnum totius reipublicae, consumendo & devastando fructus terræ, ex quibus alimenta percipiuntur: unde propter gravitatem delicti hoc statutum est.

Tertius casus est, quando talis reus commisit delictum in Ecclesia: quia tunc non gaudet immunitate ejus: textus est in *Authentic. Ut liceat matri & avia. §. Quia vero ita, collat. 8.* cujus ratio est: quia non est æquum, nec justum, privilegium vel beneficium recipi ab Ecclesia, vel persona, quam offendit, cujus verba sunt: *Non enim debent hujusmodi personæ in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt*, & ibi notant & commendant Angel. & alii DD. textus in *cap. final. de Immunit. Ecclesiae*, & ibi communiter DD. & idem disponit prædicta *lex 4. titul. 11. part. 1.* Confirmatur etiam ex text. cum ratione in *leg. Auxilium. §. in Delictis. ff. de Min.* cujus verba sunt: *Et non sit ætatis excusatio adversus præcepta legum ei qui dum leges invocat, contra eas committit.* Et adde, quòd hoc casu judex secularis est Judex competens de tali delicto, non verò Ecclesiasticus; ut probant prædicta jura, & in expressò ita tenet Bartol. in *leg. Si cui. §. fin. ff. de Accusat. column. 1. n. 3.* Salyc. in *Authent. Item nulla communitas. Cod. de Episc. & Cleri. col. 1. n. 4.* Bald. in *leg. Si quis in hoc genus, eod. tit. col. 2. num. 1.* Abbas qui bene declarat. in *dist. cap. Inter alia de Immunit. Eccles. penult. col. num. 29.* & ibi communiter DD. idem Abbas. in *cap. fin. eod. tit.*

(A) Consulito hac de materia quando forsitan erit, Remig. de *Immunit. Eccles.* Did. à Covarrub. lib. 2. *Resolut. cap. 20.* pract. Jodoci. *cap. 106.* & latè ac diligenter hac de re agentem Jul. Clarus. in *Pract. §. ult. quæst. 30. per totam. Bar-*

tol. & DD. in *leg. Plerique. ff. de In jus vocand.* Marian. Socin. qui latè de hoc materia tract. in *titul. Citation. articul. 16.* Ægidium Bos. in *sua Practica criminal. in tit. de Captur. num. 21.*

tit. Ang. de Malef. in part. in Sculis Sanctis Petronii, & ibi ejus additionator. Et idem esset quandò quis exiret de Ecclesia ad delinquendum quia similiter non gauderet ejus privilegio, argumento prædictorum jurium, & eorum ratione.

Quartò limita & intellige, quando talis reus ex proposito & sua libertate fugit ad Ecclesiam: Secus tamen est, si per judicem vel ejus officialem ducatur ad carcerem, vel ad furcam per Ecclesiam, vel locum sacrum: quia per hoc non gaudet immunitate Ecclesiæ, quia ille transitus non est in consideratione, cum reus delinquens ibi non fuerit in plena libertate sua, sed detentus & oppressus à judice: argumento text. notabilis in leg. Si quis post hanc, Cod. de Ædific. privat. ubi habetur, quod illud quod non potest tolli nec extrahi de aliquo certo loco, potest aliunde portari, licèt transeat per illum locum prohibitum; & ad hoc norant & commendant ibi Glossa ordinaria, Jacob. de Areti. Cyn. Bald. Angel. Salycet. & communiter DD. Bartol. in leg. Cætera, §. Sed & si quis, in fin. ff. de Legat. 1. & ibi Modern. & in expressò in nostra quæstione & materia ita tenet Arch. in cap. Sicut antiquis 17. quæst. 4. Hippolytus de Marsil. in leg. unica, Cod. de Rapt. virg. column. 2. numer. 115. Palat. Rub. ubi reputat singulare & quotidianum in sua repet. cap. Per vestras, fol. 2. column. 2.

Quintò limita, præterquam si quis commisit homicidium vel delictum proditoriè, vel alevosè: quia tunc non gaudet immunitate Ecclesiæ: ita probat textus in cap. 1. de Homicidio, cujus verba sunt: Si quis per industriam occiderit proximum suum; & per insidias, ab Altari meo avellet eum, ut moriatur, & ibi tenent Glossa ordinaria, Abb. antiquus, Innoc. Hostiens. Card. Anton. Anan. & Felin. Innocent. in cap. inter alia, de Immunit. Eccles. col. 1. in fin. Faber. in §. Item lex Cornel. de Sicariis, Institut. de Publicis judic. & ibi Platea column. 2. Guido Papæ in Decisionib. suis decis. 121. ubi dicit, quòd in quæstione de facto, ita fuit consultum & decisum per omnes auditores parlamenti: Et ita etiam fuit judicatum & decisum in Cancellaria de Valladolid ab auditoribus regalibus contra quosdam cives Zamorenses, qui proditoriè & alevosè quendam decurionem occiderunt, Et sic benè nota, quòd tantum ille, qui casu, & impetu homicidium vel delictum fecit, gaudet immunitate Ecclesiæ; non verò ille, qui fecisset proditoriè, insidiosè, vel alevosè. Sed advertendum, quòd contraria opinio videtur verior; imò, quòd indistintè talis homicida vel delinquens gaudeat immunitate Ecclesiæ, etiamsi proditoriè vel alevosè fecerit: Primò, quia text. in dist. cap. Inter alia, expressè, & generi-

cè disponit, quòd omnis delinquens gaudeat immunitate Ecclesiæ, etiamsi gravia delicta perpetravit. Secundò, quia ille textus specialiter excipit duos tantum casus, scilicet. Si sit publicus latro, vel depopulator agrorum, ergo in aliis remanet firma regula in contrarium. Tertio facit text. in cap. fin. eodem tit. de Immunit. Ecclesiæ, ubi alter casu excipitur, & probat apertè, quòd ille, nec alter casus non comprehendebatur in dist. cap. Inter alia, & in terminis, licèt non ita benè fundet, ita tenet Abb. Panormit. in dist. cap. 1. de Homicidio, column. 1. num. 1. & ibi Joan. And. & Anch. Et ad text. in dist. cap. 1. de Homicid. potest responderi, quòd loquitur in Clerico homicida, qui per hoc evellitur ab altari per depositionem ordinis & beneficii. Vel aliter & secundò, quòd loquatur in Laico & in Clerico, ut pro tali crimine evellatur ab altari, primo ab Ecclesia per excommunicationem, secundum prædictos Doctor. Et certè in puncto juris ista secunda opinio videtur verior: Sed cum alia opinio contraria sit communis, non esset recedendum ab ea in judicando, & consulendo; maxime quòd continet æquitatem. Unum tamen est pro declaratione prædictorum; quòd in casibus, in quibus talis reus delinquens non gaudet immunitate Ecclesiæ, non debet ab ea extrahi per judicem laicum; sed per judicem Ecclesiasticum, qui postea debet tradere ipsi judici laico: ita probat text. in Authent. Si quis ei, Cod. de Adult. & ibi tenet Salyc. column. 2. not. 6. & Augustin. in addit. ad Angel. de Malefic. in part. in Sculis Sancti Petronii, Joann. Tierrus in tract. de Fuga, column. 2. num. 9.

3 In secundo verò articulo, scilicet. quando reus delinquens gaudeat privilegio primæ tonsuræ, ut per judicem sæcularem non possit capi, nec puniri; & si de facto capiatur, debeat remitti ad judicem Ecclesiasticum: Breviter & resolutivè dico, quòd talis reus delinquens gaudet beneficio Clericali, ut non possit conveniri coram judice laico, sed coram Ecclesiastico, adeo ut non possit hujus privilegio renunciare, quia introductum est in favorem totius ordinis Clericalis: textus est capitalis & expressus in cap. Cum non ab homine, de Judic. text. in cap. Si delinquenti de Foro compet. text. in cap. Continua, & in capit. Placuit, & in capit. Clericum nullus, & in cap. Inviolata, caus. 11. quæst. 1. & quasi per totam illam causam, & quæstionem, text. in cap. Cum Clericus, & in Authent. Statuimus, Cod. de Episcop. & Cleric. text. in Authent. de Sanct. Episcopis, §. Si quis con. collat. 9. text. in Authent. ut Cleric. apud proprios Episcop. primum conveniantur, & per totam collat. 6. cum similib. & utrobique communiter DD.

4 Quod procedit etiam si sit conjugatus: dum

ra-

tamen cum unica & virgine, non verò cum vidua vel corrupta; & tonsuram & habitum decentem deferat: text. est in *cap. unico de Clericis conjugatis*, lib. 6. aded ut non sufficiat, quòd vir talem credebat & reputabat, quando cum ea contraxit, si verè sit corrupta, secundùm communem opinionem *ibi* & tenet Glossa ordinaria, & *ibi* Doct. in *capit. Nemo*, *distincti*. 32. Unde, quando talis reus est captus à iudice laico, vera & communis practica est, quòd faciat comparere coram iudice Ecclesiastico, & petatur inhiberi laicum ante omnia, probando titulum clericalem, & similiter quòd contraxit cum unica & virgine, & non corrupta, vel saltem quæ communiter talis reputabatur; & obtinebit, nisi ex adverso probetur contrarium, & secundùm communiter DD. in *dicti. cap. unico*, & probat textus expressus in *capit. Si Iudex laicus*, de *sent. excom.* lib. 6. Dubium tamen est, si prius ipse defloravit, & postea cum ea contraxit, an gaudeat privilegio? Et dicendum est quòd sic; & ita tenet Glossa ordinaria & communiter DD. in *dicti. cap. unico*. Hodie tamen in nostro regno talis reus delinquens conjugatus, vel non, debet portare & deferre habitum clericalem & tonsuram tempore perpetrati delicti, & ante per quatuor menses; aliàs non gaudebit tali privilegio: ita disposuit Alexand. Papa in *Bulla*, super hoc *Catholicis regibus Hispaniæ concessa*, quæ habetur, & est incorporata in *pragmatica* 21. cum sequent. lib. *Pragmaticarum*.

5 Quæro tamen circa prædicta, si reus delinquens tempore commissi delicti non erat Clericus primæ tonsuræ; postea verò recepit primam tonsuram, an iudex laicus possit & debeat cognoscere de ejus delicto, an verò iudex Ecclesiasticus? Et resolutivè dico, quòd iudex laicus: quia in delictis, quoad pœnam imponendam, semper attenditur tempus delicti commissi, non verò tempus sententiæ: textus est notabilis & expressus in *leg. 1. ff. de Pœn.* & *ibi* notant & commendant DD. probat etiam text. in *leg. Injuriarum æstimatio*, *ff. de Injur.* ubi habetur, quòd si quis passus est injuriam ab alio, & postea vilior, vel nobilior factus sit talis offensus; non debet attendi in æstimatione injuriæ tempus sententiæ, sed tempus illatæ injuriæ, facit etiam text. in *leg. Doli*, §. *fin. ff. de Servo corrupto*, text. in *leg. Si quis decurio*, vers. *fin. Cod. ad leg. Corn. de Falsis*, ubi habetur, quòd licet decurio non possit torqueri, tamen, si commisit falsitatem antequam esset decurio, bene potest torqueri; & sic dignitas, vel qualitas superveniens in persona delinquentis post delictum commissum non excusat à pœna, vel tortura; & *ibi* notant & commendant DD. quod reputo notabile.

6 Item quæro, si reus merè laicus commisit delictum cum alio clerico primæ tonsuræ, vel cujuslibet ordinis, vel cum alia persona privilegiata, aut gaudeat privilegio clerici socii sui, vel alterius personæ; taliter quòd uterque debeat conveniri coram Iudice Ecclesiastico, vel iudice personæ privilegiatæ? Et videtur quòd sic: Primò, ne continentia causæ dividatur, & ne sequatur absurdum, si varix, vel contrariæ sententiæ proferantur: argumento text. in *leg. Nulli*, *Cod. de Jud.* text. in *leg. 1. & 2. ff. de Quibus reb. ad eundem iudicem eatur*. Secundo, quia magis dignum semper debet retrahere ad se minus dignum: text. est in *capit. Quod in dubiis*, vers. *fin. de cons. Eccles. vel altar.* text. in *cap. Sacris*, de *sepulturis*, textus in *cap. Non æstimmus* 13. *quest. 2.* text. in *cap. Per tuas*, de *arbitris*, textus in *leg. Quæ religiosis*, *ff. de Rei vend.* text. in *leg. Si alieni*, *ff. de Solut.* text. in *leg. Eum qui ædes*, *ff. de Usucap.* text. in *leg. Si communem*, *ff. Quemadmodum, servi amitt.* & facit Glossa notabilis in *cap. fin. §. fin. de Jur. patron.* lib. 6. & doctrina Bart. & communis in *leg. Præcipimus*, §. *Eodem observando*, *Cod. de Appell.* & faciunt ea quæ latè accumulat Georgius Natan in *cap. Quamvis pactum de pactis*, in 6. col. 53. & Jas. in *leg. Emancipati*, *Cod. de Collat.* column. 3. num. 5. Tertio facit text. bene ponderatus in *leg. Utrum*, *ff. ad leg. Pomp. de Parric.* ubi habetur, quòd si filius cum extraneo occidit patrem, uterque tenetur pœnà parricidii; quem text. in suo casu reputat *ibi* mirabilem & unicum Alber. Quarto facit text. in *leg. fin. Cod. de Accusat.* ubi disponitur, quòd confessio, quam facit reus captus de socio criminis, non valet quia fortè dolosè & falsè hoc assereret, veniam delicti sperans ex persona nominati: ergo apertè vult, quòd si verè essent socii criminis, & probaretur, gauderet unus privilegio alterius. Et in expressò, licet non ita bene fundet, istam sententiam & conclusionem tenet Socin. in *leg. Cum senatus*, *ff. de Rebus dub. fin. colum. in fin.* & dicit ita fuisse obtentum in practica in quæstione de facto, & esse bene notandum pro liberando amico à pœna mortis; tenet etiam Marianus Socin. in *cap. 2. de mutuis Petitionib.* colum. 15. num. 30. ubi exultat & valdè commendat; & ante eos ita tenet originaliter Antonius de Prato veteri in *l. 1. in fin. ff. Quæ sent. sine appell. res Thom. de Ferrariâ*, in *Cautelis suis*, *cautela* 10. Felin. in *cap. 1. de Præscript.* 4. column. Hippol. de Marsiliis, *cons. 67. pen. column. num. 62.*

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quòd laicus delinquens cum clerico non gaudet privilegio sui consocii, sed quilibet potest conveniri & puniri à suo iudice proprio: per sequentia; Primò, per textum notabilem,

in leg. Si quis uxori, vers. 1. ff. de Furtis, ubi habetur, quod si uxor fecerit furtum marito cum alio socio extraneo, ipsa non tenetur pœna furti, sed benè tenetur & punitur socius extraneus, & non iuvatur beneficio & privilegio uxoris. Secundò facit text. in leg. Si quis præferendum, §. fin. eodem tit. de Furtis, ubi probatur, quod si duo, vel plures committunt aliquod delictum, & in uno subest qualitas augendi pœnam, & in alio cessat; quod in uno debet per judicem augeri, in alio verò non; & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. & communiter alii DD. Tertio probat etiam text. in leg. Minoribus, Cod. de His quib. ut indig. ubi probatur, quod si plures accusantur & condemnantur per judicem ordinariam de eodem delicto, & unus eorum appellavit, & alter non; licet suspendatur sententia lata contra appellantem, vel per judicem superiorem revocetur, tamen benè potest statim exequi contra socium non appellantem; & ibi ad hoc notant & commendant Bald. & alii DD. Quarto etiam facit, quia in qualibet persona de pluribus committentibus delictum, reputatur diversum & distinctum delictum, argumento textus cum materia in leg. 1. Cod. de Cond. furt. ergo quilibet possit & debeat coram suo proprio iudice sub competenti pœna puniri. Nec obstant jura & fundamenta supra in contrarium adducta: Quia loquuntur & procedunt in rebus & causis connexis & inseparabilibus; quod non est in nostro casu & quæstione. Et in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Anchar. in cap. Cùm non ab homine, de jud. 2. column. in fin. & eam ego sequor tanquam veriore deliberatione præcedente, & ita dixi & consului iudicibus ordinariis, in quæstionibus occurrentibus de facto, & vidi communiter practicari in isto regno, & apertè probat lex nova 123. in ll. Styli.

7 Adde tamen pro complemento materiæ, quod hodie in nostro regno clericus primæ tonsuræ qui declinaverit jurisdictionem iudicis sæcularis, & habuerit recursum ad Ecclesiasticum, amittit officia regalia, & redditus eorum: ita disponit lex 8. & 9. tit. 1. lib. 3. Ordin. cum simil. & earum occasione semper delinquentes timent se præsentare coram Ecclesiastico. Sed advertendum pro earum declaratione: quia videtur, quod non teneat nec valeat earum dispositio, sed prorsus sit nulla, quia tendunt contra libertatem Ecclesiæ, & Clericorum privilegia: argumento text. in cap. Quæ in Ecclesiarum de Const. ibi communiter DD. text. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, eodem tit. text. in Authent. Cassa & irrita, Cod. de Sacros. Eccl. text. in leg. 2. tit. 3. lib. 1. Ord. Sed, hoc non obstante, contrarium est tenendum, imò, quod dispositio præ-

Tom. III.

dictarum legum valeat & teneat, quia jura in contrarium adducta debent intelligi, quando lex, vel statutum auferret clericis directè vel indirectè aliquod jus, vel privilegium inductum à jure communi canonico; secus verò si auferat jus vel privilegium, quod habent, & sibi proveniunt ab ipsius Regibus vel Dominis statuentibus; quia tunc benè valet & tenet eorum dispositio, & hoc casu propriè loquuntur & procedunt prædictæ leges regni: & in expressò ita tenet & declarat Paul. de Castr. in leg. Si quis Curialis, Cod. de Episcop. & Cleric. 1. column. num. 5. Utile tamen remedium ad illas leges, pro evitanda earum pœna erit, ut ipse reus delinquens non declinet Jurisdictionem Iudicis Sæcularis; sed Iudex Ecclesiasticus ex officio suo petat & declinet? argumento text. in cap. Si Iudex Laicus alicujus, de Sentent. excomm. l. 6. ibi, vel curia ipsa eum tanquam suum Clericum repetat. Item etiam, sicut dominus pro servo, vel pater pro filio, vel Abbas pro monacho admittitur pro suo interesse; ita ipsemet Iudex Ecclesiasticus admittitur pro suo clerico subdito; & isto fundamento & consideratione istam sententiam & conclusionem tenet expressè Bartol. in leg. penult. §. ad Crimen. ff. de Publ. jud. 4. column. num. 9. idem Bart. in leg. 2. Cod. de Accus. Bald. & alii DD. in leg. ab Administrat. Cod. de Legatis, Abb. Panor. in cap. Si diligenti, de foro compet. fin. column. & quæst. & ibi alii DD.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur materiam explicantes?
- 2 Quando reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, & quid de Clerico?
- 3 Publicus latro non gaudet immunitate.
De nocturno depopulatore agrorum.
De delinquente in Ecclesia.
De eo qui ducitur captus per Ecclesiam?
De homicidio proditorio?
- 4 De immunitate Clerici quoad forum.
- 5 De Clerici conjugati exemptione quoad forum, & ibi de ejus uxore; & de Monachis, & Religiosis Militaribus, & Scholasticis, remissivè.
- 6 Quid si quis post delictum commissum fiat clericus, vel è contra?
Quid si fiat familiaris sanctæ Inquisitionis?
- 7 Laicus delinquens simul cum Clerico, an gaudeat privilegio fori?

Ff

Cle.

Clericus declinans Jurisdictionem sæcularem ammittit officia Regalia.

Clericus delinquens in officio sæculari, an à sæculari Judice puniri possit? & plures casus in quibus sæculari jurisdictioni subjicitur; & ibi de Clerico teste.

Clericorum animalia damnum dantia, an possint capi à Judice sæculari?

Quid in familiaribus Episcopi, seu Nuncii Apostolici, vel cujuslibet Clerici, an gaudeat privilegio fori?

Et an Episcopus possit habere familiam armatam, & capere laicum?

8 *Nuntii Ordinum Militarium an gaudeant privilegio fori? & de eorum exemptione?*

1 **D**E hac materia agunt præter ordinarios in propriis locis, Sylvester & omnes Summistæ verb. *Immunitas*, Covarrub. *lib. 2. Variarum, cap. 20.* Clarus in *§. final. quæst. 30.* Tiberius Decianus, *lib. 6. cap. 25.* Tuschus *litter. E. conclus. 10. & seqq.* Petrus Gregorius in *Sytagm. lib. 33. cap. 21. ex num. 3.* Gratianus *disceptat. cap. 596. & 598.* Acevedus in *tit. 2. lib. 1. Recopilat. Farinacius latè in quæst. 28. & in tractatu speciali, de Immunit. Eccles. Paz in Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3.* Suar. *de Religione, tom. 1. lib. 3. cap. 8.* Sanchez in *Consil. Moral. tom. 2. l. 6. cap. 1. dub. 7. & seqq.* Quesad. in *cap. 1. per totum, Parlador. different. 76.* Fachinæus *lib. 9. cap. 93.* Cevallos, *quæst. 684. & 689. & 683. & 817. & 901.* Carrasc. *ad leges Recopilationis, cap. 3.* ubi multa particularia congerit, Gutierrez *lib. 1. quæst. 1. l. 3. quæst. 4.* Bobadilla in *Politica, l. 2. cap. 14.* & alii plurimi in unum congesti à Barbosa in *Collectan. ad rubr. de Immunit. Eccles. in Decretal. nec non Diana in suis resol. in primis tractatib. cujuslibet tomi, Pichard. in Manuduct. part. 3. §. 3. numer. 6. & §. 4. numer. 67.* item Barbosa *de Jure Eccles. lib. 2. capit. 3. latè, plura Larrea, decis. Granat. 29.* omnino videndus.

2 Ad numerum 1. ibi: *Regulariter omnis reus, &c.*

Quòd regulariter reus gaudeat immunitate Ecclesiæ si ad eam confugiat, vel ad Sacerdotem portantem Corpus Domini nostri Jesu Christi, taliter quòd non possit per Judicem sæcularem inhiberi, ne ei dentur alimenta, & omnia necessaria, ut hic resolvitur, docent omnis DD. *suprà* relati, & maximè Gregorius Lopez in *l. 2. titul. 11. part. 1.* Covarrub. *lib. 2. Variarum, capit. 20. num. 6.* Didacus Perez in *leg. 6. titul. 2. lib. 1. Ordinam. glossa 2.* Clarus in *§. final. q. 30. num. 1.* Cevallus, *quæst. 169. & 269. & tom. 5. de Cognitione per viam violentiæ, quæst. 5. & 42.* & quam plurimos referens Farinacius in *tractat.*

de Immunitate Eccles. cap. 2. per totum, ubi latissimè declarat per ampliaciones, & limitationes, Cenedus in Collectan. 4. Decretum, num. 7. & quæst. 9. num. 14. ubi quòd si Cardinalis pileum suum imponat super caput rei gaudebit immunitate, Salgad. *de Protect. 2. part. cap. 4. ex num. 113.* ubi quòd etiam Clericus gaudet immunitate, Cened. *quæst. 9. num. 7. & num. 9.* ubi quid si Judex sub promissione immunitatis reum extrahat ab Ecclesia & *num. 10.* ubi quòd si reus propter timorem sibi incussum exeat ab Ecclesia, est illi restituendus, Barbosa in *tract. de Jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 50. & seq.* & quòd beneficio immunitatis non possit reus renuntiare, docent plures relati à Larrea, *decis. Granat. 29. num. 2.*

3 Ad numerum 2. ibi: *Primus, &c.*

Quòd publicus latro, ille scilicet qui in itinere publico, vel mari commisit furtum, non gaudeat immunitate Ecclesiæ; secus fur, vel alius latro, præter quam si commisit tria, vel plura furta, ut *hic* resolvitur, docent Tiberius Decianus, *lib. 6. cap. 28. num. 2. & 3.* Tuschus *litter. E. concl. 11. num. 1.* Covarrub. in *Practica, cap. 20. num. 13.* Clarus in *§. fin. quæst. 30. numer. 8. & 9.* Gutier. *lib. 3. Practicarum, quæst. 4.* Farin. *quæst. 28. num. 50. & seq.* & in *tract. de Immunit. Eccles. cap. 10. num. 147. usque ad 157.* ubi declarat quòd publicus latro dicitur, qui palam, & publicè furatur, vel qui publicè stat in stratis ad effectum furandi; & *num. 154.* limitat in eo qui solitus sit frequenter homines deprædari, secus in eo qui semel aut bis aliquem spoliaverit, vel furatus fuerit, vel semel grassatus fuerit in via; optimè Barbosa in *tractatu de Jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 3. num. 78. & seqq.* ubi etiam benè declarat, & plures DD. refert; & *num. 81.* advertit servandam esse in hoc casu consuetudinem, vide etiam Acevedum in *leg. 3. tit. 2. lib. 1. Recopilationis, num. 28.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 64. & seq.* ubi etiam latè explicat, & Thomas Sanchez, *lib. 6. cap. 1. dubio 8, num. 14.* Diana *resol. 9. tract. 1. tom. 6. latè.*

Ibi: *Secundus est casus, &c.*

Item quòd nocturnus depopulator agrorum non gaudeat prædicta immunitate, docent Tuschus *litter. E. concl. 11. num. 1.* & Decianus, *lib. 6. cap. 28. num. 3.* Anastas. Germon. *de Sacror. immunit. cap. 16. num. 56.* & alii plurimi relati à Farinacio in *tract. de Immunitate Eccles. cap. 11. ex num. 158. usque ad 161.* ubi *num. 159.* declarat quis dicatur nocturnus depopulator agrorum? Barbos. in *Collectanea, cap. inter alia, de Immunitat. Ecclesiar. num. 42. & 43.* in *tract. de Jure Eccles. lib. 2. cap. 3. ex numer. 85.* Paz in *Praxi, tom. 1. parte 5. cap. 3. §. 3. ex num.*

num. 68. Thomas Sanchez in consil. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 14.

Ibi: Tertius casus, &c.

De delinquente in Ecclesia quòd non gaudet ejus immunitate, Decian. *suprà* lib. 6. cap. 28. num. 5. Anastas. Germon. de Sacror. Immunit. lib. 3. cap. 16. num. 79. Aceved. leg. 3. tit. 2. lib. 1. num. 23. Tuschus lit. E. concl. 11. num. 10. 21. & seq. Paz in Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. ex num. 73. ubi benè explicat usque ad num. 102. Gratianus disceptation. cap. 598. num. 14. ubi de furante in Ecclesia, Farinacius in tract. de Immunit. Ecclesiast. cap. 16. num. 205. & plurimis seqq. ubi optimè declarat usque ad num. 250. & eodem modo Barbos. de Jure Ecclesiastic. lib. 2. cap. 3. num. 102. & pluribus seqq. usque ad num. 114. omninò videndus, ubi plura specialia congerit, & Thomas Sanchez, lib. 6. consil. cap. 1. dub. 8. ex num. 15.

Ibi: Quartò limita, &c.

Quòd his qui ducitur ad carcerem, vel ad furcam, captus per ipsam Ecclesiam, non gaudet ejus immunitate; ut *hic* resolvitur, docent Gutier. leg. 3. quæst. 6. Anastas. Germon. l. 2. cap. 16. num. 75. Aceved. leg. 3. tit. 2. lib. 1. Recopilat. ex num. 11. Tuschus lit. E. concl. 11. num. 28. & plures referens Farinacius in tract. de Immunitate Ecclesiarum, cap. 15. num. 201. ubi num. 202. alios plures pro contraria parte adducit, & tandem num. 203. distinguit, ut prima opinio Gomezii procedat, quando reus captus ducitur per Ecclesiam taliter quòd nunquam evasit manus capientium, secus si existens in Ecclesia eorum manus evasit, tunc enim gaudere debet; vide Thom. Sanch. *suprà*, ex num. 9.

Ibi: Quintò limita, &c.

Item quòd proditorius homicida non debet gaudere immunitate, ut *hic* resolvitur, docent cum aliis pluribus Gutierrez in Practicis, lib. 1. quæst. 2. num. 2. & lib. 3. quæst. 7. num. 52. Anastas. Germon. de Sacror. immunitate, lib. 3. cap. 16. num. 58. & seqq. Acevedus in leg. 3. tit. 2. lib. 1. Recopilat. num. 9. Tuschus lit. E. concl. 11. num. 5. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 11. num. 10. & seq. Thomas Sanchez in consil. lib. 6. cap. 1. dubio 8. ex num. 25. & dubio 9. ubi quòd mandans, vel consulens homicidium gaudet immunitate, & latissimè Farinacius in dist. tract. de Immunitate Ecclesiar. cap. 9. num. 135. & seqq. usque ad 146. ubi fusissimè declarat, quis dicatur homicida proditorius? de quo etiam diximus *suprà*, in cap. 3. de Homicidio, Barbosa in Collectanea, capite inter alia, de immunitate Ecclesiarum, num. 45. & seqq. & in tract. de Jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 88. & seq. usque ad 96. & in Collectanea, cap. 1. de Homicidio, ubi Tom. II I.

de interpretatione illius text. & an vulnerans proditoriè gaudeat immunitate? de quo Gutier. dist. quæst. 7. num. 55. & Paz in Praxi, part. 5. tom. 1. cap. 3. §. 3. num. 126. Gratianus discept. cap. 380. num. 39. & seqq. Narbon. leg. 20. tit. 1. lib. 4. Recopilat. glossa 12. num. 106. & cum eo alter Narbona de Ætate, anno 7. quæstion. 14. num. 7. ubi quòd occidens infantem proditor censetur.

4 Ad numerum 3. ibi: In secundo verò articulo, &c.

Quòd Clericus etiam primæ Tonsuræ habeat privilegium ne conveniatur coram Judice sæculari, ut *hic* resolvitur docent latissimè explicantes Böss. in Pract. tit. de Foro compet. n. 127. Decianus, lib. 4. cap. 9. num. 21. & 27. Covarrub. in Practicis, cap. 31. num. 5. & cap. 32. num. 1. Gutierrez de Juram. confirmat. 1. part. cap. 17. num. 12. Paz in Praxi, tom. 2. prælud. 2. n. 26. & ferè infinitos referens Farinacius quæst. 8. ex n. 1. & per totam, ubi omnes casus in hac materia contingentes explicat, Dian. tom. 7. tract. 1. resolut. 11. ubi quid in criminibus gravissimis? Barbos. in Collectan. cap. Nullus, de foro competente, & in cap. Si diligenti, eodem tit. ubi quòd Clericus huic privilegio non potest renuntiare? & num. 10. probat cum alijs quòd retrahens Clericum coram Judice laico perdit causam, licet non ipso jure ad minus per sententiam, & quòd non evitavit pœnam quamvis pœniteat, & latius idem Barbosa in tractatu de Jure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 39. §. 2. per totum ubi ex num. 12. optimè explicat requisita necessaria ad prædictam exemptionem juxta dispositionem text. in cap. 6. de Reformatione, session 23. Concilii Tridentini, nempe quòd habeat beneficium Ecclesiasticum, vel serviat alicui Ecclesiæ de licentia & mandato Episcopi, Clericalem habitum, & Tonsuram deferens, vel in Seminario Clericorum, aut aliqua schola de eadem licentia versetur: vide eum per totum §. ubi latè explicat quomodo debeant intelligi dicta requisita, & novissimè Carvalius de Judicijs, tom. 1. disp. 2. ex n. 145. 158. 392. & multis seqq. & num. 866. ubi de Judice quæstiones de immunitate, & vide etiam Parejam de Editione instrumentorum, tit. 2. res. 9. & tit. 5. resol. 8. ubi latè; & num. 31. quòd debet constare quòd possessionem beneficii fuerit adeptus, & alia plura: & iterum resol. 6. & specie 2. ex num. 258. ubi de contentione jurisdictionis inter Judicem sæcularem, & Ecclesiasticum super causis Tonsurarum & Sanchez in Consilijs moralibus, tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 1. & seqq.

5 Ad num. 4. ibi: Quod procedit etiam si sit conjugatus, &c.

Clericus conjugatus cum unica, & virgine Tonsuram, & habitum decentem deferens, quod

gaudeat privilegio fori, ut *hic* resolvitur, docent latè omnes *suprà* citati, qui etiam de Clericis conjugatis agunt, maximè Farinacius *diff. quæst.* 8. *ex num.* 64. Scaccia *de Judiciis, part.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. & 82. Covarrub. *in Practic. cap.* 31. *num.* 6. Aceved. *leg.* 2. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recopilationis*, Thomas Sanchez *de Matr. lib.* 7. *disp.* 46. *ex num.* 1. omnino videndus Bolanus *in Curia Philipp.* 3. *part.* §. 1. *num.* 6. Barbosa *de Potest. Episcopi*, 2. *part. allegat.* 12. *ex num.* 26. & *in tractat. de Jure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *ex num.* 37. & *in collectan. ad text. in cap.* 1. *de Clericis conjugatis*, in 6. ubi omnes quæstiones in hac materia contingentes invenies; qui *in diff. num.* 38. *cap.* 39. §. 2. addit cum multis, quòd si in aliqua parte sit consuetudo quòd Clericus conjugatus etiam gaudeat privilegio fori in civilibus; talis consuetudo observari debet, & adducit novam dispositionem Concilii Tridentini *in diff. cap.* 6. *sess.* 23. *de Reformat.* ubi additur quòd ad hoc, ut talis Clericus conjugatus gaudeat privilegio fori in criminalibus, debet uti habitu, & Tonsura & esse ab Episcopo deputatus servitio alicujus Ecclesiæ, vel ministerio, & actu servire, vide etiam eundem Barbosam *in diff. allegat.* 12. & *in Collect. leg.* 2. *Cod. de Episcopis & Clericis, num.* 9. Bolanum *in Curia Philippica*, 3. *part.* §. 1. *num.* 6. & 7. ubi cum Gregorio *in leg.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. *glos.* 7. & aliis ait, etiam uxorem talis Clerici gaudere prædicto privilegio etiam post mortem mariti, dum in viduitate permanserit, de quo etiam vide Carlevalium *de Judiciis, lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 402. ubi plures refert, Thomam Sanchez *suprà disp.* 47. Pichardum *de Nobilitate communicata*, Amayam *leg. final. Cod. de Incolis, lib.* 10. & Parejam *de Instrumentorum editione, tom.* 1. *titul.* 2. *resol.* 6. *specie* 6. ubi latè probat cum Thomas Sanchez *ibi*, contra Communem, privilegium fori concessum ratione personæ mariti, regulariter ad uxorem non extendi, & sic nec ad uxorem Tonsurati, eum omninò videas, & Barbos. *de Jure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 62.

Plures tamen sunt casus, in quibus Clerici subsunt sæculari jurisdictioni, quos videre poteris apud Bobadillam *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. Cevallos, *quæst.* 897. *ex num.* 600. Tuschum *littera C. concl.* 385. & 386. & alios quos refert Carlevalius *de Judiciis, lib.* 1. *titul.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 1. *num.* 404. sicut è contra multi sunt casus in quibus Ecclesiasticus Judex post procedere contra laicos, quos enumerat Bobadilla *suprà cap.* 17. post Farinac. *quæst.* 8. *ex n.* 47. & Scac. *de Judiciis, lib.* 1. *cap.* 12. & Sanchez *in Consiliis moralibus, lib.* 6. *cap.* 1. *dubio* 4. & alii relati à Carlevalio *suprà*, qui per *totam quæstionem* latissimè agit de personis exemptis à juris-

isdictione sæculari, Monachis scilicet, & Religiosis, Militaribus, Scholasticis, &c. eum videas.

6 Ad num. 5. *ibi: Et resolutivè dico, &c.*
Eum, qui post delictum fit Clericus, non gaudere dicto privilegio, ut *hic* resolvitur, docuerunt aliqui verius tamen, & receptius est quòd si in fraudem jurisdictionis sæcularis effectus fuit Clericus, seu Monachus adhuc puniri poterit à Judice sæculari, secùs aliàs, ut quàm plurimos referens testatur Cancerius, *Variarum, 2. part. cap.* 2. *ex num.* 148. ubi alia plura in hac materia omnino videnda; Scaccia *de Judiciis, lib.* 1. *cap.* 11. Farinacius *diff. quæst.* 8. *num.* 104. & *seqq.* ubi *num.* 108. declarat dictam resolutionem procedere quoad impositionem pœnæ pecuniariæ, non autem ad pœnam corporalem, quæ à Judice sæculari nullo casu imponi poterit; & *num.* 110. & *seqq.* latissimè explicat quando dicatur assumpsisse ordinem Clericalem in fraudem sæcularis jurisdictionis, eum vide *ibi*, & *consil.* 77. Gratianum, *discept. Forensium, tom.* 2. *cap.* 226. ubi plura notabilia. Salgado *de Protection. part.* 4. *cap.* 14. *ex num.* 119. Cevallos *quæst.* 550. & 563. & 897. *ex num.* 1020. & *tom.* 5. *quæst.* 37. & 44. Barbosa *in Collectanea, cap. Proposuisti, de foro competenti, num.* 7. Carleval *de Judiciis, tom.* 1. *disput.* 2. *ex num.* 907. Bobadillam, *lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 77. ubi n. 79. an hoc casu fidejussor liberetur? Narbonam *in Concordia familiarium sanctæ Inquisitionis, glossa* 21. *ex num.* 38. qui etiam agunt quid è contra si Clericus post crimen ducat uxorem, vel amittat privilegium alio modo, de quo etiam Villadiego *in Politica, cap.* 5. §. 20. *num.* 26. & 76. & Sanchez *in Consiliis moralibus, lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 3. qui docet cum aliis Clericum debere puniri ab Ecclesiastico, licet postea fiat laicus, delicto commisso; quod etiam docet Gratianus *suprà*, Dian. *Resolutionum Moral.* 1. *part. tract.* 2. *resolut.* 118. Cened. *quæst.* 9. *num.* 22. & *seqq.* ubi agit qui Judex cognoscat de fraude, & an fuerit commissa? & resolvit quod Ecclesiasticus; vide etiam Avendañum, *cap.* 22. *Pretorum, num.* 12. Gratian. *Regul.* 126. *num.* 10. & doctissimum Parejam *de Instrumentorum edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resol.* 6. *specie* 2. *num.* 266. ubi cum Carlevalio probat, quòd ad cognoscendum quis Judex sit competens ad punitionem; tempus delicti non est inspiciendum, sed tempus quo reus in judicium vocatur.

In familiaribus verò sanctæ Inquisitionis, verius existimat ipse Narbona *num.* 43. indistinctè debere puniri à Judice ordinario; si post commissum delictum fiat familiaris. De eorum exemptione, & foro præter *suprà* relatos, vide Carleval. *de Judic. lib.* 1. *disp.* 2. *ex numer.* 508.

7 Ad numerum. 6. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Laicum simul cum Clerico delinquentem non gaudere privilegio fori *hic* resolvitur, & docent Afflict. *decis.* 213. num. 7. Osascus *decis. Pedemontana* 103. num. 10. Clarus *in Practicu, §. fin. quæst.* 36. Cancerius, *Variar. 2. partit. capit. 2. num.* 144. & alii plures relati à Farinatio, *quæst.* 8. num. 151. ubi etiam alios plures pro contraria parte adducit, prout fecit Cevallos *quæst.* 69. *tom.* 5. & Cenedus *in quæst.* 22. *numer.* 33. & latius *in Collectan.* 176. *ad Decretales, num.* 2. apud quos videre poteris latissimè; & Barbosam *in Collectan. cap. 3. de Consecratione Eccles.* Fachinæum, *lib.* 9. *controvers. cap.* 31. & Castillo, *lib.* 6. *controvers. cap.* 165. *num.* 45. Salgad. *de Retent. Bull. 2. part. cap.* 14. *num.* 28.

8 Ad numerum 7. ibi: *Adde tamen pro complemento, &c.*

Quòd Clericus primæ Tonsuræ declinans jurisdictionem Judicis secularis amittat officia regalia, & redditus eorum, ut *hic* resolvitur, docent, & comprobant Avendan, *cap.* 9. *Prætor, num.* 22. *lib.* 1. & post Didacum Perez, Covarrub. *in Practicis, cap.* 33. *num.* 6. qui in eo dissentiunt an requiratur sententia, ad hoc ut prædicta pœna incurratur? in quo Acevedus indistinctè tenet dictam pœnam incurri, etiam absque sententia; vide eum *ibi*, & *in leg. seqq.* & alios relatos à Barbosa *in Collect. cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi secularibus, &c. num.* 5. ubi *num.* 4. plures alios refert circa illam quæstionem, an Clericus serviens Principi seculari in aliquo officio, & in eo delinquens, possit à Judice seculari puniri? duas opiniones contrarias adducens; de quo etiam latè Cevallos, *quæst.* 897. *ex num.* 600. latissimè, & Thom. Sanch. *in Consil. Moral. lib.* 3. *cap. unic. dub.* 20. & Barbos. *in Collect. cap. 1. de crimine falsi, num.* 4. ubi de teste falso Bobadilla *in Politica, lib.* 2. *capit.* 18. *num.* 99. ubi per totum caput, quam plurimos casus congerit, in quibus secularis Judex in Clericum habere poterit jurisdictionem, & novissimè Carlevalius *de Judiciis, tom.* 1. *disput.* 2. *num.* 404. & *num.* 453. & *seq.* vide etiam Cancerium *Variar. 2. part. cap.* 3. *num.* 154. & D. Larream *Allegat. fiscal.* 64. *ex num.* 9. ubi quòd Judex sæcularis potest multa, & pœnis pecuniariis afficere Clericum qui ejus mandata impederit, & de jurisdictione regalis Senatus patrimonii contra exemptos impediens administrationem regalis patrimonii.

Item adde quòd si animalia Clericorum damnum dederint, possunt capi à Judice seculari, & damnari pœnà statuti, vel alia, retinerique donec parti læsæ, & pœnæ incursæ fuerit satisfactum, ex Aceved. *in leg.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1.

num. 2. Avendaño *de Exequendis mandatis, partit.* 1. *cap.* 4. *num.* 30. & *cap.* 13. *num.* 7. & 2. *part. cap.* 14. *num.* 13. Gutiérrez. *lib.* 1. *quæst.* 4. *ex num.* 2. & aliis relatis à Thom. Sanch. *lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 31. Bobadilla *in Politica, cap.* 18. *ex num.* 243. Cevallos, *quæst.* 897. *ex num.* 620. & *in tract. de Cognit. per viam violentiæ, 2. partit. quæst.* 23. *num.* 18. & *seqq.* & *quæst.* 11. *ex num.* 41. Pereira *de Manu regia, partit.* 2. *capit.* 39. *ex num.* 4. Hermosilla *in leg.* 3. *tit.* 5. *glossa* 1. *part.* 5. *ex num.* 67. Pareja *de Instrumentorum editione, tom.* 1. *tit.* 4. *resol. unic. numer.* 18. & contra alios Carlevalius *de Judiciis, lib.* 1. *disp.* 2. *ex num.* 155. ubi *num.* 158; probat ex multis Clericum inventum cum armis post sonam campanæ posse eis spoliari à Judice seculari; vide etiam Parejam *de Instrumentorum editione, tom.* 1. *tit.* 4. *de resol. unica, num.* 29. & *tom.* 2. *titul.* 6. *resolut.* 9. *num.* 97. 67. & 78. ubi de animalibus damnum dantibus, & alia; & vide etiam Cancerium, *Variar. 2. partit. cap.* 2. *numer.* 143. ubi de Judice capiente Clericum in habitu laici.

Item an familiares Episcopi gaudeant fori privilegio? vide novissimè Dianam, *tom.* 6. *tract.* 2. ubi latè disputat & plures refert omninò videndus; & *tom.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 46. & 47. ubi etiam de familia Vicarii Episcopi, vel cujuslibet Clerici, quòd gaudeat privilegio fori, post Riccium *in Praxi, tom.* 1. *resol.* 471. *numer.* 6. & Menoch. *de Arbitrariis, casu* 562. *num.* 7. & Narbonam *leg.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. glossa* 1. *num.* 27. & ab eos relatos contra alios, quod numquam vidi praxi receptum: Et an Episcopus possit habere familiam armatam? idem Diana *ibid. resol.* 5. *tract.* 2. de quo etiam latè Covarrub. *in Pract. cap.* 10. *num.* 2. Salzedus ad Bernardus Diaz *regula* 397. & *in pract. cap.* 151. vel 160. Gutierrez *in Practicis, lib.* 1. *quæst.* 45. Marta *de jurisdictione, part.* 1. *cap.* 50. *ex num.* 5. & 2. *partit. cap.* 29. *ex numer.* 1. Cevallos, *quæst.* 897. ubi latissimè Cancer. *lib.* 3. *cap.* 19. *ex num.* 57. Cened. *quæstion.* 39. Barbosa *de Potest. Episcopi, 3. part. allegat.* 107. *num.* 8. & *de jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *ex num.* 49. Sanchez, *lib.* 6. *Consil. cap.* 1. *dub.* 5. & plures pro utraque parte referens D. Joseph Vela *de Potestate Episcopi, ex num.* 100. omnino videndus, & Salgado *de Protectione, part.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 36. & D. Larrea, *decis. Granatens.* 1. *ex num.* 16.

Item de auxilio ad hanc capturam, & alia præstando per Judicem Ecclesiasticum, vel è contra, & mutua editione actorum ad hoc vide latè, & optimè explicantem Parejam *de Instrumentum, edit. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 8. & 9. ubi ferè infinitos refert post Morlam *in Emporio, titul.*

tul. 2. quæst. 20. ex numer. 9. Cancr. *Variar.* lib. 2. cap. 15. ex num. 2. & lib. 3. cap. 19. per totum, & *Parlador.* lib. 2. *Quotid.* cap. fin. 1. part. §. 2. per totam, & D. Joseph. Vela in *Relection.* ad text. in capit. 1. de officio Ordinarii, ex numer. 1. ubi etiam Barbosa in *Collectan.* & Carleval. de *Judiciis*, disp. 2. ex num. 75. & D. Larream, *decis. Granatens.* 1. per totam.

Item quòd Novitii Ordinum Militarium non gaudeant privilegio fori ante professionem docent in terminis Alvarez de *Privilegiis pauperum*, part. 3. quæst. 17. num. 29. Mastillus, *decis.* 290. num. 166. Bobadilla, lib. 2. cap. 19. num. 16. & 17. & cap. 18. num. 86. Cenedus, quæst. 4. num. 41. Pereira de *Manu regia*, cap. 58. numer. final. & alii adducti à Valenzuela, *consil.* 95. num. 53. sed contrarium verius, ut probat ipse Valenzuela, & latius Carlevalius de *Judiciis*, lib. 1. disp. 2. quæst. 6. sect. 3. ex numer. 439. & D. Larrea *Allegat. fiscali* 64. ex num. 7. & per totam, ubi alios refert, & plura cumulat.

CAPUT XI.

Qualiter formetur Accusatio.

SUMMARIUM.

- 1 In accusatione an ponatur mensis & annus, & nomen Imperatoris, vel Regis?
- 2 Si accusator posuit in libello mensem & annum, & locum commissi delicti, & postea non probat illo mense & anno & loco esse commissum, an possit sequi condemnatio?
- 3 An in causis criminalibus requiratur conclusio?
- 4 An accusator teneatur ponere in libello diem & horam commissi criminis?
- 5 An ad instantiam & requisitionem accusati teneatur accusator ponere in libello diem & horam criminis?
- 6 Si accusator in libello ponit diem, & horam commissi criminis sponte & non compulsus, si non probat illo die & hora esse commissum, an sequatur condemnatio?
- 7 Si qualitas delicti, quæ aggravat pœnam,

non sit posita in libello, an sequatur condemnatio?

- 8 An pendente judicio possit accusator ponere qualitatem delicti, quæ aggravat pœnam, quando non fuit in libello posita?

1 **I**tem principaliter quæro: Qualiter formetur accusatio? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd postquam reus delinquens est captus requiritur quòd proponatur contra eum solemniter accusatio in scriptis, quæ contineat personam accusatoris & accusatio, nomen Imperatoris, vel Regis, annum, mensem, & locum commissi delicti, & ipsum delictum, de quo fit accusatio: textus est capitalis & expressus in *leg. Libellorum*, ff. de *Accusat.* & ibi notant Gloss. ordinaria, Rainer. Bartol. Alber. Angel. & communiter DD. text. in *leg. penultim. Cod. de Accusat.* & ibi etiam Glossa ordinaria, & communiter DD. text. in *cap. fin. §. Libellorum*, caus. 2. quæst. 8. & ibi Archid. & Canonist. & idem disponit *leg. 14. titul. 1. part. 7. & leg. 5. tit. 20. lib. 4. for. 11.* cujus ratio potest esse; ut per talem solemnitatem designetur gravitas delicti, & quodammodo inducatur terror ipsi delinquenti: Item etiam, ut resultet clarior probatio & liquidatio delicti commissi, ex mente prædictorum jurium, & DD. Et in tantum hoc est verum; quòd si talis solemnitas non servetur, processus sit ipso jure nullus, & reus debet absolvi ab instantia judicii, & accusator condemnari in expensis, reservato jure accusandi, ut iterum possit solemniter agere: Ita probant prædicta jura maxime textus in *dict. leg. Libellorum*, versic. *Quod is libelli*, cujus verba sunt: *Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet*, probat etiam textus in *leg. Si maritus, la 2. §. fin. versic. fin. ff. de Adult.* ubi habetur, quòd si maritus simul accusat adulterum & adulteram, cum de jure non possit, non valet nec tenet accusatio nec processus, sed iterum potest agere & accusare de novo. Confirmatur etiam, quia sic est in civilibus; in quibus, si ex aliqua causa vel defectu libellus vel processus sit nullus, absolvitur reus ab instantia judicii, & actori reservatur integrum jus quod ante habebat: text. est in *leg. 1. ff. Si mentor falsum modum dixerit.* & ibi Glossa ordinaria: textus in *leg. Habebat*, ff. de *Institoria*, text. in *leg. Bebius*, ff. de *Pañ. dotal.* & tradit magistraliter Bartol. in *leg. 1. ff. de Edendo*, penultim. column. numer. 12. & ibi communiter Moderni. idem Bartol. in *leg. Edicta actio*, *Cod. eod.*

cod. titul. & ibi etiam Doctor. Imò (A) sententia lata per judicem super tali libello inepto, est ipso jure nulla: *Glos. est singularis & unica in §. 1. Institut. de obligation. tit. generali in gloss. fin. in fin.* quam ibi ad hoc reputat singularem *Angel. fin. column.* & cæteri DD. reputant etiam singularem & unicam *Bald. in leg. Actor, Cod. de Rob. creditis, final. column.*

Advertendum tamen, quòd hodie in nostro regno non requiritur talis solemnitas accusationis in criminalibus pro forma: imò, si omitatur, processus valet & tenet, & potest sequi condemnatio; licèt de consuetudine semper ponatur: quia proceditur tantùm attentata veritate, & ea probata: ita disponit *lex 11, tit. 1. lib. 3. Ordin.* quæ licèt loquatur in civilibus; tamen eadem ratio est & militat in criminalibus: & ita servatur in practica. Confirmatur etiam, qui quando duo vel plures casus æquiparantur à jure, dispositum in uno censetur etiam dispositum in alio: ita probat textus juncta *Glossa fin. in leg. Si quis servo alieno suaserit, ff. de Furtis & servo corrupt.* & ibi notat & commendat *Bald. Glos. in Authentic. non observato, Cod. de test.* & ibi *Gloss. etiam*, & communis opinio *in leg. Quod verò contra, Cod. de legibus: Quod est verum & procedit etiam in materia correctoria, & exorbitanti, secundùm prædictas Glossas, & DD. ibi: Ergo apertè idem dicamus in nostro casu, scilicet quòd (B) sicut in civilibus non attenditur solemnitas juris in procedendo, sed sola veritas; ita etiam dicamus in criminalibus.*

2 Quæro tamen juxta hoc: Si accusator posuit in libello mensem, & annum, & locum commissi delicti, prout de jure tenetur; & non probavit in illo mense, anno, & loco esse commissum, sed alio tempore vel loco; an possit sequi condemnatio? Et videtur dicendum quòd non; sed quòd necessariò debeat sequi absolutio: quia hoc casu tempus & locus sunt de forma & substantia accusationis, & libelli; ergo & probationis; ut dictis tribus juribus probatur: item etiam,

quia diversitas temporis vel loci, inducit diversitatem delicti; & per consequens non reperitur probatum factum vel delictum, quòd est propositum, & deductum in judicio: argumento texti *in leg. Denunciasse, §. Quid tamen, ff. de Adult.* probat etiam text. *in leg. Habebat, ff. de Institoria*, text. *in leg. 1. ff. Si mentor falsum modum dixerit*, & in expressò ita tenet *Bald. in leg. 1. Cod. Qui accus. Non poss. col. 13. num. 68. Salyc. in leg. penult. Cod. de Accus. 2. col. num. 9.*

3 Unum tamen est: quòd in tali libello vel accusatione non requiritur conclusio, ut pars dicat, & concludat in fine libelli; *quare peto reum delinquentem puniri in tali pœna; vel genericè, in pœna quæ pro tali delicto à jure est imposta:* Nam licèt in civilibus causis pro forma requiratur conclusio, ut *in leg. Ut fundus, ff. Comuni dividendo*, & *in leg. fin. Cod. de Fideicommissis, lib. & in leg. Pomponius, ff. de Neg. gest. & in cap. Licet Heli, de Simonia, & in Clem. sæpè de verborum significatione*, per quæ jura ita tenet *Bartol. in leg. 1. ff. de Edend. 1. column. num. 6.* & ibi communiter DD. præcipuè *Jasona 3. column.* Idem *Bartol. in leg. Prius, ff. de Novi oper. nunc. column. 8. in med.* Idem *Bartol. in leg. 1. ff. de Except. column. 3. num. 5.* Idem *Bartol. in leg. Aurelius, §. Stichus, ff. de Liber. legat. Bald. in leg. Edicta actio, Cod. de Edend. 1. lectur. col. 11. num. 33.* & ibi communiter DD. Idem *Bald. in leg. 2. Cod. de Pet. hæred. in fin.* *Innocent. in cap. Super litteris, de Rescript. column. 2. num. 3.* *Abbas & communiter Canonistæ in cap. 1. de libelli oblatione. Angel. in §. Omnium, Institut. de act. penult. colum. & ibi Jasona column. 18. num. 128.* idem disponit *lex 40. tit. 2. part. 3.* Confirmatur, quia sicut apud Dialecticos argumentum benè formatum consistit in majori, minori, & conclusione, ita apud nos libellus benè & apertè formatus consistit in prædictis solemnitatibus: Item etiam, quia conclusio declarat, ampliatur, & restringit ipsum libellum & petitionem, & ex ea apparet qualiter præcedentia intelligantur: Item etiam, quia quando unum nar-

(A) Idem affirmant in fortioribus etiam terminis *Bald. in Authent. Si quis litigantium, not. Cod. de Episcop. aud. Aym. Cravet. cons. 151. numer. 2. Joann. Cephal. cons. 100. num. 13.* Quod verò ad quæstionem principalem attinet de libello accusationis, absque eorum, quæ à *leg. libellorum, ff. de Accusat.* desiderantur, expressione, adde, nullum esse ejus generis libellum ipso jure, latissimè asserentes *Alex. num. 13. Dec. numer. 34. Rip. num. 22. Cur. Jun. num. 83. in leg. Edicta, Cod. de Edendo*, & qui alios laudat, ac diligenter ex receptis sententiis hanc rem agit. *Jul.*

Clar. in Pract. §. ult. quæst. 12. Præterea, cum seq.

(B) Potuit hanc in rem noster *Gomez.* laudare text. singularem *in leg. Absentem, §. Adversus, ff. de Pœn.* ibi: *Secundùm morem privatorum judiciorum*, ex quo rectè & verè collegerunt interpretes, validum atque efficax argumentum promi posse à causis civilibus ad criminales: quod constat ex *Bartol. in leg. Papinianus, §. 2. ff. de Inoff. Testam. Paul. in leg. Consentaneum, ad fin. Cod. Quomodo, & quando jud. Alex. in leg. Divortia, num. 11. ff. Solut. matrim. & aliis quos alibi dudum retulimus.*

narratur & ponitur in libello, & aliud petitur in conclusione, potius attenditur quòd petitur in conclusione, quàm illud quòd continetur in libello & facti narratione, secundùm prædictos DD. *ubi supra*: Tamen in criminalibus non requiritur aliqua conclusio; sed sufficit simpliciter reum accusare, & dicere tale delictum commississe tali tempore, loco, sine eo quòd petat per judicem puniri: quia ipse tenetur pœnam imponere, cujus ratio est: quia in quolibet delicto lex ipsa concludit Judici ad pœnam ordinariam, vel arbitrariam, & non habet necesse pars concludere: imò nec judex tenetur in sententia pœnam imponere; sed sufficit declarare reum tale delictum commississe; quia in consequentiam succedit pœna legalis, quæ à jure est imposita, quando est ordinaria: si verò est arbitraria; tunc requiritur ejus expressio & declaratio: Et in expressò ita probat textus *in leg. 1. vers. Nam ut Papinianus*, ff. *ad Turpill.* cujus verba sunt: *Nam ut Papinianus respondit, facti quidem questio in arbitrio judicantis, pœnæ verò persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur*, & ibi notant & commendant Bart. Alberic. & communiter DD. antiqui: idem Bartol. *in leg. Libellorum*, ff. *de Accusat. final. column.* Idem Bartol. *in leg. Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, ff. *de His qui notant. infam. column. 3. num. 8.* & ibi Alber. & alii DD. Idem Bartol. *in leg. 2. §. Si publico*, ff. *de Adulter. colum. 5. quæst. 3.* Idem Bartol. *in leg. Si judex postquam*, ff. *de Re jud. Paul. de Castro in leg. & si severior, ex quibus causæ infam. irreg. fin. colum.* Petrus Cyn. Bald. Angel. Salic. & communiter DD. *in leg. penult. Cod. de Accus.* Cynus *in leg. Nec exemplum*, Cod. *ad legem Cornel. de Fals.* Abbas *in cap. Nisi specialis, de offic. deleg. column. 2.* Anchar. *in cap. 1. de Homicidio, lib. 6.* Jas. *in §. Omnium. Instit. de Actio. colum. 19. num. 137.* Angelus *de Malef. in part. hæc est quædam inquisitio*, 9. & 10. *column. vers. Quarto principaliter quæro*, & ibi ejus additionator: idem Angel. *in part. super quibus omnibus*, 1. & 2. *column.* Quod tamen hodie procedit sine aliquo dubio in nostro regno; cùm in criminalibus nec civilibus requiratur aliqua conclusio, sed tantùm attenda veritate procedatur, ut *in l. 11. tit. 1. lib. 3. Ordin.*

Item adde, quòd licèt in tali libello & accusatione criminali de jure requirebatur inscriptio ad pœnam talionis, ut est textus expressus

in dict. leg. Libellorum, ff. *de Accusat. text. in leg. Si cui eod. tit. textus in leg. fin. ff. de Privat. delict. text. in leg. fin. ff. de Furt. text. in leg. Qui crimen*, Cod. *Qui accus. non poss. text. in leg. fin. Cod. de Accus. text. in leg. 2. versic. 1. Cod. de Exhib. reis*, text. *in l. Non prius*, Cod. *de calumniatoribus*; tamen (C) hodie de generali consuetudine non requiritur, nec servatur; quia aliàs timore similitudinis supplicii nemo auderet accusare, & delicta remanerent impunita: ita determinat Bart. *in dict. leg. Si cui*, ff. *de Accusat. 1. column. num. 2.* tenent etiam & determinant communiter DD. *in dict. leg. Libellorum*, eodem tit. & *in leg. fin. Cod. eodem tit. Salyc. in leg. Qui trinin. column. 2. Cod. Qui accusar. non poss. idem Salyc. in leg. Non ideo minus*, Cod. *de Accus. column. 1. num. 3. Gaudin. in tract. Malef. fol. 4. in quæst. Qualiter fiat accusatio? Et licèt lex nostra part. 26. tit. 1. part. 7. & lex 5. tit. 20. lib. 4. For. II. dicant*, quòd talis inscriptio fiat quando quis accusat tanquam unus de populo, non verò quando prosequitur suam, vel suorum injuriam; tamen indistinctè hodie non servatur in practica prædicta inscriptio, attenda consuetudine, sed libellus & accusatio procedit sine ea. Adde tamen, quòd calumniosus accusator saltem punietur crimine injuriarum, secundùm prædictos DD. *ubi supra*.

4 Dubium tamen necessarium & quotidianum est, an accusator teneatur ponere in libello vel accusatione diem & horam commissi criminis? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd si factum vel delictum certo die, tempore, vel hora est punibile, aliàs vero non; talis dies, tempus, vel hora debet poni & inferri in libello: & non sufficit factum vel delictum simpliciter probari, sed oportet quòd specificè probetur illo die tempore vel hora esse commissum; aliàs non potest sequi condemnatio: quia qualitas illius temporis est fundamentum intentionis agentis; & quando tempus, locus, vel aliqua alia qualitas requiritur à jure pro forma & substantia alicujus actus, vel dispositionis, & quis fundat in eo intentionem suam agendo, vel defendendo, necessariò & formaliter debet probari: textus est capitalis & expressus *in leg. Non solum*, §. *Sed ut probari*, ff. *de Operis novi nunciat.* ubi habetur, quòd ita demum opus novum debet demoliri, quando probetur esse factum post denunciationem; & ad hoc notat & commendat ibi

(H) Hoc idem attestantur Gig. *de Crimin. læs. majest. quæst. 1. num. 6.* Did. à Covarrub. *lib. 2.*

resol. 9. & vidend. Jul. Clar. quem refero in Recept. sentent. thes. in vers. Accusat. num. 22.

ibi Bartol. Alber. Paulus; & communiter DD. Ex quo inferunt in practica, quod, si incerta parte anni sit prohibitus pastus, vel incerta parte terræ, vel prati, & in alia non, ut quotidie videmus in istis pascuis; volens accusare & petere pœnam, debet specificè probare, quod illo tempore prohibito, vel in parte prohibita fuerunt animalia inclusa ad pascendum, vel pastandum: textus in leg. *Eum actum*. ff. *Neg. gest.* textus in leg. 1. §. *final.* ff. *de Incend. ruin. naufrag.* text. in leg. *Eum qui*. §. *Prætor ait*, versic. *Publiciana*. ff. *de Public.* text. in leg. *Prætor ait*, la 2. §. *Hæc autem actio* versic. *Docereque*. ff. *Vi bonor. rapt.* textus in leg. *penult.* §. *Docere*. ff. *Ne quis eum qui in jus voc. est vi exi.* text. in leg. 1. §. *Habet itaque*. ff. *Si quis testam. liber, esse jusus fuer.* text. in leg. 3. §. *Hoc autem interdictio*, versic. *Itaque*. ff. *de Itinere actuque privato*, textus in leg. 1. §. *Ait prætor*. ff. *Nec quid in loco public.* textus in leg. *Fulcinus*, §. *Cum hoc dictum*. ff. *Quibus est caus. in possess. eat.* textus in leg. 4. ff. *de Fideicom. liber.* textus in leg. *Matrem*. Cod. *de Probat.* & utrobique communiter DD. textus juncta Glossa ordinaria & communi opinione in cap. *final. de Rescript.* ubi habetur, quod litteræ non extenduntur ad beneficia creata post concessionem ipsarum: & si dubitetur, an sint datæ ante, vel post? et qui agit, & in eis fundat intentionem suam incumbit onus probandi: textus in cap. *Ab eo, de Elect.* in 6. & ibi communiter DD. & in expressò in materia nostra & quæstione proposita istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. licet non ita bene fundet, in leg. *Libellorum*. ff. *de Accusat.* column. 3. numer. 12. & ibi communiter DD. Angel. de Aretin in tract. *de Malef.* in part. *de Anno præsentis*, versic. 3. *Quæro*, & ibi ejus additionator. Imò, quod magis est, si quis fundat intentionem suam in negativa qualitate, debet eam probare, textus est notabilis in leg. *Hoc jure*. ff. *de Verborum obligat.* textus in leg. *Ita stipulatus*, la magna, vers. *Quod si ab initio, eodem titul.* textus in leg. *Si quis consortium*. Cod. *de Fabricensibus*, lib. 11. per quæ jura istam regulam & doctrinam ponit

Bartol. in leg. *in illa Stipulatione si Kalendis*. ff. *de Verborum obligat.* & ibi communiter Modern. Innocent. & Canonistæ in cap. *Super, his, de Accusat.*

Si verò factum vel delictum omni tempore est punibile; tunc dies & hora commissi criminis non debet poni nec inseri in libello, nec probari: quia per hoc nimis coarctaretur accusator, & daretur maxima restrictio probationis, & tenderet in grave damnum reipublicæ; quia ex hac causa, deficiente probatione specifica, delicta remaneret impunita textus est in dict. leg. *Libellorum*. ff. *de Accusat.* ibi, *nec autem diem, nec horam invitus comprehendet*, & ibi Glossa ordinaria, Bartol. Alber. & communiter DD. (D) tenent etiam Glossa ordinaria, & communiter DD. in leg. *penult. Cod. de Accusat.*

5 Juxta quod tamen se offert pulchrum & notabile dubium, an ad instantiam & requisitionem ipsius rei accusati teneatur accusatur ponere in libello diem & horam criminis commissi? Et videtur quod sic, ut meliùs possit reus se defendere, probando absentiam, vel negativam coarctatam, vel aliam legitimam defensionem: argumento textus in leg. 1. *Cum materia*. ff. *de Edend.* ubi habetur, quod actor debeat ita edere & proponere actionem certam & claram in judicio, ut reus meliùs possit se defendere, textus in §. *Editiones, ejusdem leg.* ubi probatur, quod tenetur quis edere in judicio diem confecti instrumenti, quando pars adversa vult & intendit illud redarguere de falso: & ad hoc notant & commendant ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. rursus etiam, & genericè, argumento textus in leg. *Ubicumque*. ff. *de Interrogat. actio.* & in leg. *Aut quia aliter*. §. 1. ff. *Quod vi aut. clam*, ubi disponitur, quod ubicumque æquitas, vel aliqua justa causa moverit Judicem, potest partem interrogare pro eruenda veritate facti, vel delicti: ergo &c. Et in expressò his fundamentis & rationibus istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in leg. *Is qui reus*. ff. *de Publ. judic.* 6. col. num. 10. idem Bartol. in leg. *Libellorum*. ff. *de Accusat.* column. 3. numer. 12. & ibi

(D) Affirmant hoc idem receptum Plot. *Inter consil. crimin. cons.* 109. num. 4. lib. 1. Ægid. Boss. *Pract. tit. de Inquisit.* num. 92. & qui alios laudat Jul. Clar. in *Pract.* §. *ult. quæst.* 22. dixi etiam, & est tum publicæ utilitati apprimè consentaneum, quamvis noster Gomez. de nihilo reluctetur; nec enim textus in leg. *Libellorum*, refragatur, quippe qui tantum dicit, nullum opus esse diem & horam in libello exprimi; ita si id petatur, negandum esse haud permittit; nec tam facilè testes sobornari ac falsitati locum dari præ-

sumendum est; denique iniquum, injustum ac propemodum inhumanum est, cum negatio vix aliter quam ex iis circumstantiis probari possit, defensionem omnem reo intercludere. Verum tamen existimo, quod si accusator jurato affirmaverit se diei non meminisse, rei petitioni satisfacisse censendum esse juxta Angel. in dicta leg. *Libellorum*, num. 5. August. de Angel. *de Malef.* & alios quos jure summo refert, & sequitur Clar. ubi supra in fin.

ibi Alberic. dicens, ita obtinuisse coram mag-
nis & peritissimis iudicibus; Angelus, & com-
muniter DD. idem Bartol. per text. ibi *in leg. 2.*
§. *Si quis Ephesi, in fin. ff. de Eo quod certo loco,*
& ibi Bald. Angel. & Jas. Roman. *in leg. Pan-*
thonius. §. Rei perduellionis. ff. de Acquirenda hæ-
reditat. Bald. in leg. 1. Cod. de Re judicata, fin.
column. & quæst. idem Bald. in §. 1. Institut. de
Public. judic. Angel. de Aretin. in tractat. Ma-
lefic. in part. de Anno præsentis. 1. & 2. column.
& ibi ejus additionator, & istam dicit commu-
nem opinionem in jure nostro Jas. *in dict. leg. 2.*
§. *Si quis Ephesi. ff. de Eo quod certo loc.* Sed,
his non obstantibus, ego teneo contrariam sen-
tentiam, imò, quòd accusator, etiam monitus,
& requisitus ab adversario, non teneatur pone-
re diem nec horam commissi criminis in suo li-
bello, vel accusatione, nec iudex possit eum ad
hoc compellere: Primò per textum formalem &
expressum *in dict. leg. Libellorum. ff. de Accu-*
sat. in quantum dicit ista verba: Nec autem diem,
nec horam invitus comprehendit. Item etiam facit
urgens & concludens ratio: quia si dies & hora
exprimeretur, daretur maxima occasio commit-
tendi falsitatem, probando per testes, quòd illo
die & hora reus accusatus erat absens, ita quòd
non potuerat committere illud delictum; & per
consequens delicta remaneret impunita; & for-
tè ex hac ratione, & non alia, jura noluerunt
coarctare accusatores in appositione diei, nec
horæ: & in terminis istam sententiam & conclu-
sionem contra communem tenet Joan. de Imol.
in leg. Is qui reus. ff. de Public. judic. antepenul-
tim. column. & ante eum Jacob. & alii DD. anti-
qui, quos refert Alberic. in dicta leg. Libello-
rum. ff. de Accusat. column. 2. & istam partem
& opinionem ego teneo, & sequor. Nec placet
mihi nova concordia, quam in hoc articulo po-
nit Salyc. *in leg. penult. Cod. de Accusat. col. 2.*
num. 6. ubi dicit, quòd superior opinio Bart. &
communis sit vera & procedat, quando reus ac-
cusatus prius declaravit iudici diem & horam,
in qua fuit absens, vel aliud simile impedimen-
tum, per quod negativam suam fundet, & in-
entionem accusatoris velit excludere; quem se-
quitur & commendat Ang. de Aretin. in tractat.
Malefic. in part. de Anno præsentis, column. 2.
versicul. Advertas: Quia certe jure aliquo non
probat.

Item etiam quæro circa prædicta: Si accusa-
tor posuit in libello vel accusatione diem &
horam commissi criminis, & non probavit illo
die & hora esse commissum, sed alio tempore,
an possit sequi condemnatio? Et breviter & re-
solutivè dico, quòd si accusator posuit com-
pulsus ad instantiam alterius partis, tenendo
communem opinionem superiorem; tunc non

tenetur probare, & benè potest sequi condem-
natio, probando tantum annum & mensem
commissi delicti: quia non videtur accusator se
astringere ad ejus probationem, cum compul-
sus fecit, ut reus possit se defendere: argu-
mento textus *in dict. leg. Libellorum,* & ita te-
net & declarat ibi Bartol. *column. 3. num. 12. &*
communiter DD. Si vero accusator posuit diem
& horam commissi criminis sponte, & non com-
pulsus à parte, vel iudice, & non probavit illo
die & hora esse commissum, sed alio tempore;
tunc videtur, quòd non possit sequi condemna-
tio, sed absolutio; quia diversitas temporis ar-
guit & inducit diversitatem delicti, & per con-
sequens non reperitur probatum factum nec del-
ictum, quod est deductum & propositum in ju-
dicio: argumento textus in leg. Denunciasset. §.
Quid tamen. ff. de Adulter. & in leg. Habebat. ff.
de Institoria, cum similib. & utrobique Glossa
ordinaria, & communiter DD. & in expressò ist-
am sententiam & conclusionem tenet Bartol.
in leg. Denunciasset. §. Quid tamen. ff. de Adul-
ter. 1. column. num. 1. idem Bartol. in leg. Is qui
reus. ff. de Public. judic. penult. column. num. 9.
& ante eum Richard. Malum. quem ipse refert,
Angel. de Perus *in leg. Libellorum. ff. de Accu-*
sat. column. 2. num. 4. probat etiam Glossa sin-
gularis & unica in leg. Panthonius. §. Rei per-
duellionis. ff. de Acquirend. hæred. in Glossa fin.
quam ibi ad hoc notant & commendant Bartol.
Bald. Imola, & reputant singularem Paul. &
Franc. de Aret. *column. fin. tenet etiam Bald. in*
leg. 1. Cod. Qui accus. non poss. col. 13. num. 67.
idem Bald. *in leg. 2. Cod. de Probat. idem Bald.*
in l. Habebat. ff. de Institoria & ibi Fulg. & alii
DD. Angel. de Aretin. in tractat. Malef. in part.
de Anno præsentis, column. 3. versic. 2. Quæro,
Hippolyt. de Marsil. *in rubric. de Fidejussor. co-*
column. 2. num. 72. Felin. cap. Licet causam, de
Probat. penult. column. Alexand. in Consil. suis,
cons. 159. col. 1. nam. 3. vol. 6.

Quod tamen singulariter intellige, quando
factum vel delictum est reiterabile, ut injuria,
furtum, adulterium, & simile delictum: secus
tamen est, quando non est reiterabile, ut homi-
cidium, quod impossibile est pluries committi in
eadem persona; quia tunc, licet non probetur
tempus, vel locus deductus in accusatione, de-
bet sequi condemnatio: ita tenet & declarat An-
gel. de Perus. *in dict. leg. Denunciasset. §. Quid*
tamen. ff. de Adulter. numer. 4. Paul. de Castr.
in leg. Cum re. Cod. de Probat. num. 3. Imola
in leg. Is qui reus. ff. de Public. jud. antepen. col.
Alber. *in leg. Quid ergo. §. Pœna gravior. ff. de*
His qui notant infam. vers. Quanto casu, August.
de Arimin. *in addit. ad Angel. de Malef. in part.*
Qui dictus iudex addit. col. 5. Cœpol. in tract. de

Ser-

Servitut. lib. 1. cap. 24. penult. column. in med. licet contrarium tenet Bald. in leg. 1. Cod. Qui accus. non pos. column. 13. num. 67. Salyc. in leg. pen. Cod. de Accus. column. 3. num. 10.

Secundò etiam limita & intellige, nisi in libello sit apposita clausula: *Non adstringens me ad probanda superflua*: quia tunc bene potest sequi condemnatio, ita genericè tenet Bartol. in leg. *Divus Adrianus*, ff. de *Re jud. col. 2. num. 6.* & ibi alii Doctor. Joan. Andr. in cap. *Licet causam, de probat. column. 2. Franc. de Aret. in leg. Panthonijs*, §. *Rei perduellionis*, ff. de *Acquirend. hered. column. final. additionator Angel. de Malef. in part. de anno presentis*, column. 3.

Tertiò limita eadem ratione, nisi sit posita illa generalis clausula: *Super quibus omnibus & singulis peto mihi jus & justitiam ministrari*, & in his terminis ita tenet Franc. de Aret. in leg. *Panthonijs*, §. *Rei perduellionis*, ff. de *Acquirend. hered. pen. column.* & confirmatur ex his quæ de illa clausula tradunt DD. in cap. *Cum dilectus, de ordin. cogn. & in §. Omnium, Inst. de act.*

Quartò etiam limita, quando delictum probatur per testes: secus si per confessionem ipsius delinquentis; quia tunc bene potest sequi condemnatio, licet non constet, nec probetur de tempore vel loco posito & deducto in accusatione, sed de alio diverso, ita tenet Angel. de Perus. in dict. leg. *Denunciasset*, §. *Quid tamen*, ff. de *Adulter. num. 5. Imol. in leg. Is qui reus*, ff. de *Public. judic. antepenult. column.* argumento doctrinæ Innocent. & Canonistar. in cap. *Qualiter & quando*, el. 2. de *Accusat.* & Bartol. in leg. *Si confessus*, ff. de *Custod. reor.* ubi tenent, quòd quando de delicto constat per confessionem, bene potest sequi condemnatio ex nullo, vel inordinato processu.

Sed, his non obstantibus, ego (E) teneo contrarium: imò, quòd si dies, hora, vel locus commissi criminis ponatur in accusatione, vel libello, eo casu, quo de necessitate accusator ad hoc non teneretur, modò delictum sit reiterabile, modò non, & modò prædictæ clausulæ ponantur, modò non, possit & debeat sequi condemnatio, licet non probetur tempus, hora, vel locus deductus in libello vel accusatione, sed de alio diverso: Primò, quia solemnitas quæ non requiritur in actu, si interveniat, & minus aptè, non vitiat actum: textus est in leg. 1. versic. final. Cod. de *Rei*

uxor. actio. & ibi communiter DD. textus in leg. *Heredes palam*, in fin. ff. de *Testam.* textus in leg. 1. §. *Fuit quæsitum*, ff. de *Trebellianum*, textus in leg. *Cum tabulæ*, ff. de *Bonorum posses. secundum tabul.* textus in leg. *Si stipuler*, §. final. ff. de *Verbor. obligat.* textus junctæ Glossa in §. *Servi verb.*, *Instit. de libertin.* Si ergo talis solemnitas non requirebatur; non debet nocere vel impedire effectum dispositionis, licet non probatur. Secundò, quia cum expressio temporis, vel loci, non requiratur pro forma; magis videtur accusator possuisse gratia demonstrationis, quam necessariæ dispositionis, & coarctationis: quia non debet præsumi elegisse viam, per quam impugnetur ejus intentio & judicium: argumento textus in leg. *Similes*, qui destinaverat, ff. de *Militar. testament.* & per consequens falsa demonstratio non debet vitare substantiam & validitatem actus, quando de ipsa re potest constare: argumento textus in leg. *Demonstrat. falsa*, ff. de *Condit. & demonstration.* Sed hic constat de delicto: Ergo, &c. Tertiò, quia in his, in quibus versatur favor publicus, licet quis pluræ proponat in libello, quorum unum sufficeret ad victoriam; illud tantum sufficit probare, & judex potest supplere, & condemnare: ita probat textus notabilis in cap. *Constitutus licet causam*, de *Probation.* & ibi Glossa ordinaria in verb. *Se astringit*, & communiter DD. tenet etiam Glossa ordinaria in cap. *forte*, de *Electiõne*, lib. 6. in verb. *Evidentem*, quam ad hoc notat & commendat Abbas in cap. 2. de *Rescriptis*, penult. column. & ibi alii DD.

Nec huic meæ sententiæ & opinioni obstat textus ille capitalis, in quo se fundabat communis opinio contraria in leg. *Denunciasset*. §. *Quid tamen*, ff. de *Adulter.* Quia respondeo, quòd loquitur quando in libello vel accusatione proponitur & nominatur persona, cum qua mulier commisit adulterium; & non probatur cum ea, sed cum alia diversa: quia tunc non debet accusator obtinere: quia pro forma & substantia accusationis adulterii requiritur expressio personæ adulterantis, ut in leg. *Libellorum*, ff. de *Accusat.* undè, si non probatur de persona contenta & nominata in accusatione, sed de alia; necessariò sequitur, quòd non probetur delictum propositum, sed diversum; & meritò accusator debet succumbe-

(E) Admittenda atque approbanda omnino videtur sententia hæc nostri Gomez contra communem; verè enim argumenta seu fundamenta communia nihil stringunt; & quæ contra asserunt, non leviter urgent: quamobrem & ipse
Tom. III.

huic contrariæ sententiæ subscribo, cui etiam taciè nostro Gomez nomen dedit Jul. Clar. in *Pract.* §. *ult. quest. 22. versic. Sed quid si accusator.* Ægid. Boss. in *tit. de Confes. num. 40.*

bere, & non potest sequi condemnatio. Sed in nostro casu & quæstione proponitur in libello vel accusatione criminali dies, hora, vel locus, qui non est de forma & substantia: unde, licet non probetur, potest sequi condemnatio. Secundò non obstat, quòd diversitas temporis, vel loci inducit diversitatem delicti; & sic non videtur probatum delictum contentum & propositum in accusatione: Quia respondeo, quòd non videtur probatum aliud distinctum delictum, sed illudmet quòd est propositum, licet erratum sit in tempore, vel loco; de cujus errore apertè constat per probationes contentas in processu. Confirmatur, quia in actibus hominum numquam præsumitur pluralitas: textus est in *leg. Omnium, Cod. de Test.* & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. textus in *leg. fin. Codic. de Reb. cred. textus in cap. in Præsentia, versic. Verum, el 2. de Probation.* & utrobique communiter DD. & tradit plenè Jason, & Moderni, in *leg. Eum qui, §. in Popularibus, ff. de Jurejur.* Ergo in nostro casu aliud delictum non præsumatur. Et maximè hoc procedit in nostro regno, attenda *leg. 11. tit. 1. lib. 3. Ordin.* qua disponitur, quòd procedatur tantum attenda veritate; quo casu, si deducitur in iudicio una causa, & probatur alia, potest sequi condemnatio; argumento textus singularis in *leg. Æmilius, ff. de Minor.* quem ad hoc notat & commendat ibi Bartol. *column. 2. in fin.* Socinus in *leg. Certi conditio, §. Si nummos, ff. Si cert. petat. column. 3.* Imo, quòd magis est, teneo pro firmo, quòd etiam si in libello vel accusatione ponatur tempus & locus requisitus pro forma & substantia processus, juxta textum in *leg. Libellorum, ff. de Accus.* & probetur de alio tempore, vel loco; vel si simpliciter probatur delictum, nullo probato tempore, vel loco, eo casu quo delictum omni tempore & loco est punibile; potest hodie sequi condemnatio, attenda prædicta *leg. Regia ordinamenti, junctis superioribus.*

7 Item etiam quæro: Si qualitas proposita in libello vel accusatione, non inducit de per se delictum, sed tantum aggravat & alterat pœnam ejus; ut si quis commisit delictum proditoriè, vel alevosè, vel delictum est reiteratum, vel in similibus casibus, quibus delictum & ejus pœna aggravatur propter aliquam qualitatem; & delictum reperitur simpliciter probatum sine illa qualitate, an possit sequi condemnatio? Et videtur quòd non, nisi detractio illius qualitatis fiat pendente iudicio: Ita probat textus in *leg. in Delictis, §. Si detracta, ff. de Noxal.* quem ibi ad hoc notant & commendant Bartol. & communiter DD. Idem Bart. in *dict. leg. Denunciasset, §. Quod tamen, ff. de Adul-*

ter. column. 2. & ibi Alber. & DD. antiqui: Idem Bartol. *cons. 117.* Joan. And. in *addit. ad Specul. in tit. de Accus. in 1. addit.* Cyn. Paul. & alii DD in *leg. 2. Cod. de Probat.* Abbas Panormit. in *cap. Examinata, de Judic. column. 2. numer. 6.* Idem Abbas in *cap. Licet causam, de probat. column. 11. num. 31. & 32.* Marianus Socin. ubi reputat singulare in *cap. Conquestus, fin. column. de Foro compet. Felin. in cap. 2. de Rescript. column. 11. versic. Restrigitur; Jas. in leg. penult. §. 1. ff. Nequis eum, qui in jus vocat. est, vi exi. column. 2.* Roman. ubi dicit hanc esse communem opinionem in *Consil. 110. & 167. column. fin. Hippol. de Marsil. consil. 7. penult. column.* Sed, his non obstantibus, ego teneo contrarium: imò, quòd si factum, vel delictum simpliciter probetur, & non qualitas deducta & proposita, possit & debeat sequi condemnatio: & hoc apertè fundatur ex his, quæ suprà proxima quæstione dixi & tradidi: & magis in specie facit; quia in isto casu idem delictum in substantia probatum est, non verò aliud diversum: quia licet qualitas proposita augeat pœnam; non tamen constituit diversam substantiam; quia illud quòd differt secundum plus & minus, non dicitur differre in substantia: textus est in *leg. fin. ff. de Fundo instruct. & ibi Bartol. & communiter DD. text. in leg. Si is cui, ff. Quemadmodum serv. amittat.* & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in *leg. Si communem, §. final. ff. eod. tit. Quemadmodum serv. amittat.* Salyc. qui reputat esse notabile, & quotidianum in *leg. 2. Cod. ad legem Jul. de vi, fin. column.* Alber. quem ipsi non allegant in *leg. Quid ergo, §. Pœna gravior, ff. de His, qui notant infam. column. 8. vers. 4. casu, & ibi Bald. 4. col. num. 7.* Idem Bald. in *leg. 2. Cod. de Probat. col. 2. num. 2.* Idem Bald. & Imol. in *leg. Si Titia, ff. Solut. matrim.* Florian. in *leg. in Delictis, §. Si de tract. ff. de Noxal. penult. col. nec obstat text. in dict. §. Si detracta.* Quia ibi non negatur, quòd possit fieri condemnatio in simplici facto vel delicto probato, si qualitas non detrahatur: & ita respondet ibi Bald. & ista opinio est vera, & tenenda, maximè hodie, attenda *leg. 11. tit. 1. lib. 3. Ordin.*

8 Item etiam quæro, si factum vel delictum proponitur in accusatione vel libello simpliciter, sine qualitate, quæ ipsum aggravat, an possit postea accusator, pendente iudicio & processu, eam addere & cumulare, ut pœna aggravetur in sententia? Et breviter & resolutivè teneo quòd sic; dum tamen detur copia ipsi reo, ut possit se defendere, & hoc fiat ante sententiam diffinitivam, & ante conclusionem in causa: ita probat textus singularis & unicus in *dict. leg. in Delictis, §. Si detracta, in fine, ff. de Noxal.*

ubi

ubi disponitur, quòd si actum est simpliciter actione noxali, non proposita qualitate, quòd dominus servi sciuit; illa qualitas scientiæ potest addi & cumulari pendente iudicio & processu: & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Alberic. Bald. Flor. & communiter DD. & reputat singularem & unicum Bald. ibi & Anan. in cap. fin. de Collus. deteg. 4. column. Nec obstat text. cum materia in leg. *Edita actio*, Cod. de Edendo, ubi disponitur, quòd non potest mutari vel emendari libellus, & actio proposita post litem contestatam. Quia debet intelligi circa substantiãlia: secus verò circa aliquam qualitatem omissam; quia illa benè potest addi, cumulari, vel detrahi, non alterando substantiam facti propositi: Ita tenet & declarat notabiliter Alberic. in dist. §. *Si detracta*, & ante eum Jacob. de Butr. in dist. leg. *Esita actio*, Cod. de Edendo, 4. column. & ibi Cyn. 9. column. Bald. column. 3. num. 8. Bald. lect. 2. column. 6. & 8. opposit. Paul. column. 3. Salycet. column. 5. Alexand. column. 3. num. 10. Philippus Decius 9. column. num. 46. Nec obstat etiam si dicatur, quòd iudex pronunciat ultra quàm petitum sit; & sententia non erit conformis libello: Quia respondeo, quòd imò est petitum; cùm postea qualitas sit cumulata per partem, pendente iudicio & processu; & per consequens valet ac si in libello vel accusatione contineretur, & virtualiter prima petitio & solemnitas ejus extenditur ad eam. Vel aliter & secundò, quòd in criminalibus non requiritur, quòd sententia sit conformis libello, sed iudex potest condemnare, & pœnam imponere probato delicto, non attenta petitione, vel conclusione partis: Ita probat text. in leg. 1. vers. *Nam ut Papinia*, ff. ad Turpiliam, & ibi tenent Bartol. & communiter DD. Imò, quòd magis est, noviter & singulariter tenent, quòd etiam si in accusatione, vel libello non sit apposita prædicta qualitas, quæ aggravat delictum, nec postea pendente iudicio & processu sit accumulata; si tamen reperiatur probata, poterit iudex reum condemnare in pœna ordinaria, ac si qualitas ipsa sit apposita cum ipso facto & delicto: pro quo facit textus secundùm unum intellectum in leg. *Quid ergo*, §. *Pœna gravior*, ff. de His qui not. infam. ubi probatur, quòd accusator egit simpliciter contra furem actione furti, non exprimendo qualitatem manifesti, vel non manifesti; & postea probavit

qualitatem manifesti, & iudex condemnavit in pœnam quadrupli, attenta qualitate probata: & ita illum textum intelligit & declarat ibi Cynus, Bartol. Angel. Paul. & communiter alii DD. Bald. in leg. *Edita actio*, Codic. de Edendo. 2. lectur. 7. column. 10. oppos. & ibi Moderni. Secundò facit text. in leg. *Si quis intentione ambigua*, ff. de Jud. ubi habetur, quòd si actor proposuit libellum vel petitionem dubiam, potest postea pendente iudicio eam declarare expressè, vel tacitè per probationes secundùm communem opinionem Doctorum ibi. Tertiò facit, quia libellus & petitio simplex potest sub se comprehendere quamlibet speciem vel qualitatem facti propositi; & sic illa qualitas postea probata videtur in libello vel accusatione generica inclusa: argumento textus in leg. fin. Cod. de Annali excep. maximè, quia in hoc vertitur favor publicus, ne delicta remaneant impunita. Et in expresso istam sententiam & conclusionem (F) tenet Joan. Andr. in Addit. ad Specul. in tit. de Accusationib. in 1. addition. vers. *Sed convertitur quæst.* Innocent. in cap. *Cùm dilectus*, de ordinat. cog. 1. column. in medio. Idem Innocent. in cap. 1. de Libelli oblat. column. 2.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores qui materiam explicant referuntur.
- 2 De solemnitatibus accusationis?
- 3 Quid si accusator proposuit locum & tempus & de alio loco, & tempore probavit?
- 4 Conclusio an requiratur in accusatione, & inscriptio ad pœnam Talionis?
- 5 An accusator teneatur ponere in libello diem, & horam commissi criminis?
- 6 An ad instantiam rei debeat accusator exprimere diem commissi criminis?
- 7 Si accusator non probavit diem, & horam propositam delicti, an sequi condemnatio possit?
- 8 Si qualitas aggravans delictum non fuerit probata, an sequi possit condemnatio?

An

(F) Hanc etiam sententiam, quæ & mihi ve-
rior, & utilitati publicæ magis consentanea vi-
detur asserunt usu, qui optimus rerum est ma-
gister, approbatam. Anan. in Cod. Continentiam,
num. 5. extra de Cleric. percus. Guid. Pap. de-

cis. 553. Jul. Clar. in Pract. §. ult. quæst. 66.
vers. *Sed quid si pro part.* quæ maximè absque
dubio promovebitur, ac protegetur ex clausu-
lis, quæ hodie libellis addi, inserique solent.

- 9 *An pendente judicio possit addi qualitas aggravans delictum?*
 10 *An quilibet teneatur ad accusandum?*

1 **M**ateriam præsentem explicant præter ordinarios, Clarus in *Praxi*, §. finali, *quæstione* 12. & pluribus seqq. Tiber. Decian. lib. 3. cap. 1. & seqq. Bossius in *sua Praxi*. tit. de *Accusat.* Petrus Gregor. in *Syntagm.* lib. 32. cap. 7. & seqq. Tusch. littera *A.* conclus. 156. & seqq. usque ad 172. Farinac. latissimè, ut solet, *quæst.* 12. & seqq. Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. Pichardus in *Manuduct.* 3. part. §. 3. num. 17. Barbosa in *Collect.* tit. de *Accusat.* Bolañ. in *Curia Philip.* 3. part. §. 14. Villadieg. in *Polit.* cap. 3. ex numer. 150. Morla in *Empor.* tit. 2. *quæst.* 3. ex numer. 44. & vide conclusiones criminales post oper. Roder. Suarez usque ad conclusionem 11. Menoch. de *Arbitrar.* casu 594. ubi de differentia inter accusationem, & inquisitionem quoad pœnam, Larrea, *decis. Granat.* 27. ubi etiam de delatoribus, & Carlev. de *Judic.* tom. 2. tit. 2. disp. 6. ubi latè an accusatus possit reaccusare? & de concursu civilis, & criminalis actionis vide alia *supr.* cap. 1. & Thom. Sanchez in *Cons. moral.* lib. 6. cap. 1. dub. 26. & seqq. & cap. 3. dub. 17. num. 4.

2 Ad num. 1. ibi: *In quo articulo breviter & resolutivè dico, &c.*

Nomen Imperatoris, seu Regis, & annum, & mensem, & locum commissi delicti; debere contineri in accusatione, ut *hic* resolvitur, sed sine his requisitis sustineri accusationem cùm debeat procedi attenda veritate, docent ferè omnes *suprà* citati, maximè Farinac. *dist.* *quæst.* 12. num. 2. Scaccia de *Judic.* lib. 1. cap. 51. ex numer. 2. Paz in *Praxi*, *dist.* cap. 3. §. 6. Pichard. in *Manuduct.* 3. part. §. 3. Villadieg. *dist.* cap. 3. ex numer. 150. & de forma libellandi in criminali, iterum Farinac. *quæst.* 1. ex numer. 5. Cavallos *quæstion.* 815. ubi latè explicat constitutionem hujus Regni præcipientem procedi attenda veritate.

3 Ad numerum 2. ibi: *Et videtur dicendum quòd non, &c.*

Non posse sequi condemnationem, si accusator probavit alio loco, seu tempore commissum delictum, & non proposito in libello, ut *hic* resolvitur docent Bossius in *Praxi*. tit. de *inquisit.* num. 90. 93. & 102. Mascard. de *Probat.* conclus. 28. num. 4. & alii in unum congesti à Farinac. *quæst.* 1. num. 29. Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. num. 20. & vide *supr.* num. 7.

4 Ad num. 3. ibi: *Unum tamen est, &c.*

Non requiri, nec esse necessariam conclu-

sionem in libello accusationis, nec inscriptionem ad pœnam Talionis, ut *hic* resolvitur, docent Clarus in *Praxi*. §. fin. *quæst.* 12. num. 21. Bossius in *Praxi*. tit. de *Accus.* Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. num. 49. Covarrub. lib. 2. *Variar.* cap. 9. num. 1. qui Talionis pœnam in usu hodie non esse asserit; quod etiam defendit Clarus, *quæst.* 81. Menoch. de *Arbitrariis*, *quæstion.* 79. num. 5. Gregor. in l. 13. tit. 9. part. 4. & plurimos referens Pichard. in *Manuduct.* 3. part. §. 4. num. 15. latissimè Farinac. *quæst.* 16. ex numer. 1. ubi num. 3. quòd pœna Talionis recessit ab aula, & Paz *supr.* num. 52. & seqq. vide etiam Scacciam de *Judic.* lib. 1. cap. 51. ex numer. 7.

5 Ad num. 4. ibi: *In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.*

Accusatorem non debere exprimere in libello diem, nec horam commissi criminis, præterquam si crimen sit tale quòd tantum sit punibile certo die, & tempore, ut *hic* resolvitur; præterquam quod deducitur ex notissimis juris principiis *hic* adductis per nostrum Gomezium, docent Bossius in *Praxi*. tit. de *Inquisit.* numer. 19. Gigas de *Crimine læsæ Majest.* lib. 1. tit. *qualiter in crimine læsæ Majest. procedatur*, *quæst.* 3. num. 2. & Farin. *quæst.* 1. num. 18. vide etiam Fachin. lib. 9. *Controvers.* cap. 14. Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. §. 6. num. 21. cap. 3. & Scacciam *suprà*.

6 Ad numerum 5. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Etiam ad instantiam rei accusatorem non debere exprimere diem commissi criminis resolvit Gomez, ut vides; sed eontrarium ut verius docet Suarez à Ribeira in *Annotatione*, ad hunc locum, cum Julio Claro, & aliis, & idem comprobatur Maschardus qui alios refert, *conclus.* 512. num. 3. & *conclus.* 28. num. 3. & eum, & alios referens Farinac. *quæst.* 1. num. 20. ubi num. 21. limitat præterquam si hoc à reo calumniosè petatur, tunc enim denegandum est, & Judicis arbitrio relinquit, quando dicatur calumniosè petere, & consulit tali Judici, ut hoc casu antequam præcipiat accusatori, ut diem, & horam proferat, inquirat à reo quo die fuerit absens; & quam defensionem velit facere, & ad quid petat exprimi diem; & si videat ex expressione diei posse resultare reo aliquam defensionem, id præcipiat; Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. numer. 22. Scaccia de *Judic.* lib. 1. cap. 51. ex numer. 35. latè.

7 Ad num. 6. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Si dies, & hora apponatur per accusatorem ad instantiam accusati, quod licèt dies, & hora non proberur possit sequi condemnatio, secus aliàs

aliàs ut hic resolvitur; docent Bossius *tit. de Inquisit. num. 93.* Clar. *in Pract. quæst. 12.* Maschard. *de Probat. conclus. 28. num. 4.* & alii relati à Farinacio *in dict. quæst. 1. numer. 30. ubi num. seq.* latè comprobatur limitationes nostri Gomez. *hoc loco*, eum videas: ubi advertit quòd licet postea noster Gomez. *in versic. Sed his non obstantibus*, teneat indistinctè posse sequi condemnationem, quamvis dies & hora posita fuerit accusato non petente, superior resolutio sequenda est: vide etiam Scaccia *de Judiciis, lib. 1. cap. 51. ex num. 39.*

8 Ad numerum 7. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Licet non fuerit probata qualitas aggravans delictum, ut proditio, vel alia similis, quòd adhuc sequi possit condemnatio, ut hic resolvitur, docent relati à Farinac. *quæst. 1. num. 23.* ubi etiam alios pro contraria adducit, quam sequitur tanquam communiorem: Ego tamen cum Suarez *in Annotatione ad hunc locum*, nostro Gomez. calculum præbendum censeo, nimirum delictum, ut probatum fuerit puniendum: & hoc maximè attento jure Regio *in leg. 10. titul. 17. lib. 4. Recopilat.* quæ præcipit secundùm veritatem esse judicandum: de quo latè Acevedus *ibi*, & Barbos. *in Collectan. cap. Examinata, de Judic. num. 6.* Hermosilla *in leg. 56. titul. 5. parte 5. glossa 7. ex numer. 30.* Velasc. *de Jur. emphyt. quæst. 6.* latè, vide Larream *decis. Granatens. 50.* ubi probat, quòd remissio adulterio ei qui illud cum incestu commisit, adhuc puniri possit de incestu: & *decis. 48. num. 20.* & Scaccia *de Judiciis, lib. 1. cap. 51. ex num. 39.* latè.

9 Ad numerum 8. ibi: *Et breviter, & resolutivè teneo, &c.*

Quòd pendente judicio possit addi qualitas aggravans delictum, dum tamen detur copia reo, ut possit se defendere, & ante conclusionem in causa: ut hic resolvitur, docent Baiard. ad Clar. *quæst. 12. n. 11.* Cevallos, *quæst. 815. num. 16.* quòd sano modo intelligendum est, ita ut defensio rei salva sit semper: vide etiam D. Larrea, *decis. Granat. 50.* & Scaccia *de Judiciis, lib. 1. cap. fin. num. 8.*

Ibi: *Nec obstat textus in l. Edicta actio, &c.*

Laudat nostrum Gomez. *in præsentibus Barbosa in leg. Edita actio. Cod. de Edendo, in collect. ad Cod.* ubi alios refert.

10 Item an quis teneatur accusare? vide Thomam Sanchez *in Cons. moralib. lib. 6. cap. 1. dub. 26.* ubi quòd teneatur, si in commune delictum redundet delictum, & *cap. 4. dub. 1. n. 4.* ubi an possit ab accusatione desistere?

CAPUT XII.

De Probatione Delictorum.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit informatio?
- 2 Quid sit præsumptio, & quid operetur?
- 3 Quid sit plena & legitima probatio?
- 4 Si confessio sit facta in judicio sine aliquo juramento, an valeat ad condemnandum?
- 5 An in causis criminalibus reus teneatur jurare de calumnia super articulo de veritate dicenda?
- 6 Confessio sola rei cum maxima judicis persuasione, an valeat ad condemnationem?
- 7 Si reus fugit ad Ecclesiam, & judex ei securitatem promisit, ut ipse exiret, an possit condemnare reum, si cum illa securitate ab Ecclesia illa exiit?
- 8 An ex confessione delinquentis facta in processu nullo possit reus condemnari?
- 9 Probatio per testes sufficit ad condemnationem.
- 10 An testes qui deponunt debeant reddere rationem, si sunt interrogati?
- 11 An judex possit testes interrogare de aliquibus qualitatibus & circumstantiis delicti?
- 12 Testes singulares quando faciant plenam probationem?
- 13 An possit mulier esse testis in criminalibus?
- 14 An inimicus repellatur à testimonio?
- 15 Ascendentes, vel descendentes accusatoris repelluntur à testimonio; & alii repelluntur, quos sub isto numero videas.
- 16 Socius criminis an repellatur à testimonio, & quando possit admitti?
- 17 An reus possit interrogari de sociis?
- 18 Si reus confiteatur de socio, an ejus dictum, vel testimonium probet, tanquam si esset legitimus testis?
- 19 An pauper repellatur à testimonio?
- 20 Si testes inhabiles deponant, an faciant aliquod indicium?
- 21 Si testis unus inhabilis testificetur, alter verò testis est fidedignus & approbatus, conjunctis an faciant reprobationem?
- 22 Si testes inhabiles de facto producuntur, & admittuntur, an possunt per judicem ex officio repelli parte non opponente?

- 23 *An testes inhabiles, & minus idonei possint admitti ad probandam innocentiam delinquentis.*
- 24 *An testes qui sunt idonei compellantur invito dicere testimonium?*
- 25 *An ex præsumptionibus, vel indiciis possit reus condemnari?*
- 26 *Si contra reum sit unus testis fidedignus, & similiter indicium, vel semiplena probatio, an ex hoc censeatur probatum delictum?*

Item principaliter quæro: Qualiter probetur delictum? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd aliud quidem est informatio; aliud autem indicium, seu præsumptio: aliud est semiplena probatio; aliud est plena, & legitima probatio. Informatio est simplex dictum sive assertio alicujus sine juramento, & sine aliqua forma iudicii, per quod movetur iudex saltem ad inquirendum licitè & justè de delicto: ista est Glossa singularis & unica in cap. 1. §. Si duo, de pace tenenda, & ejus violatorib. in verb. Testimonium, in lib. 1. Feudor. & ad hoc reputat ibi singulare Bald. col. 1. in med. & notant & commendant cæteri DD. & illam Glossam ad hoc reputat singularem & unicam Lud. Rom. in leg. Si quis in gravi. §. 1. ff. ad Syllan. tenet etiam Bald. licèt non alleget illam Glossam in rubr. de Controversia investituræ, in lib. Feud. idem Bald. in leg. Admonendi. ff. de Jurejur. column. 4. Confirmatur ex sententia & doctrina Innocent. in cap. Cum in tua, in fin. de Sponsalib. ubi dicit, quòd potest iudex se informare de fama sine ordine iudiciario: & ibi sequitur Abb. 1. col. 4. notant & commendant alii DD. præcipuè Præpos. col. fin. inò, quòd magis est, talis informatio potest sumi à testibus & personis inhabilibus; secundùm Bald. in leg. Qui testament. vers. Per contrarium. ff. de Testam. post Glossam ibi, quam reputat singularem.

2 Aliud est iudicium seu præsumptio, & est *rationabilis vel verisimilis conjectura facti, vel delicti, & quædam animi applicatio ex aliquibus circumstantiis ad aliquid credendum*: Ita probat textus capitalis & expressus in leg. 3. §. 1. ff. de Testib. cujus verba sunt: *Hoc ergo solum rescribere possum summatim, non utique ad unam pro-*

bationis speciem cognitionem statim allegari debere, sed ex sententia animi tui te æstimare oportere, quid aut cui credas, aut parum probatum tibi opineris, textus in leg. Ob carmen, §. final. eodem titul. textus in leg. 1. §. ad Tormenta. ff. de Quæst. textus in leg. de Minore. §. Tormenta, eodem titul. textus in leg. Ex libero. §. de Minore, eodem titul. textus in leg. Unius. §. Reus, eodem titul. textus in leg. final. eodem titul. textus in leg. 3. Cod. de Quæst. ibi: Si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut videantur accedere ad verisimilia causæ crimina, textus in leg. Milites, eodem titul. ibi: Sed argumentis primum verisimilibus probabilibusque uti. Et sibi veluti certis indiciis ducti; investigandæ veritatis gratia ad tormenta putaverint esse veniendum, &c. textus in leg. Non est verisimile. ff. Quod metus causa, textus in leg. Quæro. §. final. ff. de Ædific. textus in cap. Præterea de Testibus, cujus verba sunt: Etenim circumspèctum iudex atque discretus motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora esse competerit, conformabit, textus in capitul. Quia verisimile, de Præsumpt. cum similibus & utrobique communiter DD.

Advertendum tamen, quòd indicium minus est quam semiplena probatio: & minorem habet effectum, sed benè sufficit ad torturam: Glossa est singularis & unica in leg. Cum probatio. ff. de Probat. & ad hoc notat & commendat ibi Baldus dicens eam meliorem de jure: Salyc. Fulgos. & Jacob. de Sanct. Georg. Bald. in leg. Non est verisimile. ff. Quod metus causa, lect. 1. num. 5. & illam reputat singularem Paul. de Castro in leg. 2. §. 1. ff. Si ex noxal. caus. agat. column. 2. num. 4. & ibi Alexand. & alii DD. Ang. in leg. 2. Cod. de Quæst. Ex quo singulariter infero, quòd in causis criminalibus, si concurrat indicium, & unus testis de visu, non resultat plena, & perfecta probatio ad condemnandum: & in terminis ita tenet Glossa singularis & ordinaria in capit. Veniens, el 1. de Testib. quam ibi ad hoc reputant singularem Imol. Abbas, & communiter alii DD. idem Imol. in leg. Interesse. ff. de Acquir. posses. de quo articulo adhuc latiùs infra suo loco dicam.

Aliud est semiplena probatio; & breviter & resolutivè dico, quòd (A) est quando unus testis

(A) Parum noster Gomez. sollicitus fuisse videtur in veris & propriis rerum definitionibus tradendis, contentus exemplis, quæ rem ipsam commonstrarent: quamobrem & solum hic exempla semiplena probationis proponit, & inferius in definitione plenæ probationis non accuratè ad-

modum probationem cognitionem vocat, cùm ex probatione cognitio emergat: Tu itaque probationem, vel cum Accursio in Rubrica. Cod. de Probat. sic definito: Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio: & argumentorum nomen latè intellige ut instrumenta, testes & omnem aliam

is fidedignus & omni exceptione major deponit de ipso facto & delicto per visum, vel alium sensum corporeum, taliter quod concludat: quia si duo testes faciunt plenam probationem, ut in leg. Numerus. ff. de Testib. & in leg. Theopompus. ff. de Dote prælegat. & in l. 1. §. fin. ff. Quemad. testam. aper. & in cap. In omni negotio, de Testib. & in cap. Ex insinuat. de Procur. & in cap. final. de Success. abintest. ergo unus testis faciet semiplenam probationem: & isto fundamento & ratione ita tenet Glossa ordinaria in leg. Admonendi. ff. de Jurejur. in Gos. penult. & ibi magistraliter Bart. col. 6. n. 36. & communiter DD. præcipuè Jas. 2. lectur. n. 146. tenet etiam Glossa ordinaria in l. Bonæ fidei. Cod. de Rebus credit. in Gos. fin. & ibi Bald. & communiter DD. Et quid de minore? vide omninò suprà, cap. 1. n. 56.

3 Aliud est plena & legitima probatio: & omissis aliis diffinitionibus, dico, quòd est perfecta cognitio facti vel delicti per modos à jure diffinitos. Et principaliter fit per confessionem partis, vel per testes legitimos: Per confessionem partis fit probatio, quando reus accusatus vel inquisitus sponte confitetur delictum in judicio: text. est in leg. Si confessus. ff. de Custod. reor. text. in leg. Proinde, la 2. §. fin. ff. ad leg. Aquil. text. in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæstion. text. in leg. Servos. Cod. ad legem Jul. de Vi, textus in leg. Qui sententiam. Cod. de Pænis, textus in leg. Si quis in hoc genus. Cod. de Episcop. & Cleric. textus in cap. 22. quæst. 2. cujus verba sunt: Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut in convictum aut sponte confessum, textus in cap. Multi, versic. Noluit, ea caus. & quæst. textus in cap. At si Clerici, de Judic. & utrobique communiter DD. & idem disponit l. 2. tit. 13. part. 3. & lex 15. tit. 1. part. 7.

Et in tantum hoc est verum; ut procedat & habeat locum, etiam si sit unica confessio sola

spontanea in judicio; quia illa sufficit ad condemnationem sine ratificatione, vel aliqua alia confirmatione: Ita probant prædicta jura, & in expressò ita tenet Bart. in l. 1. fin. col. & Quæstione. ff. de Custod. reor. & ibi Alber. Angel. & alii DD. Azo in Summa. Cod. de Confessis, col. 2. in fin. num. 6. Bald. in l. Una, ejusdem tit. 6. col. num. 23. & ibi Paul. 3. col. num. 9. & communiter alii DD. Cyn. Alber. Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. in leg. 2. Cod. de Custod. reor. Angel. in leg. 1. ff. de Confessis, col. 1. num. 6. Bald. in leg. Si quis in hoc genus. Cod. de Episc. & Cleric. col. 2. num. 3. Archid. in cap. Nos in quenquam, caus. 2. quæst. 1. num. 3. Gandin. in tract. Malefic. fol. 20. col. 1. idem Gandin. fol. 22. Angel. de Aretin. in tract. Malefic. in part. Fama publica præcedente, vers. Postquam aliquis, & ibi ejus additionat. Faber in tract. de Quæst. 4. col. Nec obstat text. in leg. 2. Cod. de Custod. reor. ubi probatur, quòd postquam de delicto constiterit, debet reus iterum reduci apud acta, ut audiatur: & exponit ibi Glossa, quòd ille textus intelligatur in reo, qui confessus est delictum in judicio; cui confessioni non est standum, nisi iterum ductus apud acta confiteatur, & sic perseveret in confessione prima: & per consequens probat, quòd unica confessio sola non sufficit ad condemnationem; sed requiritur geminata, vel ratificata, & perseverantia in prima confessione: & per illum textum idem etiam tenet Glossa ordinaria in leg. 1. ff. de Custod. reor. Glossa etiam, in leg. Una. Cod. de Confessis: in Glossa magna in med. Quia ille textus potest intelligi, quando confessio fuit facta in tormentis, quia tunc requiritur perseverantia: & iste est sensus Glossa ibi secundum notas quas allegat. Sed iste intellectus non placet; quia text. simpliciter loquitur, & non colligitur ex eo, quòd fuerit facta in tormentis: Unde, aliter & secundò po-

fidei faciendæ rationem complectatur, juxta textum in leg. 2. ibi: Aliis quoque argumentis. Cod. Quorum appellat. non recip. & in leg. 3. §. Eiusdem, versic. Argumento. ff. de Testib. quo etiam pacto intelligentes definitionem hanc amplectuntur Bartol. Paul. Salyc. Hippolyt. in Repet. numer. 1. ad Cond. rub. idem Bartol. & Fulgos. in Rub. ff. Illo tit. de Prab. & qui communem attestantur Dec. in Rubric. num. 4. extra, de Probat. Ludovic. Gomez. in §. Item si quis postulante, column. 2. Instit. de Act. Vel potius, si facile argumenta omnia reluctantium declinare velis, sic probationem finito: Probatio est dictorum factorumve in controversis causis apud earum disceptatorem demonstratio: Plena verò probatio erit tantam in hujusmodi causis faciens fidem, quanta ad

finiendam controversiam sufficiat: Semiplena autem demonstratio, quæ & si aliquam faciat fidem; non tamen disceptatorem seu cognitorem jure movere potest. An autem confessio sit probatio, ut secure supponit noster Gomez. in præsententi, magna inter DD. altercatio est; nam Aretin. in Rub. num. 18. extra de Probat. Salycet. in Rubr. num. 4. Cod. de Probat. Jas. num. 1. Dec. num. 8. leg. Cum transigere. Cod. de Transact. probationem ajunt, at Felin. in Rubric. num. 9. extra de Probat. & alii, quos refero in Recept. sent. thesaur. versic. Confessio, num. 222. cum seq. revelationem à probatione, non probationem esse cum communi placito asserunt: tu

potest intelligi, quòd etiam si constet de crimine per confessionem, vel probationem, non condemnatur reus, donec prius constet & verificetur delictum esse commissum: argumento textus in leg. 1. §. Item illud. ff. ad Syllan. & in lege 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæst. Sed etiam iste intellectus non placet, quia divinat. Unde aliter & tertio, & quidem notabiliter dico, quòd ille textus debet intelligi, quòd reus sponte confessus non debet statim condemnari, sed debet ei per iudicem dari terminus ad opponendam aliquam exceptionem, si habet, reducendo & detinendo eum interim in carcere, quia fortè fecit ad sui defensionem, vel tempore quo erat minor, vel quia delictum lapsu temporis erat præscriptum; & in terminis ita tenet, & declarat ibi Salycet. 3. column. & ante eum Odofred. Alberic. in leg. Unius. §. Cognitorum. ff. de Quæst. col. 2. Bald. licèt non alleget illum textum in leg. 2. Cod. Ut intra certum tempus quæst. criminal. termin. column. 1. num. 2. idem Bald. in cap. Quoniam contra falsam. Cod. Probat. penult. column. num. 63. Gandin. in tract. Malefic. in quæst. Quid sit agendum, quando reus est præsens? fol. 20. column. 1. Paris de Puteo in tractat. Syndicatu, in part. An potestas, fol. 83. idem Paris de Puteo in eodem tractat. fol. 298. versic. Nec videndum, Angel. de Aretin. in tractat. Malef. in part. Qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem faciendam, column. 1. quibus assentio; & ita communiter practicatur: quòd est valde notabile.

* Adde tamen, quòd contra hoc videtur, quòd nulla, sit specialitas vel singularitas in isto casu: quia regulariter post probationem & publicationem testium, imò post sententiam latam potest reus probare suam defensionem. Sed dico & respondeo, quòd text. bis allegatus in dist. leg. 2. de Custod. reor. habet locum & procedit etiam si non petatur à parte; quia iudex ex officio tenetur assignare terminum ad suam defensionem, etiam post confessionem: Sed post probationem & publicationem testium, vel sententiam, requiritur partis petitio, vel evidentia facti *

4 Item etiam extendo superiorem doctrinam & conclusionem, ut procedat & habeat locum etiamsi talis confessio sit facta in iudicio sine aliquo juramento, & adhuc sine aliqua iudicis interrogatione: Ita probant prædicta jura, & magis in specie probat textus in leg. Si sine. ff. de Interrog. actio. cujus verba sunt: Si sine interrogatione quis responderit se heredem, pro interrogato habetur, & licèt loquatur in civilibus, tamen ejus ratio & dispositio militat etiam in criminalibus. Confirmatur: Quia ea quæ quis asserit in libello, videtur confiteri, tam in civilibus quàm etiam in criminalibus: textus est in le-

ge Cum prec. Cod. de Liber. caus. textus in lege 2. Cod. de Instit. & substit. text. in leg. Prædia. Cod. de Præd. minor. text. in leg. Mercalem. Cod. de Condit. ob turp. caus. text. in leg. 1. Cod. de Liber. caus. text. in leg. 1. Cod. de Crimin. stellation. & utrobique communiter DD. & idem est in his quæ quis ponit & asserit in positionibus, per prædicta jura: non vero in contentis in interrogatorio, nisi illud etiam ponat pro positionibus; & in terminis ita tenet singulariter Bald. in leg. Sicut. Cod. de Repud. hered. fin. column. & ibi alii DD. Bartol. in leg. Ubi cumque. ff. de Interrog. actio. column. 5. num. 11. idem Bart. in leg. 2. §. Quod observari. Cod. de Furam. column. 3. Paulus de Castro in Authent. ibi posita Abbas in cap. fin. de Confessis, col. 5. num. 15. Auchar. Domin. & alii DD. post Glossam ibi in cap. 1. de Confessis, in sexto, de quo articulo vide de Paul. de Castro, qui benè loquitur, in leg. Judices. Cod. de Judiciis fin. column. Sed illa assertio vel confessio non est jurata, & tamen valet tenet, & probat: Ergo confessio etiam sine juramento valebit,

5 Pulchrum tamen & quotidianum dubium est, an in causis criminalibus reus accusatus vel inquisitus teneatur jurare de calumnia super articulo de veritate dicenda; & respondere positionibus ad instantiam partis, & sic accusatoris, vel ex officio iudicis? Et breviter & resolutivè dicendum est, quòd sic: Primò, quia generaliter in omnibus causis requiritur, & habet locum juramentum de calumnia (quod comprehendit duo substantialia: primum est, quòd actor vel reus juret se fovere justam causam: secundum est, quòd interrogatus in qualibet parte litis, dicet veritatem:) text. est in leg. 1. & 2. Cum omnibus. §. Suis. Cod. de Juramento calumn. textus in Authent. In isto jurament. eod. tit. text. in cap. 1. & 2. & per tot. de Juram. calumn. text. in cap. 2. §. final. & per tot. eod. tit. lib. 6. text. in cap. 1. de Consuetud. lib. 6. text. in cap. præsentiam, de Testib. lib. 6. text. in Clement. sæpe, vers. citat. de Verborum significat. & idem disponit lex 23. titul. 11. part. 3. & lex 11. in legibus de Madrid. Sed illa jura loquuntur generaliter: ergo habeant locum & procedant tam in causa criminali, quàm civili. Secundo facit textus in l. Marcellus. §. 1. ff. Rerum amotarum, ubi habetur, quòd in illa actione descendente de delicto cogitur quis jurare. Tertio etiam facit text. in l. lex Cornelia. §. Hac leg. ff. de Injuriis, ubi disponitur, quòd in delicto injuriarum habet locum delatio juramenti. Quarto facit textus in leg. 3. versic. Quacumque. ff. de Furejurand. ubi habetur, quòd in qualibet causa, vel actione, etiam pœnali, cogitur quis jurare. Quintò facit textus in leg. Qui petitorio. ff. de Rei vendication. ubi reus

reus conventus rei vindicatione cogitur respondere; an dolo desiit possidere, vel non? Sextò facit, text. in leg. final. Cod. de Fid. instrumentorum, ubi habetur, quòd super causa falsitatis cogitur quis jurare, & respondere. Septimo facit textus in leg. 1. & per tot. ff. de Questionib. ubi disponitur, quòd per tormenta cogitur quis respondere de veritate super facto proprio, & quolibet delicto: ergo à fortiori teneatur respondere interrogatus cum juramento. Octavò facit text. in leg. Ubiunque, ff. de Interrogat. actio. ubi disponitur, quòd indistinctè in qualibet causa potest iudex cogere partem respondere de veritate super facto proprio: Et in expressò, licèt non ita fundet, istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in dict. leg. Marcellus, §. 1. ff. Rerum amotarum, & ibi Alber. Angel. de Perus. & communiter alii DD. idem Bart. in leg. Inter omnes, §. Rectè, ff. de Furtis in fin. idem Bart. in leg. 2. §. Quod observari, Cod. de Juram. calumn. fin. column. & quest. & ibi Odofred. 4. column. quest. 5. Alberic. 9. column. in med. Glossa ordinaria in leg. 1. Eiusdem titul. in glos. 2. & ibi Petrus, Cyn. Jacobus, Bald. & communiter DD. Glossa etiam ordinaria in cap. 1. de Juramento calumn. & ibi communiter Canonist. Innoc. in cap. 2. de Confessis, column. 1. ibi Joann. Andr. Hostiens. Abb. & communiter alii DD. Dominicus, Anchar. & alii DD. in cap. 2. de Confessis, lib. 6. Ang. de Aret. in tract. Malefic. in part. comparuerunt dicti inquisiti, & negaverunt, column. 1. & ibi ejus additionator. Contrarium tamen probat textus in cap. Quis aliquando, vers. Non tibi dico, de pœnit. distincti. 1. & in cap. Si peccaverit caus. 2. quest. 1. ubi habetur, quòd non tenetur quis se prodere, & delictum proprium manifestare, textus in leg. 1. ff. de Bonis eorum qui ante sentent. mort. sibi consc. & in leg. Qui cum major, §. Si patris, ff. de Bonis lib. & in leg. Transigere, Cod. de Transact. ubi disponitur, quòd qualitercumque licitum est unicuique redimere san-

guinem suum: Probat etiam textus singularis noviter per me solum ponderatus in leg. 4. ff. de testib. ubi habetur, quòd consanguineus infra certum gradum, de quo ibi non cogitur dicere testimonium adversus consanguineum: ergo à fortiori ipse reus delinquens accusatus vel inquisitus non debet cogi dicere contra se: & certè videtur inconvincibile fundamentum carens responsione; & in terminis ita tenet Compostellanus in cap. Dudum, el 2. de Election. column. 4. in fin. Bald. in leg. 2. §. Quod observari, Cod. de Juram. calumn. pen. column. num. 28. Bald. in leg. 1. Cod. de Pœna judic. qui malè judic. column. 2. vers. Scias tamen, Hippolytus de Marsil. in sua Practica, §. Postquam, colum. 1. ubi dicit, quòd ita practicabat dum esse iudex. Nec obstat text. primo loco adductus in leg. 1. & 2. Cod. de Juram. calumn. cum similib. Quia debet intelligi in juramento de calumnia requisito pro forma & solemnitate iudicii respectu primi articuli, scilicet quòd jure se fovere justam causam, & dolum vel calumniam in lite non committere: non verò ut teneatur respondere de veritate dicenda. Secundò non obstat etiam textus in leg. Marcellus, §. 1. ff. Rerum amotarum, & in leg. lex Cornelia, §. Hac lege, ff. de Injuriis, cum similib. Quia loquuntur & debent intelligi in juramento necessario, quod defertur à parte parti, & imponit finem liti & causæ: secus verò est in juramento de calumnia, de veritate dicenda. Sed, his non obstantibus, ego teneo indistinctè primam sententiam (B) & conclusionem, imò quòd ex officio iudicis, & ad partis petitionem reus accusatus teneatur jurare & respondere de veritate super facto & delicto proprio, de quo accusatur, per jura primo loco adducta, & in expressò ita probat lex 4. titul. 29. part. 7. quæ disponit, quòd iudex potest cogere reum captum jurare & respondere in causa criminali: & idem probat lex 23. titul. 11. partit. 3. & in leg. 11. in ll. de Madrid. Nec obstat text. in dict. cap. Quis aliquando,

ver-

i (B) Et sanè necessariò tenenda est, si jus, ut fit ex interpretum numero metiamur, & usum quacumque seu justa seu injusta ratione inductum tenaciter servemus. Si quidem non solum communis hæc est sententia, sed fermè ubique praxi observatur, ut attestatur Maria, in capit. Qualiter, & quando, num. 227. quest. 84. in fin. de Judic. & qui tacitè Gomez aliquantulum reluctatur, Jul. Clar. in Pract. §. ult. quest. 45. vers. Sed quæro. Verùm enim verò, si non qualiter, sed qua eundem est, ut optimi quique auctores præcipiunt, spectemus, & veritatem nudam ac simplicem multis multorum opinionibus

Tom. 111.

anteponamus, nusquam hujusmodi jusjurandum in criminum examine deferendum erit, cum & procul dubio inhonestissimè injusta offeratur conditio, vel seipsum turpiter damnandi, vel perjurio suscepto crimen ante patratum augendi: Deinde fortissima sunt argumenta, & ni fallor, vix declinari possunt scilicet tum jusjurandum deferri non posse; cum perjurii timor aderit; qui semper profecto justè in hisce casibus aderit: Et cum frater contra fratrem testimonium dicere non cogatur, minus aliquem contra seipsum cogi debere, præsertim ubi de crimine & graviori crimine tractabitur.

Hh 2

versic. *Non tibi dico, ut te prodas, de pœnit. dist. 1. cum similib.* Quia intelligitur extra iudicium; vel etiam in iudicio, nulla præcedente diffamatione, vel justa causa, ut in nostro casu, secundum DD. *in prædictis locis.*

Ex quo singulariter infero, quòd cum licitè & justè petatur à reo tale juramentum, tenetur in foro conscientiae dicere veritatem, licèt ex hoc incurrat pœnam mortis; aliàs peccat mortaliter: & in terminis ita tenet S. Thom. 2. 2. *quest. 69. art. 1.* Ex quo subinfero, quòd à fortiori non poterit advocatus reum consulere, negare veritatem: unde ab hoc semper præcavendum est, & ita semper feci, consului, & practicavi in personis pauperum, quorum advocatus fui. Unum tamen est: Si mihi daretur facultas, vel auctoritas, consulere Imperatori Regi nostro, ut publicam & communem legem conderet, quòd in causis criminalibus ingerentibus pœnam sanguinis non posset iudex petere à reo tale juramentum, propter evidentem occasionem perjurii: argumento text. *in cap. Clericos, de cohabit. Cleric. & mulier.* ubi habetur, quòd non est recipiendum juramentum ab eo, in quo datur talis præsumptio perjurii, & periculum conscientiae, ut quotidie docet experientia.

6 Advertendum tamen pro complemento materiae, quòd licèt unica sola confessio ipsius rei delinquentis sufficiat ad condemnationem, ut supra dictum est: tamen debet intelligi, præterquam si fiat cum maxima iudicis persuasionem, & promissione veniæ & liberationis; ut quia dixit sibi, *confitearis, & noli timere, quia nullam pœnam tibi imponam, imò statim eris liberatus:* quia talis confessio est nulla, & prætextu ejus reus delinquens nullo modo potest condemnari; quia dolo & fraude iudicis fuit inductus, & quadam spe probabili suæ liberationis, & præsumitur, quòd profugiendo, & evitando carcere confitebitur contra se, quòd non fecit spe veniæ, & credens se carcere liberari, & sic non videtur libera, nec spontanea, ut ex ea possit condemnari; quia paria sunt, confessionem esse factam dolo, vel esse factam metu, argumento text. *in leg. 1. & per tot. ff. de Dolo, & in leg. 1. & per tot. ff. Quod metus causa, textus in cap. Cum contingat, in fin. de jurejurand. ibi, hujusmodi juramenta sine vi & dolo sponte præstita, textus in Authentic. Sacramenta puberum, Cod. Si advers. vendit. & in leg. Si quis cum aliter, ff. de Verb. oblig. text. in capit. Sana; juncta Glossa de Re-*

nunc. & in expressò ex isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet originaliter Joann. de Imol. in Cons. suis, cons. 106. tenet etiam & commendat in præf. Paris de Puteo in tractat. Syndicat. fol. 295. in part. sequitur questio; illud (C) dictum Imolæ reputat unicum & mirabile Hyppolyt. de Marsil. in leg. 1. §. Quest. fidem, ff. de Quest. colum. 2. num. 12. idem Hippol. in sua Practica, §. Postquam, column. 3. num. 15.

7 Ex quibus etiam venit quærendum: Si quis post delictum commissum fugit ad Ecclesiam, & iudex dedit ei confidentiam & securitatem, ut exiret, & coram eo se præsentet, an per iudicem debet servari, an verò possit condemnari, & pœna mortis, vel ordinaria puniri? Et videtur quòd sic: Primò, quia inimico, hosti, vel delinquenti, fides non est servanda, imò est bonus dolus eos decipere: textus *in leg. 1. §. Non fuit, ff. de Dolo.* Secundò & in expressò probat textus *in Authent. de Mandatis principum, §. Nec homicidiis, collat. 3.* ubi formaliter dicit textus, quòd securitas, vel fidentia, quam ei dederit iudex, nullo modo est servanda. Sed his non obstantibus, contrarium videtur de jure verius, imò, quòd teneatur servare, & remittere ad Ecclesiam: Primò, quia fides & promissio semper & in quolibet actu & negotio est servanda, etiam inimicis præstita; quia implementum ejus descendit à jure naturali, & divino, ut *in leg. Conventionem, ff. de Pactis,* & ibi communiter DD. Sed in hoc articulo ista est vera & notabilis concordia: quòd si delictum erat tale, per quod non poterat extrahi de Ecclesia; tunc fides & securitas ei data est servanda, & debet restitui Ecclesiae: si verò delictum erat tale, per quod licitè poterat extrahi de Ecclesia; fides & securitas non est servanda, sed licitè potest puniri: & in expressò ita tenet & concordat Alberic. *in dict. leg. 1. §. Non fuit, ff. de Dolo:* & refert, & allegat Oldrad. Jacob. de Aret. ita tenuisse; & idem etiam tenet Petrus de Bellapert. Cyn. & alii DD. antiqui *in leg. Præsenti, Cod. de His qui ad Eccles. confugiunt.*

8 Item adde, quòd in tantum est verum, quòd ex unica sola confessione delinquentis potest ipse reus delinquens condemnari; ut procedat & habeat locum, etiam si talis confessio fiat & contineatur in processu nullo & invalido de jure, quia fortè accusator est inhabilis, vel libellus est ineptus, vel deficit aliqua solemnitas, & ordo ju-

(C) Hanc etiam opinionem affirmant Hippol. *in leg. Si quis obreperit, num. 13. ff. de Flas. latè Did. à Covarrub. lib. 1. resol. 2. num. 16. col. pen. Cagnol. in leg. Ea est. natur. num. 18. in fin. de*

regul. jur. & qui non improbabilem distinctionem proponit Jul. Clar. in Pract. §. ult. quest. 55. vers. Circa secundum, quamvis ipse certè indistinctè Imol. opinionem sequendam arbitror.

judiciarius: argumento textus in leg. Si confessus, ff. de Custod. reor. cum similib. quibus probatur, quòd confessus statim debet condemnari: ergo bene sequitur & infertur, quòd nulla alia solemnitas vel forma processus attenditur, vel requiratur, textus in leg. Proinde, la 2. §. fin. ff. ad legem Aquiliam, ubi habetur, quòd in confessum nullæ sunt partes judicis: textus in cap. 1. de Accusat. lib. 6. ubi habetur, quòd punitur quis ex confessione propria, licèt ante diffamatus non fuerit, vel alia solemnitas juris deficiat in inquisitione formanda: textus in cap. Pisanis, de restitutione spoliator. ubi confessio, etiam in processu nullo, valet & tenet. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in dict. leg. Si confessus, ff. de Custod. reor. & ibi Ang. de Perus. & alii DD. Innocent. in cap. Qualiter, & quando, de accusat. column. 3. num. 7. & ibi Abb. column. 4. num. 20. & communiter DD. idem Abbas in dict. cap. Pisanis, de restitutione spoliator. column. 3. num. 9. & ibi alii DD. Bald. in lege 1. ff. de Jurisd. omn. judic. 1. lect. column. final. quæst. 8. idem Bald. in leg. 2. Cod. de Re judic. column. final. num. 9. idem Bald. in leg. 1. Cod. de confessis, penult. column. num. 97. Ang. de Perus. in leg. 1. ff. de Confessis, column. 1. num. 6. idem Angel. in leg. Denunciasse, ff. de Adulter. column. 1. num. 5. Salyc. in leg. 2. Cod. de Custod. reor. column. fin. penult. quæst. Paul. de Castr. in leg. Si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de Verb. oblig. column. 2. num. 4. Florian. in leg. Proinde la 2. §. fin. ff. ad leg. Aquiliam, Angel. Areiin. in tract. Malefic. in part. comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum colum. 3. versic. Quæro an confessus. Et ista est communis opinio Legistarum, & Canonistarum. Nec obsat textus valde notabilis in cap. At si Cleric. de judiciis, ubi habetur, quòd confessio facta coram giudice incompetente est ipso jure nulla, & ex ea nullo modo potest sequi condemnatio: Quia debet intelligi, quando nullitas consistit ex defectu jurisdictionis; secus verò si consistat ex defectu alterius solemnitatis: & ita colligitur ex mente omnium Doct. ubi supra, & in terminis

ita tenet & declarat Florianus in dict. l. Proinde, la 2. §. fin. ff. ad legem Aquiliam. Felinus in capit. Qualiter, & quando, cap. licet, de Accusat. column. 2. num. 9. post Anton. quem ipse allegat. In cujus confirmationem facit Glossa singularis & unica in Clement. 1. de sequestra. posses. & fruct. in gloss. final. ubi dicit, quòd licèt in aliquo casu vel negotio lex vel statutum excludat nullitates; non tamen videtur excludere nullitatem proveniente ex defectu jurisdictionis, per fundamenta & rationes ejus: & ad hoc reputat ibi singulariter Imol. pen. col. & reputat unicam Cardin. ibi, col. 1. vers. fin. & notant & commendant cæteri Doct. notant etiam & commendant Abbas in capit. Iterum cum quis, de restitutione spoliator. col. 3. num. 6. Bald. in leg. Si quis filio exheredato, §. Quod si quis, ff. de Injusto rupto, in fin. idem Bald. in leg. Divus, ff. de Milit. testament. 1. column. ubi bene fundat.

9 Secundò modo, & principaliter probatio delicti fit per testes legitimos fide dignos, & omni exceptione majores: & sufficiunt duo, sicut in civilibus argumento textus in leg. Ubi numerus, ff. de Testib. & probat textus in leg. unic. in fin. Cod. de Raptu virgin. ibi: Post legitimas & jure cognitias probationes. text. in leg. Servos, Cod. ad legem Juliam de vi. Confirmatur etiam auctoritate divina: In ore duorum, vel trium stat omne verbum, transumptivè in cap. Licet universis, de testib. probat etiam textus in cap. Cum esses, de testam. textus in cap. Relatum, el 1. eodem tit. & istud est de mente omnium DD. in dictis locis, & in expressò ita tenet Bonifacius in tract. Malefic. in rub. de probatione, column. 3. in fin. Bald. in leg. fin. Codic. de Probat. column. 2. in fin. numer. 8. Et licèt (D) in delictis requirantur liquidissimæ probationes, & luce clariores, ut in leg. Singuli, Cod. de Accusat. & in leg. fin. Cod. de Probat. tamen bene sufficiunt duo testes in quocumque delicto quantumcunque gravissimo. Unum tamen est, quòd sic delictum probetur per unum solum testem fide dignum, non habet locum juramentum in defectum probationis, sicut in civilibus, secundum Doct. com-

(D) Intellige & memineris perpetuò: id, quod omnium ore usurpatur, ac vulgò passim jactatur in criminalibus causis scilicet probationes luce meridiana esse debere clariores: exaudiendum prorsus esse atque intelligendum quoad accusatoris partes; non verò quoad fidem de accusati innocentia faciendam: nam illud in reorum favorem inductum; sanctum, ac summo jure stabilitum est: quamobrem in defensione domestici testes admittuntur, juxta pec. in tit. de Inquisit. §. 1. vers. Sed nunquid l. Flor. in l. Testis idoneus, ff.

de Test. Jason 84. Dec. num. 17. in leg. Ut vim. ff. de Just. & jur. quin & frater non explodetur, ut docet Bald. hac in re non explodendus, in leg. Parentes, col. de test. per text. in cap. Lit. extra de præ. tradit Alex. cons. 212. column. ultim. libr. 2. Angel. de Malef. vers. Dicitur Titius se defendendo, colum. 7. vers. Quæro sicut. & Hippol. in leg. Unius, §. cognitivum, num. 52. ff. de Quæst. tradunt & alii quos infrà refert noster Gomez, num. 23. ubi distinctionem improbabilem architectatur.

munitur contra Glossam in leg. In bonæ fidei, Cod. de Rebus cred. & in leg. 3. ff. de Jurejurando, & tenet (E) magistrater Bartol. in leg. Maritus, ff. de Quæst. jin. quæst. & ibi alii DD. Confirmatur etiam, quia in actibus gravissimi præjudicii sufficiunt duo testes: ita probat text. in cap. Quotiens, de testib. quem ad hoc notant & commendant ibi Abbas, & communiter DD. Imò, quod magis, duo testes sufficiunt contra Papam, vel Imperatorem: Glossa est singularis & unica in cap. Præsul. 2. quæst. 5. quam reputat singularem Abb. in dict. cap. Quotiens, de testib. idem Abbas, in cap. At si Cleric. de Judic. & ibi alii DD.

Unum tamen est: Quòd licet in quocumque delicto, etiam gravissimo, sufficiant duo testes; tamen ad hoc ut eorum depositio probet & concludat, oportet quòd reddant congruam rationem dicti sui per visum, vel alium sensum corporeum, quo actus super quo deponunt, percipitur: ita probat textus in leg. Solam, Cod. de Testibus, & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. text. in Authentic. de Testib. §. Et licet, collat. 8. textus in cap. Si testes, §. Solam 4. quæst. 3. & utrobique communiter Doctor. Sensus tamen visus est generalis; unde, si testes deponant per sensum visus super re vel facto perceptibili alio sensu, valet & concludit: ita probat text. in cap. Testes 3. quæst. 9. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctor. & per illum textum ita tenet Abbas & communiter Canonist. præcipuè Felin. in capit. Cum causam de testib. Roman. in leg. Sciendum, de verb. obligat. idem Roman. in leg. admonendi, ff. de Jurejur. column. 17. num. 96. Florian. in leg. Ob carmen, §. Si testes, ff. de Testibus, Cynus & alii DD. in leg. Testium, Cod. de testib. Bald. in leg. pen. ff. de Probat. idem Bald. in leg. Solam, Cod. de Testib. & ibi Salyc. & communiter alii DD.

10 Quòd tamen intellige, quando testes sunt interrogati de causa: quia tunc tenentur eam reddere; secus verò aliàs: ita tenet Glossa ordinaria in dict. leg. Solam, Cod. de Testib. & ibi Bart. Bald. & communiter DD. Glos. in dict. capit. Si testes, §. Solam 4. quæst. 3. & ibi Archid. & communiter alii DD. Glossa in cap. Cum causam, de testib. & ibi Innocent. Abbas, Antonius; Card. Anchar. & communiter DD. Specul. in tit. de Testib. §. 1. versic. Item quod interrogatus, num. 62. & ibi Joann. Andr. in Addit. & is-

ta est denique communis opinio in dict. locis. Quòd iterum subintellige, quando deponunt super eo, quod cadit super aliquo sensu corporeo; secus verò, si deponant super eo, quod cadit sub judicio intellectus, ut dominium, possessio, jurisdictio, vel quid simile, quia tunc tenentur reddere rationem etiam non interrogati, per causam facti, & qualitates, ex quibus illud inferatur; quia illud non est objectum sensus, sed intellectus: & idem est, quando deponunt super qualitate personæ, ut nobilitate, gradu, dignitate, vel alia qualibet qualitate: ita singulariter & magistraliter declarat Innoc. in dict. cap. Cum causam, de testibus, column. 2. de Testibus, & ibi Abb. Card. Anchar. & communiter DD. Bartol. in leg. 1. ff. Si cert. petat. 4. column. num. 17. & ibi Moderni, idem Bart. in leg. Solam, Cod. de Testibus, & ibi pulchrè & subtiliter Bald. & communiter alii Doct. idem Bart. in Authentic. de Testibus, §. Et licet collat. 7. Paulus de Castro in leg. Qui testamento, §. fin. ff. de Testam. & ibi communiter Doctor. Unum tamen est, quod si testis non fuit interrogatus de causa, nec reddit eam, poterit pars eum iterum producere, etiam publicatis attestationibus: argumento textus in cap. Per tuas, de testib. & in cap. Cum clamor. eod. tit. & in expressò ita tenet Cardin. in dict. cap. Cum causam, ubi reputat dignum memoriæ, & ab alio non tactum; & ibi sequitur Felin. 9. column. numer. 8. Imò, ubi bene declarat in dict. capit. Per tuas, de testibus, column. 2.

Ex quibus inferitur, quòd si testes deponant de aliquo maleficio de nocte commisso, debent necessariò deponere, quòd illo tempore erat luna, vel quòd ibi erat lucerna, quia potuerunt videre, discernere; aliàs nullo modo probant, nec concludunt: ita probat textus juncta Glossa singulari & ordinaria, in leg. Si cum exceptione, §. In hac, ff. Quòd metus caus. & ibi notant Bald. Ang. & alii DD. idem Bald. in leg. Aretusa, ff. de Stacu homin. idem Bald. in leg. Si non speciali, Cod. de Testam. idem Bald. post Oldrad. quem ipse allegat in cap. 1. §. Porrò. Quæ fuit prima causa benef. amit. in lib. Feudor. Angel. de Aretin. in §. Quadrupli, Instit. de Action. idem Angel. in tract. Malef. in part. comparent dicti inquisiti, & in termino defensionis, pen. column. Felin. in cap. Cum causam, de testib. idem Felin. in cap. Sicut de re judic. Hippolytus de Marsil. in leg. 1. ff. de Quæstion. column. 11. num. 34. idem

(E) Hoc idem docet Abbas in cap. ultim. extra de Jurejur. Jas. in leg. At prætor, in princip. num. 29. ff. de Jur. & alii quos refero in recept.

thes. in verb. Jusjurandum in causis, versic. Nec item jusjurandum, num. 312.

idem Hippolyt. in Rubric. Cod. de Prob. col. 19. num. 107.

Item adde, quòd ad hoc ut testes probent & concludant, debent deponere de certa scientia, non verò de credulitate; nisi adjiciant causam & rationem concludentem per sensum corporeum, quo veritas potest sciri, & cognosci: ita probat textus in cap. Litteras de Præsumpt. textus in cap. 3. Loco eod. tit. & in terminis ita tenent Cyn. post Jacob. de Aretin in leg. Testium. Cod. de Testib. col. 2. num. 9. & ibi communiter DD. Bald. in leg. Sive possidetis. Cod. de Probat. col. 2. num. 6. idem Bald. in leg. Solam. Cod. de Testib. col. 2. quæst. 5. Jas. notabiliter, & meliùs quàm alibi, in Rubr. ff. de Jurejur. Abb. ubi dicit esse diligenter notandum in cap. Quoties, de Testibus, column. 3. num. 6. & ibi communiter Canonistæ.

Item adde, quòd etiam oportet & requiritur, quòd tales testes sint contestes in actu vel delicto super quo deponunt, concordando in tempore, loco, & persona: aliàs verò, si sunt singulares non plene probant: textus est in leg. Denunciassè. §. Qui tamen, ff. de Adulter. textus in leg. Qui sententiam. Cod. de Pænis, textus in cap. Licèt causam, vers. Quacumque, de Probation. textus in cap. Bonæ memoriæ, el. 1. vers. Contra verò, de Election. textus in cap. Cùm dilectus, versic. Et si tres, eodem titul. & utrobique communiter DD. cujus ratio est; Quia tali casu non est legitimus numerus testium; sed in effectu tantum est probatio per unum testem: ita Bald. in leg. Jurisjurand. Cod. de Testib. col. 3. Felin. in cap. Licèt ex quadam, de Testib. col. 3. num. 2. quem omnino vide, qui notabiliter, & meliùs quàm alibi loquitur. Et effectus est: quia reperta tali veritate, prædicti testes non probarent: quia si actus est reiterabilis, videntur deponere de diversis actibus, & non essent contestes; si verò actus non est reiterabilis, essent contrarii, & non probarent: Et istum casum vidi praticari in Cancellaria regia in quibusdam testibus, qui deponebant de certo matrimonio, & opulenta hæreditate; & tandem omnes capti fuerunt in dictarum veritate, & ex officio puniti.

11 Et ex hoc necessariò & utiliter quæritur, an possit judex testes interrogare de aliquibus qualitatibus, vel circumstantiis negotii, vel delicti, ut meliùs possit cognoscere veritatem? scilicet in quo loco commissum fuit, & quo tempore, an mane, sero, die, vel nocte? Item, qua veste erat induta pars, contra quam, vel pro qua producitur vel quibus armis, vel cujus ætatis esset delinquens, vel offensam passus; vel de alia simili qualitate personæ? Et breviter dico, quòd si testes sunt fidedigni, & probatæ opi-

nionis, non debent interrogari: aliàs verò, si vacillant, vel sunt leves & ignotæ opinionis, bene possunt interrogari, ut judex in verbis eos capere possit; ut dicitur de Daniele & Susanna, ut habetur Danielis, cap. 13. & facit textus in l. 3. §. 1. vers. Tu magis. ff. de Testib. & in expressò isto fundamento ita tenet Azo, in Summa. Cod. de Testib. 4. column. vers. Sicut enim, Odofred. in leg. Si quando, eod. tit. col. 2. in fin. Cyn. in leg. Testium, penult. & fin. quæst. eod. tit. & ibi communiter alii DD.

12 Advertendum tamen, quòd licèt testes singulares non probent, ut suprà dixi; tamen debet intelligi, quando simul jungi non possint: secus tamen est, quando diversitas, vel singularitas eorum potest simul jungi, & in idem virtualiter & in effectu reduci; ut si tractetur de probanda præscriptione decennii, & duo testes deponant de primo quinquennio, & alii duo de secundo quinquennio; quia ex hac depositione simul juncta resultat plena probatio totius decennii continui; & idem esset in qualibet alia præscriptione; ita tenet & declarat Bald. quem sequitur communis opinio in leg. Testium. Cod. de Testibus, column. 5. num. 12. Item etiam intellige præterquam si ex conjunctione temporis præsumatur unus solus actus numero, tempore, & qualitate; ut si per unum & idem foramen duo vel plures testes successivè vidissent aliquod factum, vel delictum: ita etiam Bald. in dict. leg. Testium. Cod. de Testibus, column. fin. num. 25. Item etiam intellige, quando tractatur de probando delicto simplici & particulari, quod non continet in se differentes actus & species ut homicidium, vel simile delictum: secus tamen est, si agitur de probando aliquo delicto in genere, quod comprehendit sub se differentes species, sive actus particulares, ut hæresis, vel simile delictum; quia tunc, si unus testis deponat de uno actu, vel specie, & alius de alio, plenè probant delictum in genere, quod resultat ex istis actibus differentibus: ita tenet Glossa singularis in jure in leg. Actor. Cod. de Prob. glossa 3. & ad hoc notat & commendat ibi Bald. column. 2. num. 4. Salyc. column. 1. num. 5. & communiter alii DD. Bald. in leg. 1. Cod. Qui num. tutelaram, Jacob. in leg. Testium. Cod. de Testibus in fine, & ibi Salycet, Angel. & communiter alii DD, Angel. in leg. 2. §. Diem. ff. Quemadm. est aper. Joan. de Imol. in leg. Inter pares, ff. de Re judic. col. final. Jacob. in leg. Ariani. Cod. de Hæretic. facit etiam Glossa in leg. Ob carmen. §. final. ff. de Testibus in glossa final. quam ibi reputat mirabilem Bartol. notant & commendant Bald. & alii DD. Item adde, quòd tales testes, ad hoc ut plenè probent delictum, debent esse fidedigni, & omni exceptione majores: textus

est

est in leg. 3. ff. de Testibus: textus in leg. Eos. Cod. eodem titul. textus in cap. 1. eodem tit. text. in cap. 1. de Consang. & affinitat. textus in cap. Forum, vers. final. de Verb. signif. cujus verba sunt: *Vita sit innocens & integer actu, nam si vita bona defuerit, fide carebit: non enim potest iustitia cum scelerato homine habere commercium,* & utrobique communiter DD. & omnes dicuntur fidedigni & omni exceptione majores, qui nulla exceptione legitima repelli possunt, & lege non reperiuntur prohibiti: textus est in lege 1. ff. de Test. ibi: *Et hi quibus non interdicitur testimonium, nec ulla lege à dicendo testimonio excusantur,* textus in leg. *Ex eodem titul.* textus in cap. final. de Præs.

13 Advertendum tamen est pro maxima declaratione materiæ, quòd aliqui testes repelluntur in causis criminalibus: Et primò dico, quòd repellitur mulier; quia propter fragilitatem sexus est timor, quòd ferat varium, mutabile, vel falsum testimonium: textus est capitalis & expressus in cap. Forum, vers. fin. de Verb. signif. textus in cap. Mulierem, caus. 33. quæst. 5. & utrobique Glossæ ordinariæ. Quòd tamen est verum & procedit de jure canonico: Sed dubium necessarium est; an quid erit de jure civili, & regio? Et certe videtur, quòd possit esse testis: ita probat textus in leg. ex eod. ff. de Testibus ubi disponitur, quòd mulier regulariter potest esse testis in omni causa & negotio, præterquam si sit condemnata ex publico delicto: textus in leg. Qui testamento. §. Mulier. ff. de Testament. ubi specialiter prohibetur in testamento: ergo in aliis causis admittitur: & ibi notant & commendant Paul. Angel. Imol. Aretin. & alii DD. & tenet Spec. in tit. de Teste. §. 1. Ver. item quod est mulier, & ibi Joann. Andr. in Addit. Pro concordia tamen dici posset, quòd in causis capitalibus, quibus venit imponenda pœna corporalis, non possit esse testis: in aliis verò sic: argumento textus in dist. leg. Qui testam. §. Mulier. ff. de Testam. & in terminis istam doctrinam & concordiam ponunt ibi Jacob. de Aretin. Angel. & Platea in §. Testes, Instit. de Test. Bonifac. in tract. Malef. in rubr. de furibus & latronib. column. fin. & quæst. Hippolyt. in Cons. 22. column. 1. & hoc videtur confirmare, leg. 8. titul. 8. leg. 2. For. 11. & leg. 96. in 11. Styli, ubi disponitur, quòd mulier non possit esse testis nisi in actibus pertinentibus ad mulieres, vel gestis in locis ubi solent convenire, ut flumine, vel furno. Sed, his non obstantibus, vera & communis resolutio sit: quòd de jure civili indistinctè mulier possit esse testis, tam in civilibus quàm in criminalibus, per prima jura, & fundamenta; & istam dicit communem opinionem Imol. & Aretin. in dist. leg. Qui testamento. §. Mulier. ff. de

Testam. August. de Ariminio in Addit. ad Angel. de Malef. in part. Comparuerunt d. inquisiti, & negaverunt totum. Abbas Panormit. in cap. Quoniam, de Testibus col. 1. num. 2. & istam teneo pro vera, & ab ea non est recedendum in iudicando & consulendo: Pro qua hodie videtur casus in l. 17. tit. 16. part. 3. quæ genericè vult, quòd in omni causa mulier possit esse testis, præterquam in testamento: Quod intellige, quando sit honesta & bonæ famæ; secus aliàs: ita probat text. in l. fin. ff. de Testib. & tenent Aret. & alii DD. in dist. leg. Qui testam. §. Mulier. ff. de Test. & Alexand. in cons. 11. vol. 1. Conclus. & probat prædict. leg. Part.

Secundò repellitur minor viginti annorum: textus est formalis & expressus in leg. in Testimonium. ff. de Testib. cujus verba sunt: *In testimonium, accusator citare non debet eum qui in iudicio publico reus erit, aut qui minor viginti annis erit,* & ibi Glossa ordinaria, Odofred. Baldus, Salycet. Flor. & communiter DD. Extenditur hodie ad minorem vigintiquinque annorum; quia non potest esse testis in criminalibus: ita disponit lex 9. titul. 16. part. 3. benè tamen faceret indicium; non tamen semiplenam probationem, nec adhuc integrum iudicium ut sufficiat ad torturam: ista est Glossa ordinaria, quæ sic debet intelligi in leg. Inuiti, la 2. ff. de Testibus & ibi DD. Glossa in leg. final. Cod. de His quib. ut indig. & ibi etiam DD. tenent etiam & declarant singulariter Bartol. in leg. Maritus. ff. de Quæst. & Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. §. Divus Anton. eodem titul.

14 Tertio repellitur inimicus: textus est in l. 3. ff. de Testib. ibi: *Vel an ei inimicus sit, adversus quem testimonium fert,* & ibi Glossa ordinaria, Odofred. Bald. Salyc. Fulgo. Jacob. de Sanct. Georg. & communiter alii DD. textus in l. 1. §. Præterea. ff. de Quæstion. textus in Auth. de Testib. §. Si verò quis dicat. collat. 7. text. in Authent. Si testis productus. Cod. de Testib. text. in leg. Si quis testibus, eod. tit. facit etiam text. in leg. Tutor. quoque. §. Si tutor. ff. de Susp. tutor. text. in leg. 3. §. final. ff. de Adimen. legat. text. in leg. Licet. ff. de Arbitris, textus in cap. Repellatur, de Accus. text. in cap. Cum P. Manconela, eod. tit. text. in cap. Meminimus, eod. tit. & utrobique communiter DD. Et in tantum hoc est verum; ut procedat & habeat locum etiam in crimine læsæ majestatis, vel quocumque alio gravissimo delicto: quia licet in eo admittantur testes inhabiles & minus idonei; tamen nunquam admittuntur inimici: quia alia inhabilitas non respicit inimicitiam vel odium personæ, contra quam producuntur; sed aliam causam, vel defectum, per quem genericè repelluntur; sed ista inhabilitas respicit particulariter odium, rancorem vel

vel inimicitiam accusati, vel inquisiti, contra quem fertur testimonium, & resultat verisimilis timor falsitatis: ita probant prædicta jura, & in terminis probat textus in cap. *Per tuas de simonia*, ubi habetur, quòd inimicus repellitur in crimine simonia: ergo idem est in aliis criminibus gravibus & atrocibus: & ibi tenent Joan. de Anan. & alii DD. tenet etiam Bartol. in leg. in *Questionib. ff. ad legem Juliam Majest. Roman. in leg. Si verò, §. de Viro, ff. Solut. matrimon. 15. column. 15. fallentia*, Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. §. *Prætereat, ff. de Questionib. Angel. de Perus. in leg. Famosi, ff. ad legem Juliam Majest. & idem disponit lex 13. titul. 16. part. 3.* Quod etiam extende, ut procedat & habeat locum etiam si inimicitia provenierit culpa ejus, contra quem producitur: ita probant prædicta jura, in quantum simpliciter & indistinctè loquuntur; & in expresso (F) probat Glossa singularis & unica in simili casu in leg. *Athletæ, §. Dat remissionem, ff. de Excus. tutor. ubi dicit, quòd inimicitia superveniens excusat à tutela modò proveniat à defuncto, modò ab ipso tutore; & ad hoc notant & commendant ibi Alberic. & alii DD. & reputat singularem & unicam Bald. ibi tenet etiam Abbas in cap. *Debitus de appellat. column. 8. numer. 32.* & ibi Imol. & communiter DD. Anton. in cap. *Veniens*, el 2. de *Sponsal. Jacob. de Sanct. Georg. in leg. 3. ff. de Testibus*, Hippol. de Marsil. in leg. 1. §. *Cum quis, ff. de Quest. penult. column.* Confirmatur ex sententia Bartol. & communi in leg. *Qui bona fide, §. Si quis justa, ff. de Damn. infect.* ubi dicit, quod ille qui timet ab alio offendi, potest petere cautionem *de non offendenda*, etiamsi culpa ejus processit inimicitia.*

Intellige tamen, quòd inimicus repellitur à testimonio, quando inimicitia sunt graves, quia processit inter eos aliqua injuria realis, vel verbalis, vel lissuper causa capitali, vel super causa civili omnium bonorum vel majoris partis; secus vero, si inimicitia sint leves: quod tamen relinquitur arbitrio judicis, cum certa regula in hoc non possit dari: ita etiam probant prædicta jura, & in expresso ita tenet & declarat Bart. in leg. 3. §. *fin. ff. de Testib.* & ibi communiter DD. idem Bartol. in leg. 3. §. *fin. ff. de Adim. legat. Innocent. in cap. Cum oporteat, de accusat. final. column.* & ibi Abb. & communiter DD. Bald. in *Authentic. Si testis productus dicatur, Cod. de Testib. 2. column. num. 4.* & ibi alii DD.

idem Bald. in cap. *Veniens in fin. de jurejur. idem Bald. in leg. penult. §. 1. ff. Solut. matrimon. & ibi alii DD. Jason, in leg. Procurat. Cod. de Procurat. Et adde valdè notabiliter, quòd sufficit quòd subsit causa inimicitia, ex qua verisimiliter possit resultare inimicitia licet testis offensus dicat & asserat non esse inimicum: ita tenet Innocent. in cap. 1. cum 1. & adde re judicata, in fin. & ibi DD. Bartol. in leg. 1. in fin. ff. de *His quib. ut indig. Abbas in cap. Repellantur, de accusat. final. column.* & ibi Felin. column. 2. ultim. notab. ubi reputat singulare Roman. in l. 1. §. *Si quis in villa, ff. ad Syllan. column. 1. Salycet. in leg. 3. ff. de Testib. column. 1. in medio.* Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. §. *Præterea, ff. de Question. column. 2. num. 3.* ubi reputat quotidianum in practica Alexand. consil. 99. column. 1.*

Limita tamen & intellige prædicta, nisi inter eos erat jam facta reconciliatio & amicitia, quia tunc cessat ratio & causa contraria, argumento textus in leg. 3. §. *final. cum leg. seq. ff. de Adim. legat.* & ibi Bart. & communiter DD. textus in leg. *In ipsius, Cod. Famil. ercisc.* & ibi Bald. & alii DD. Quæ quidem reconciliatio probatur nedum per amicitiam expressè contractam; verùm etiam tacitè, ut si tanquam amici ante depositionem conversabantur; argumento textus juncta Gloss. & communi opinione in §. *fin. Instit. de injur.* Et confirmatur, quia cum amicitia, vel inimicitia dependeat ex affectione, vel renore animi, non potest probari nisi per conjecturas; & in expresso ita tenet & declarat Guilielm. in leg. in *Ipsius, Cod. Famil. ercisc.* & ibi Bald. & communiter DD. idem Bald. in *Authentic. Si testis productus dicatur, Cod. de Testib. column. 2. num. 4.* & ibi alii DD. Salyc. in leg. 3. ff. de *Testib. column. 1. num. 2.* Quod subintellige; nisi talis reconciliatio sit de recenti: quia tunc repellitur tanquam inimicus: textus est singularis in jure in cap. *Accusatores*, el 1. 3. *question. 5.* & ibi notant & commendant communiter DD. & per illum textum ita tenet Intoc. in cap. *Cum oporteat, de accusat. 1. column. fin.* Hippol. de Marsil. in leg. 1. §. *Præterea, ff. de Quest. column. 2. num. 4.*

Item etiam limita & intellige prædicta, nisi inimicitia sit procurata: quia si pars contra quam producitur, nulla causa vel rixa præcedente fecit ei aliquam injuriam, ea occasione & malitia, ut non producat in testem; talis inimicitia procurata

(F) Hoc idem latè affirmat Didac. à Covarrub. in tract. de *Spons. 2. part. cap. 2. §. 5. num. 7.* Et memineris quis censeatur inimicus judicis arbitrio definiri ac prorsus liberari, ut verè Tom. III.

judicat Joan. Andr. in cap. *Cum oporteat, de accusat. & receptum asserit Hippolyt. in leg. 1. §. Præterea, num. 53. de Question.*

rata non debet sibi prodesse, & talis offensus benè poterit admitti in testem contra offensorem; ita Bartol. text. ibi in leg. 1. §. *Cum quis*, ff. de Quæst. & ibi alii DD. Bald. in leg. *Sed & si quis*, §. *Illud*, ff. *Si quis caution.* idem Bald. in leg. 2. §. *Sed si agant*, ff. de Judic. Bartol. in leg. 2. Cod. de Testib. 2. lect. column. 1. in fin. Bald. in Authent. *Si testes productus dicatur*, Cod. eod. tit. penult. column. num. 5. & ibi Paul. de Castr. fin. column. & quæst. Jacob. de S. Georg. in leg. 3. ff. de Testib. penult. column. num. 18.

Item etiam limita & intellige, præterquam si testis pariter sit inimicus utriusque partis; quia tunc benè admittitur; ita solus Hippol. in dict. leg. 1. §. *Cum quis*, ff. de Quæst. column. final. & quæst. ubi benè fundat; pro qua sententia & conclusione facit text. in leg. *Extraneo*, §. de Quæstio. ff. de quæstio, ubi habetur, quòd servus communis potest torqueri pro uno domino contra alium: Item facit doctrina Bartol. & communis, quam ibi ponit, dicens, quòd conjuncta persona potest esse testis pro conjuncta, quando lis vertitur inter pariter conjunctos; idem etiam tenet Bartol. in leg. *Non solum*, §. 1. ff. de Ritu nupt. ubi habetur, quòd causa affectionis fraudem suspicionis amovet: idem Bartol. in leg. *Parentes*, Cod. de Testibus, final. column. & quæst. 16. & ibi alii DD. idem Bartol. in leg. *Qui testamento*, §. *Quæcumque*, ff. de Testament. final. column. num. 8. Spec. in tit. de teste, §. *Opponitur*, versic. *Sed quid si testis*, 3. column. numer. 10. & idem disponit lex 9. tit. 8. lib. 2. For. II.

Item adde, quòd descendentes inimici præsumuntur etiam inimici; ita probat text. in leg. *Athletæ*, §. *Dat remissionem*, ff. de Excusationibus tutor. & ibi notant Bald. & communiter alii Doctores & similiter collaterales usque ad quartum gradum reputantur inimici, argumento textus in leg. *lex Corn.* vers. 1. ff. de Injuriis, text. in leg. 1. Cod. *Si quacumque præditus potestate*, per quæ jura ita tenet Bald. in dict. §. *Dat remissionem*, idem Bald. in cap. 1. §. *Si vassallus*, el 1. *Si de feud. fuer. contr. inter domin. & agnat. vassal.* Hippol. de Marsil. in leg. 1. §. *Præterea*, ff. de Quæst. column. final. num. 103.

15 Quartò repelluntur ascendentes & descendentes accusatoris in infinitum, & consanguinei ejus collaterales usque ad quartum gradum, propter affectionem quam ad causam præsumuntur habere: textus est in leg. *Testis idoneus*, ff. de Testib. text. in leg. *Parentes*, Cod. eod. tit. & ibi Glossa ordinaria: idem disponit, leg. 9. tit. 8. lib. 2. For. II.

Quintò repellitur famulus, vel domesticus ipsius producentis: text. est in leg. *Idonei*, ff. de Testib. & ibi Glossa ordinaria: text. in leg. pen.

eodem tit. text. in leg. 2. Cod. eodem tit. Quòd tamen limita & intellige, quando actualiter erat in familia tempore depositionis: secus verò si jam exiit de domo, & familia sua; quia tunc benè potest ferre testimonium, etiam si de proximo sit exemptus, dum tamen non probeatur fraus; ita probat textus in leg. 1. §. *Item nemo*, ff. de Quæst. & ibi tenent Bartol. & ibi Hippolyt. de Marsil. & alii DD. tenent etiam Petr. Cyn. Jacob. Alber. Angel. Salycet. Paul. & communiter DD. in leg. 2. Cod. de Testib. Angel. Salyc. & alii DD. in leg. *Servos*, la 2. Cod. de Quæst. Abbas in cap. in Litteris, de testib. column. 3. num. 9. & ibi alii Canonist. Spec. in tit. de Testam. §. 1. vers. *Quid si olim*: Et talis dolus vel fraus præsumitur, si statim post depositionem reversus est ad domum producentis; argumento textus in leg. *Si ventri*, §. final. ff. de Privil. cred. & in expressò ita tenet Bart. in leg. fin. ff. de Donat. inter vir. & uxor. & DD. ubi suprà.

Sextò repellitur infamis, & sic condemnatus de aliquo delicto famoso: textus in leg. 3. §. *lex Julia*, ff. de Testib. & ibi Glos. ordinaria, Bart. & communiter DD. text. in cap. *Præterea de test. cogendis*, & ibi DD. facit text. cum materia in leg. *Infamem*. ff. de Public. judic.

Septimò repellitur perjurus, qui semel falsum deposuit cum juramento in aliqua causa: text. est in cap. *Parvuli*, caus. 22. quæst. 5. text. in cap. *Quicumque*, caus. 6. quæst. 1. text. in cap. *Testimonium*, de testib. text. in cap. *Licet*, el 1. de Probat. text. in cap. 1. de Crimine falsi, & idem disponit, l. 8. tit. 16. part. 3.

16 Octavò repellitur socius criminis: text. est capitalis & expressus in leg. fin. Cod. de Accusat. text. in leg. *Quoniam liber*. Cod. de Testib. text. in cap. *Veniens*, el 1. de Testib. text. in cap. 1. de Confessis, textus in cap. *Nemini*, casu 15. quæst. 3. & utrobique communiter DD. & idem disponit, lib. 21. tit. 16. part. 3. cujus ratio est: Quia fortè veniam sperans favore, vel privilegio alterius, illum false nominaret; vel forte odio & inimicitia, ut eodem perezat supplicio; ita probat text. in dict. leg. fin. Cod. de Accusat. Sed advertendum, quòd contra hoc se offert talis difficultas: nam si pars contra quam producitur, opponit, quòd ille testis est socius criminis; eo ipso videtur confiteri delictum; ergo ex propria confessione potest condemnari, alio non probato. Sed huic difficultati respondeo sequentibus modis: Primò, quòd ille, qui proponit exceptionem, non videtur confiteri intentionem adversarii: text. notabilis & expressus in l. *Non utique*, ff. de Exception. cujus verba sunt: *Non utique existimatur confiteri de intentione adversarii, cum quo agitur*, & ibi notant Bartol. & communiter DD. &

& per illum textum tenet etiam Bartol. in leg. Si quidem. Cod. de Except. & ibi communiter DD. Bald. in leg. Exceptionem. Cod. de Probat. idem Bald. in leg. alia. Cod. de His quibus ut indign. idem Bald. in leg. Age cum Geminiano. Cod. de Transact. Angel. Imol. Alexand. & communiter Moderni in leg. Decem. ff. de Verb. obligation. Innoc. Abb. & Canonistæ in c. Cum venerabilis, de Except. Jas. ubi dicit hanc esse communem opinionem, in leg. Julianus verum debitorem. ff. de Cond. indeb. 5. & 6. column. & probat etiam textus in cap. Exceptionem, de Re judic. lib. 6. & ibi tenent Glossa ordinaria & communiter DD. Glossa etiam ordinaria & communiter DD. in capit. de Testibus lib. 6. ergo in nostro casu, sine difficultate poterit excipere, & non videbitur crimen confiteri. Vel aliter & secundò respondeo, quòd pars accusata neget delictum commisisse, & dicat, quòd in casu quo fecisset, ille testis contra eum productus fuit ejus socius, & particeps criminis: ita probat textus in leg. Si quidem. Cod. de Except. & ibi tenent Glossa ordinaria, & communiter DD. & in terminis in nostro casu & articulo ita tenet & respondet Glos. ordinaria in l. Si filius Cod. de Lib. caus. & ibi Bald. Salyc. & communiter DD. Bartol. Bald. & communiter alii DD. in l. Quoniam liberi. Cod. de Testibus, Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. Div. Anton. ff. de Quæst. col. 3. num. 8. Vel aliter, & tertio respondeo, quòd pars, contra quam producitur talis testis, poterit simpliciter & genericè dicere, quòd ille testis commisit illud crimen, & idèò non potest esse testis contra alium in eodem crimine; ita tenet & respondet Glossa ordinaria in cap. 1. de Testib. lib. 6. in glos. & ibi communiter DD.

Adde tamen, quòd in aliquibus casibus socius criminis potest esse testis, scilicet in crimine hæresis: text. in cap. In fidei favorem de Hæretic. lib. 6. item in crimine læsæ majestatis: textus in cap. 1. de Confessis, item in crimine falsæ monetæ, textus est in leg. 1. vers. 1. Cod. de Falsa moneta, item in maleficio, & mathematico: textus est in leg. 1. Cod. de Malefic. & Mathematic. item eadem ratione idem dicerem in crimine nefando contra naturam, argumento prædictorum jurium, & Pragmat. 85. lib. Pragmat. ubi habetur, & disponitur, quòd istud crimen probatur eodem modo, quo crimen hæresis, vel læsæ majestatis, item in furto famoso: text. est in leg. Provinciarum. Cod. de Feniis item in aliis casibus positus & collectis per Glos. & DD. in leg. fin. Cod. de Accusat. Et regulariter dico & teneo, quòd in delictis, quæ non possunt verisimiliter committi sine sociis socius; & particeps criminis potest esse testis; ita probat textus in dict. l. Provinciarum. Cod. de Feniis, & ibi Glossa ordinaria.

Tom. III.

ria, & communiter DD. & tenet Glossa ordinaria & communis opinio in dict. leg. final. Cod. de Accusat.

17 Dubium tamen est, an in istis criminibus, vel aliis, reus accusatus vel inquisitus possit interrogari de sociis? Et resolutivè dico, quòd si est servus indistinctè potest interrogari de sociis, tam in istis criminibus, quàm in aliis; quia verisimiliter non est præsumendum, quòd audeat illud dictum committere sine mandato, vel juvamine alterius: argumento text. in l. Quicumque, vers. Sanè. Cod. de Serv. fugit. Si verò accusatus vel inquisitus sit homo liber; tunc in delictis specialibus suprà positis & declaratis bene potest interrogari, argumento text. in dict. leg. Provinciarum. Cod. de Feniis, non verò in aliis; cum ejus testimonium non valeat, argumento text. in leg. fin. Cod. de Accusation. Et in effectu istam doctrinam & resolutionem tenent ibi Salyc. & communiter DD. Ego tamen credo ultrà DD. quòd indistinctè in quolibet delicto, modò reus sit interrogatus modò non, si confiteatur de aliquo socio, illa confessio proderit saltem ad simplicem judicis informationem & inquisitionem formandam, & similiter ad capturam personæ; argumento eorum quæ dixi suprà in articulo Capturæ, & argumento Glossa ordinaria, & communis opinionis in leg. 3. Cod. de Calumn. & in terminis ita tenet Salyc. in l. Ea quidem, Cod. de Accusat. col. 8. tenent etiam Host. Joan. Andr. & communiter DD. Canon. in cap. 1. de Confessis. Unum tamen est: quòd talis reus accusatus vel inquisitus non debet interrogari de sociis particulariter & in specie, sed generaliter: Qui fuerunt ejus socii in delicto? quia aliàs non esset quærere, sed incitare, vel suggere, argumento text. in l. 1. §. Qui quæstionem. ff. de Quæstion. & ibi communiter DD. Et si talis reus accusatus nolit declarare, in casibus, in quibus potest interrogari, compellitur per torturam; dum tamen procedat contra eum præsumptio, vel indicium, quòd intervenerunt cum eo socii, quos bene cognovit; ita singulariter solus Salycet. in dict. leg. final. column. num. 9. & 10. Quod est bene notandum.

18 Juxta quod tamen necessariò & utiliter quæro: Si talis reus accusatus, vel inquisitus confitetur de sociis sponte, vel interrogatus, in casibus in quibus potuit interrogari de sociis, an ejus dictum & testimonium probet tanquam si esset legitimus testis, & per consequens sit legitimum indicium ad torturam? Et breviter & resolutivè videtur quod non; quia unus testis de visu, & de actu propinquo, & sensu corporeo, ad hoc ut faciat indicium ad torturam, debet esse fidedignus, & omni exceptione major ut plenè & magistraliter dico in materia torturæ:

Sed talis reus accusatus vel inquisitus non videtur testis idoneus & fidedignus in causa alterius socii: ergo, &c. Et in expressò ita tenet Glossa singularis & ordinaria in *dict. leg. final. Cod. de Accusat. in glossa final.* & ibi Pet. Jacob. Batr. Faber. Alber. Salycet. & communiter alii DD. Oldr. Angel. Roman. & alii etiam DD. in *leg. Et si certus. ff. ad Syllan. Angel. de Malefic. in part. fama publica præcedente. 9. column. versic. Quæro an particeps*, & ibi ejus additionat. Hippolyt. de Marsil. in *leg. 1. §. Div. Antonius. ff. de Quæst. column. 2. num. 5. idem Hippolyt. in concl. 74. column. 2. num. 8. column. 4. num. 14.* Ex quo inferitur, quòd si duo, vel plures deponant de aliquo socio, non erit plena probatio secundùm prædictos DD.

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam: imò, quòd talis socius criminis in casibus, in quibus potest deponere de sociis, sufficienter probet, tanquam legitimus testis, & per consequens solus faciat indicium ad torturam; & similiter duo vel plures plene probent: quia jura prædicta regulariter repellunt socium criminis à testificando contra socios; tamen excipiunt aliquos casus particulares & speciales suprâ positos, quibus liberè admittuntur: ergo bene sequitur, quòd in eis est legitimus testis, & ei debet dari plena fides; & in expressò, licèt sic non declaret, tenet Cyn. in *dicta leg. final. Cod. de Accusat. fin. quæst. Abbas Panormit. in cap. 1. de Confessis, penultim. column. vers. 2. Secunda membro*, & ibi Joann. de Imol. *column. 2. num. 2. Gand. in tractat. Malefic. in rubric. de Multis quæstion. circa hunc tractat. column. 2. versic. Sed quæro.* Advertendum tamen est unum, in quo posset judex errare, scilicet, quòd ad hoc ut talis confessio socii probet contra socium, vel facit indicium, oportet quòd sit facta cum juramento: alias verò, si simpliciter emanavit sine juramento in tortura, vel sine tortura, non probat, nec facit indicium; quia non deponit tanquam testis cum forma & solemnitate requisita. Nec obstat, quòd fortè juravit super facto suo proprio: Quia tunc deposuit ut pars de facto proprio; non tamen ut testis, parte citata, & juramento tanquam à teste præstito: unde ejus depositio non valet, nec probat. Et secundum hoc judex debet esse cautus, ut reum vel inquisitum deponentem de sociis adhibeat in testem parte citata, & præstito juramento; & postea faciat dare copiam depositionis, ut possit se defendere, sicut in aliis testibus: & in terminis ita tenet & declarat solus Hippolyt. in *sua Practica. §. Diligenter. 9. column. versic. Aliud etiam venit singulariter notandum* ubi dicit, quòd in hoc graviter errant judices, & quòd ita contigit de facto in civitate Bononiæ, & per

hoc liberavit quendam à pœna mortis, & acquisivit maximum commodum & honorem. Confirmatur etiam ex sententia & doctrina Bartol. & communis per text. in *leg. Maritus. ff. de Quæstion.* ubi tenet, quòd si testis examinatur parte non citata, non probat, nec facit aliquod indicium ad torturam: argumento textus in *lege Si quando. Cod. de Testibus* & ibi communis opinio.

Nonò repellitur ebrius, quia reputatur vilis, infamis, & alienus à mente sua: ita probat textus in *leg. 3. §. Julianus. ff. de Testib.* text. in *cap. 1. de Testib.* & ibi DD. Et adde, quòd etsi tempore depositionis non sit actualiter ebrius, sufficit quòd solitus sit inebriari: & ita probant prædicta jura, & intentio DD. probat etiam textus in *§. final. Instit. de Succes. sublat.* & ita disponit *lex 8. tit. 16. part. 3.*

Decimò repellitur incarceratus & detentus in vinculis tempore quo deponit; quia fortè spe aliqua exceptionis à carcere favore producentis dicit falsum testimonium: textus est notabilis in *dict. leg. 3. §. leg. Julian. ff. de Testib.* & ibi notant & commendant Glos. ordinaria & communiter DD. idem disponit, *l. 10. tit. 16. part. 3.*

19 Undecimò repellitur pauper, & vilis persona: quia faciliter posset corrumpi pretio: ita probat textus in *l. 3. ff. de Testib.* ibi: *vel egens sit, ut lucri causa quid facile admittat*, & ibi notant & commendant Odofr. & communiter alii DD. Quod intellige, quando est pauper, & vilis persona, vel sumus in dubio: secus autem, quando est honesta persona, & digna; quia tunc benè potest esse testis; ita probat text. in *l. Humilem. Cod. de Incestis nuptiis*, textus in *cap. Si qui testium, de Testib.* & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD. & idem disponit *lex. 8. tit. 16. part. 3. & lex 9. tit. 8. For. II. 12.*

Denique repellitur Clericus, Religiosus, vel Monachus, propter periculum irregularitatis, quod posset incurrere; argumento textus in *cap. Sententiam sanguinis, ne Clerici vel Monachi cum similibus*, & ibi DD. tenent etiam DD. in *cap. Cùm nuntius de Testib.* præcipuè additionator Abbatis ibi. *2. column.* In civili verò causa benè potest esse testis cum licentia sui Abbatis, vel superioris; aliter verò non: argumento text. in *cap. Monachi. 6. quæst. 1. cum similib.* & in expressò tenet Spec. in *tit. de Teste. §. Opponitur*, versic. *Item excipitur*, Bald. in *leg. Quoniam liberi. Cod. de Testib.* Alias personas quæ non possunt esse testes, vide per Spec. in *titul. de Teste. §. Opponitur, per totum.* Bartol. in *tractatu ad Reprobationem testium*, & per textum cum Glossa in *lex 9. titul. 8. lib. 2. For. II. & per lex 8. titul. 16. part. 3.*

20 Quæro tamen pro declaratione prædictorum:

rum : Si tales testes inhabiles, de quibus supra, de facto deponant, an saltem faciant aliquod iudicium? Et breviter & resolutivè dico, quòd si testis repellitur propter subjectionem & reverentiam, quam debet patri, ut servus, vel liber-tus, non facit indicium: textus est *in leg. 1. §. Div. Anton. ff. de Quæst.* textus *in leg. Maritus, eodem tit.* Si verò testis repellitur propter ætatem, non facit plenum indicium, sed qualequale, ut junctim cum aliis operetur torturam; argu-mento textus *in leg. 1. §. Impubes. ff. ad Syllan.* Si verò repellitur propter sexum, quia est mul-lier, in casibus, in quibus non potest esse testis, similiter non facit plenum indicium, sed quale-qualè; quia eadem est ratio. Si verò repellitur propter infamiam, ut quia perjurus, condemna-tus ex delicto famoso, socius criminis, ebrius, pauper vel similis; tunc similiter non facit ple-num indicium, sed qualequale; argumento text. *in leg. Qui ultimò. ff. de Pænis* Si verò repellitur propter inimicitiam; tunc inspicienda est quali-tas inimicitix, an sit magna, vel levis? & se-cundùm eam faciet indicium, vel non; argumen-to text. *in leg. 1. §. Præterea. ff. de Quæst.* Si verò repellitur, quia est receptus vel examina-tus ordine juris non servato; puta, ante litem contestatam, vel parte non citata, tunc nullum facit indicium; argumento textus *in leg. Si quis adulterium. ff. de Adult. text. in leg. Si quando. Cod. de Testib.* Et in effectu istam doctrinam & resolutionem ponit Bartol. *in dict. leg. Maritus. ff. de Quæst. column. 2. num. 3.* & ibi DD. præ-cipue Hippolyt. de Marsil. idem Hippolyt. *in le-g. 1. §. Div. Anton. column. 3. eod. tit.* Abbas & Canonistæ *in cap. 1. de Confessis*, Franc. Brun. *in tract. de Indiciis, & tortura, column. 4. vers. Ulterius generaliter quæro.*

Quod tamen limita & intellige, nisi pars, contra quam deducitur, tempore depositionis, protestavit quòd non reciperetur, & opposuit ex-ceptionem *inhabilitatis*: quia tunc indistinctè nul-lum facit indicium: ita sing. tenet solus Aretin. *in cap. Ex part. de Test. column. 5. num. 21.* & illud dictum reputat unicum & singularem Felin. *in cap. Cum dilecti, de Accusat. penult. column. num. 13.* tenet etiam & commendat Hippolyt. de Marsil. *in leg. 1. §. Div. Anton. ff. de Quæstio-nib. column. 2. num. 3.*

21 Item adde, quòd si unus testis est inha-bilis & minus idoneus, alter verò est fidedignus & valde approbatus; isti duo semel juncti & contestes faciunt plenam & integram fidem & probationem, quia magna fides unius supplet defectum alterius: ita tenet Bald. per textus ibi *in leg. Si quis ex argentariis, §. 1. ff. de Edendo*, & ibi alii DD. Hippolyt. ubi plenè loquitur *in leg. de Minore. §. Tormenta. ff. de Question.*

column. 3. numer. 8.

Quæro tamen, an prædicti testes inhabiles admittantur in casibus & delictis, in quibus ve-ritas per alios sciri non potest? Et magistraliter & resolutivè dico, quòd si factum vel delictum est commissum tali loco, vel tempore, quo ve-risimiliter non potuit haberi copia testium: ut quia commissum est in eremo, monte, de nocte, vel loco secreto; bene admittuntur testes minus idonei, & inhabiles: textus est formalis & ex-pressus *in cap. fin. de Testibus cogend.* & ad hoc notant & commendant ibi Glos. ordinaria, Host. Joan. Ant. Abb. & communiter DD. textus *in cap. Veniens, el 2. vers. fin. de Testib.* textus *in cap. Cum dilectus, vers. Et si tres, de Elest.* text. *in leg. Non omnes. §. à Barbaris. ff. de Re mili-t.* text. *in leg. Consensu. §. Super plagiis. Cod. de Repud.* ubi testes domestici familiares admit-tuntur super facto vel delicto domi commissio, quia verisimiliter per alios veritas haberi non po-est: & ad hoc notant & commendant ibi Alber. Bald. Salycet. & communiter DD. Secus tamen est, quando verisimiliter potuit haberi copia tes-tium; quia factum vel delictum commissum fuit de die in civitate, villa, vel loco publico; quia tunc non admittuntur: ita singulariter tenet & declarat Ant. de Butrig. post Glos. ibi *in cap. 3. loco de Probat. col. 2. n. 4.* & ibi alii DD. Abb. Panorm. *in cap. fin. de Test. cogendi, col. 2. n. 2.* Alb. *in leg. 2. Cod. de Test. col. 2. in fin.* Jas. ubi Bald. commendat *in leg. Cunctos populos. Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. lect. 1. col. fin.* Idem Jas. *in eadem, lib. 2. Lect. col. 111. n. 50.* Joan. Igneus *in leg. 1. §. Servi appellatione. ff. ad Syllan. num. 110.* Hippol. de Marsil. *in sua Practic. 1. §. Diligenter, num. 84.* idem Hippol. *in leg. Infans. ff. ad leg. Corn. de Siccar. fin. col. idem Hippol. in l. fin. Cod. eod. tit. idem Hippol. in consil. 22. Pro qua sentent. & resolut. facit in leg. 96. in ll. Stili.* Ex quibus inferitur, & con-firmatur illa decisio text. *in leg. 2. Cod. de Nau-fragiis, lib. 10.* ubi disponitur, quòd naviculari-rius pro defensione sua potest probare naufragi-um, vel illatum ab hostibus damnum, vel alium casum fortuitum per testes navicularios coram proximiori iudice illius loci; ubi casus occurrit, etiam parte adversa non citata, cui negotium tan-git; & talis probatio facit postea plenam fidem coram iudice competente contra omnes personas, quarum res fuerunt deperditæ, & quibus nego-tium tangit, dum tamen talis probatio exhibeatur infra annum coram iudice competente: Quòd est valde notabile pro mercatoribus & navigantibus: & jam habui de facto, & sic consului: Et ad hoc illum textum summè notant & commendant ibi Bart. Platea, & communiter DD. Paul. de Cast. *in leg. Si creditor. ff. de Pign. act. Aret. in cap. 2.*

de

de Test. & ibi Phil. Dec. qui benè loquitur, *column. 6. num. 26.* Fel. ubi reputat singulare, in *capit. Quoniam frequenter, ut lite non contestat, 5. column. in med.* Advertendum tamen, quòd prædicta sententia & conclusio, quæ habet, quòd testes inhabiles admittuntur quando verisimiliter per alios veritas sciri non potest; debet intelligi, quando testes sunt inhabiles ex defectu, quo non resultat odium contra personam, contra quam producuntur: secus verò aliàs, si contra eam resultat odium, vel inimicitia: quia tunc non possunt esse testes, propter præsumptionem falsitatis, quæ faciliùs hoc casu committeretur quàm in aliis; argumento textus in *leg. 3. ff. de Testib. & eorum quæ suprà dixi in artic. de Test. inimic. & eorum etiam quæ tradit Bart. in leg. in Quæst. ff. ad leg. Jul. Majest.*

22 Item quæro: Si de facto testes inhabiles producantur, vel producti admissi fuerunt, & testimonium tulerunt, an possint per judicem ex officio repelli parte non opponente? Et breviter & resolutivè dico, quòd sic: ita probat text. notabilis in *leg. Quos prohibet. ff. de Postulando*, cujus verba sunt: *Quos prohibet prætor apud se postulare omnimodo prohibet, etiamsi adversarius eos patitur postulare*, & ad hoc notant & commendant ibi Bald. Ang. Paul. de Castr. & communiter DD. Innoc. in *cap. Intimavit, de Testib.* & alii DD. præcipuè Felin. *pen. col. num. 9.* Anch. in *cap. Super eo*, el 1. *eod. tit.* Felin. in *c. Nulli, de accus.* Salyc. in *leg. Si magnum. Cod. Qui accus. non poss. final. col. & q.* Jacob. de S. Georg. in *leg. 3. ff. de Testib. col. 3. num. 2.* Angel. de Perus. in *Auth. de Testib. §. Sancimus, column. 2. collation. 7.* Quod tamen singulariter intellige, quando testes sunt inhabiles culpa, vel delicto ipsorum testium, vel incapacitate eorum; ut infamis, condemnatus, minor ætate, foemina, vilis persona, vel similis; quia tunc consensu tacito vel expressò ipsius partis contra quam producit, non potest habilitari; quia favore publico prohibetur. Secus tamen est quando testes sunt inhabiles principaliter favore partis; ut domesticus, consanguineus, inimicus, vel similis: quia tunc iudex non potest eos repellere, licèt in processu constet de eorum inhabilitate; quia pars videtur tacitè eosmittere, & habilitare: & in expressò ita tenet & declarat Anton. de Butr. in *cap. Cum dilectus*, el 2. *de Consuetudin. col. 3. num. 33.* & ibi Imola 9. *col. n. 34.* Alex. ubi hoc reputat singulare, & valdè urili practica in *l. 4. §. Hoc autem iudicium. ff. de Damno infecti. 4. col. num. 29.* Felin. in *cap. Intimavit, de Testib. penult. column. num. 10.*

23 Item quæro, an testes inhabiles, & minus idonei possint admitti ad probandam innocentiam delinquentis? Et videtur quòd sic, argu-

mento text. in *cap. Litteras, de Præsumption.* & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Speculat. in *tit. de Inquisition. §. 1. vers. Sed nunquid eas, num. 22.* Hostiens. in *Summa, de Accus. in rubr. de Inquisitionib. col. 3. vers. Sed nunquid infamatus*, Alber. in *leg. 2. Cod. de Testibus in leg. Parentes, eodem tit.* & ibi Salyc. & alii DD. idem Salyc. in *leg. Testis idoneus. ff. de Testib.* & ibi Flor. ubi reputat singulare, & Jacob. de S. Georg. Jas. in *leg. Sed & si quis. ff. Si quis cautio. 2. col.* ubi etiam reputat singulare, Hippolyt. in *leg. 1. §. ad Quæstion. ff. de Quæst. 4. col. num. 12.* Paul. de Grillant. in *tract. de Relaxatione carcerator. in rubr. de Absolutione innocent.* Sed advertendum, quòd ista sententia & conclusio, licèt æqua & communis, videtur valdè dubia, quia omnes rationes, per quas testes inhabiles repelluntur, militant etiam in isto casu: Unde cogitavi, quòd posset dici & teneri, quòd isti testes inhabiles plenè non probent, etiam pro defensione rei, sed faciant indicium, secundùm qualitatem inhabilitatis, & negotii; argumento textus, junctà doctrina Bartol. & communiter DD. in *leg. Maritus. ff. de Quæst.* ut ex hoc invalidetur & diminuatur fides probationis contrariæ, ut non imponatur poena ordinaria, sed levior iudicis arbitrio; argumento textus in *leg. Absentem. ff. de Pœnis*, & in *leg. Interpretatione, eodem titul.* & ex nova opinione & declaratione.

24 Item quæro, an testes qui sunt habiles & idonei, compellantur inviti dicere testimonium? Et dicendum est quòd sic; quia dicere testimonium est officium publicum, quod invitatus tenetur quis subire: textus est in *leg. 1. de Testibus, text. in leg. Inviti*, la 2. *eod. tit. text. in leg. Si quando. Cod. de Testib. text. in leg. 3. §. Hoc interd. ff. de Tab. exhib. text. in cap. 1. & per tot. de Testib. cog.* & per ista jura ita tenet Azo. in *Summa, Cod. de Testib.* Odofr. & communiter DD. in *dist. leg. 1. ff. de Testib.* Ex quo infero, quòd si pars offensa secretè & occultè fortè recipit injuriam & offensam; & timore, vel causa honoris sui nolit dicere nec deponere coram iudice quis eam offenderit; possit iudex eum compellere declarare, ut ex sua depositione oriatur informatio & inquisitio iudicis, ad procedendum contra delinquentem; argumento textus in *leg. Congruit. ff. de Offic. præ.* & argumento Glossa singularis in iure, & communis opinionis in *capit. 1. §. Si duo, de Pace tenenda & ejus violat.* & Glos. etiam eorum quæ ibi notantur in *leg. Mater. Cod. de Calumn.* Et jam istum casum vidi de facto, & sic practicavi.

Quod est verum, præterquam si talis testis sit de ascendentibus, descendantibus, vel collateralibus usque ad quartum gradum, vel si mari-

ritus, uxor, socer, nurus: quia non possunt cogi nec compelli dicere testimonium contra accusatum vel inquisitum in causa criminali, nec civili ardua: textus est in *leg. 4. ff. de Testibus*, text. in *leg. Parentes, Cod. eod. tit.* & ibi communiter DD. & idem disponit *lex 11. tit. 16. part. 3.* & si de facto per iudicem compellantur, eorum depositio est nulla, secundum DD. Sed pulchrum dubium est: si tales isti sponte deponant, an eorum testimonium valeat & probeat? & breviter, & resolutivè dico, quòd si testes non coguntur dicere testimonium, propter reverentiam ejus contra quem producuntur, ut filius vel descendens, vel libertus; tunc, etiam volentes non admittuntur: si verò non coguntur propter solum favorem testium, ne deponant contra conjunctum infra quartum gradum; tunc volentes admittuntur, & eorum depositio valet, & probat: ita tenet & declarat Bartol. in *leg. in Legib. ff. de Testib.* Bald. in *leg. 4. eod. tit.* & ibi Bart. Bald. & communiter DD. in *Authent. Presbyteros, Cod. de Episcop. & Cleric.* & idem disponit *l. 11. tit. 16. part. 3.* Advertendum tamen, quòd prædicta debent intelligi, quando veritas per alios sciri potest: secùs verò si ex qualitate negotii veritas per alios sciri non possit, quia tunc prædictæ personæ privilegiatæ possunt compelli dicere testimonium, ne pereat probatio, & veritas occultetur; ita tenet Host. in *cap. 1. de Testib. cog.* & ibi Joan. Andr. Abb. & communiter DD. Jacob. de S. Georg. in *dist. leg. 4. ff. de Testib.* Hippol. de Marsil. ubi reputat singulare in *leg. Divus pius. ff. de Quest. pen. column. num. 12.* Franc. Brun. in *tract. de Indiciis & tortura, 5. column. vers. Ulterius generaliter quæro, num. 14.*

25 Item principaliter (G) quæro in materia, an ex præsumptionibus & indiciis possit reus accusatus vel inquisitus condemnari? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd non: text. est capitalis & expressus cum ratione in *leg. Absentem, vers. 1. ff. de Pœnis*, cujus verba sunt: (*Sed nec ex suspicionibus debere aliquem damnari Divus Adrianus Anfidio Severo rescripsit: sanctius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare,*) & ad hoc notant & commendant ibi Glos. ordinaria, Bart. Alber. & communiter DD. & idem disponit *lex 7. tit. 31. part. 7.* Confirmatur, quia in causa criminalibus

requiruntur probationes luce clariores, cum tractetur de vita & fama hominis: textus est in *leg. Singuli, Cod. de Accusat.* text. in *leg. Quæ sententiam, Cod. de Pœnis*, text. in *leg. fin. Cod. de Prob.* text. in *leg. Qui sententiam, Cod. de Pœnis*, text. in *leg. final. Cod. de Probat.* textus in *leg. Aditos, Cod. de Appellat.* & utrobique communiter DD. & idem disponit *lex 2. tit. 1. part. 7.* Ex quibus infero, quòd licet præsumptiones sint violentissimæ, & tales quæ negari non possint, non probant: Unde, si quis visus est effugere à domo vel loco cum ense vel gladio evaginato, & ibi reperitur aliquis homo occisus, per hoc non poterit condemnari ad mortem; quia forte alius fecit, vel fecit ad defensionem suam, vel alio modo & casu inculpabili; ita singulariter Angel. de Per. in *leg. 2. ff. de Furtis*, contra Bartol. *ibi*, qui tenebat contrarium: & ante Ang. tenet Jac. Butr. in *leg. fin. Codic. de Probat.* ubi resolutivè dicit, quòd ubicumque esset possibile rem aliter se habere, non statur indiciis, nec præsumptionibus: & sequitur, ibique notant Paul. de Castr. Joan. de Imol. qui loquitur in *fin. ff. de Hered. instit. col. fin.* Angel. de Malef. in part. *Fama publica præcedente, vers. Quæro an unum indicium*, & ibi ejus additionat. Gandin. in *tract. de Malef. in rubr. de præsumpt. & indiciis, quibus condemnatio sequitur, penult. column.* Joan. Andr. in *Addit. ad Spec. in tit. de prob. §. Videndum vers. 13.* Philip. Dec. contra Abbas *ibi in cap. 3. loco, de Probat. penult. col. num. 12.* Imò, quòd magis est, ex præsumptionibus & indiciis nedum non potest iudex condemnare ad pœnam mortis; sed nec ad aliquam pœnam corporalem: ita singulariter determinat Innoc. in *cap. Quia verisimile, de præsumpt. in fin.* argumento text. in *cap. Affert, eod. titul.* ubi licet Rex Salomon ex violenta præsumptione, de qua ibi, adjudicavit filium unæ mulieri; non tamen condemnavit aliam ad mortem, nec ad aliquam pœnam corporalem propter crimen partus suppositi, vel filii subrepti: & ibi tenent Host. Anch. & communiter DD. tenent etiam Joan. Anton. Card. Abb. Paul. Anch. Imol. Collectarius. Felin. & communiter DD. in *dist. cap. Affert*, Anton. de Butr. in *cap. Quando, eod. tit.* Abb. in *cap. At si Clerici, §. de Adulter. de Judic. pen. col. num. 19.* idem Abb. in *cap. 2. de Cohab. Cleric. & mulier. 1. col. num. 3.* idem Abbas in *cap. Auditis,*

(G) Videto hæc de quæstion. Joan. Oldendorp. in *tract. de Probat. fol. 110. num. 16. lib. 5.* Et intellige, tunc receptius, cum verius, justius, atque utilitati publicæ affinius esse, ut regulariter ac generaliter in criminalibus ad multam pecuniariam ex præsumptionibus procedere pos-

sit ac debeat condemnatio. Grat. *cons. 136. numer. 22. lib. 1.* Duenas, *reg. 392.* Ægid. Boss. in *Pract. in tit. de Convictis, num. 34. & seqq.* & Jul. Clarum in *Pract. crimin. §. ult. quæst. 20. vers. Scias tamen, & vers. seq.*

ditis, de præscript. penult. column. in fin. Specul. in tit. de Præsumpt. §. 1. vers. in Sum. nota. Alber. in leg. Absentem, ff. de Pæn. column. 1. numer. 3. Bald. in leg. fin. Cod. de Probat. fin. col. in med. & ibi idem Bald. in leg. fin. ff. Quod metus causa, Alexand. in leg. 1. ff. Si certum petat. 8. column. num. 28. & ibi Jas. 5. column. num. 21. Philippus Decius column. 4. & alii Moderni. August. de Arimino. in Addit. ad Ang. de Malef. in part. fama publica præcedente, col. 8. vers. Adde tamen, Hippol. de Marsil. in leg. Repeti, ff. de Quæst. col. 5. num. 4. idem Hippol. in cons. 10. col. 5. num. 14. Oldr. in Consiliis suis, cons. 192. Palat. Rub. in sua Repet. cap. Per vestras, de donat. inter virum & uxor. fol. 120. column. 2. vers. Vel aliter. Quod tamen singulariter intellige & declara, quando talis præsumptio esset tantum hominis, & sic iudicis, quia eam præsumat ex facto & qualitate negotii: secus tamen est, si talis præsumptio à lege determinata est & approbata; quia per eam potest & debet Iudex condemnare ad pœnam: ita probat textus singularis in leg. Si hi qui, Cod. de Adulteriis, ubi habetur: quòd si quis accusetur de adulterio, & excusatur ratione consanguinitatis, & postea reperiatur contraxisse matrimonium cum ea, inducitur ab illa lege violenta præsumptio, per quam potest condemnari de adulterio, & sic pœna mortis, & ad hoc notant & commendant ibi Glossa ordinaria, & final. Bart. Bald. Salyc. & communiter DD. Gloss. etiam in leg. Absentem, ff. de Pænis in gloss. 2. & ibi Alber. & alii DD. Spec. in tit. de Præsumpt. §. 1. vers. Item si quis denunciaret, Aug. de Arim. in Addit. ad Ang. de Malef. in part. fama publica præcedente, col. 8. vers. Limitarem tamen, Gandin. in tract. Malef. in rubr. de præ. & iudiciis, quibus condemnatio sequitur, column. 3. in fin. Abb. Panorm. in cap. Affert, de præ. col. 3. num. 6. & ibi notabiliter Felin. column. 3. num. 7. idem Abbas in cap. Accedens, de accus. col. 2. num. 3. Hippol. de Marsil. in leg. Repet. ff. de Quæst. column. 5. num. 24. Jacob. de Sanct. Georg. in Rubr. ff. de Probation. column. 2. num. 6. ubi valdè commendat: probat etiam textus, & iste videtur ejus verus sensus, in leg. final. Cod. de Probat. ubi expressè dicit, quòd iudex potest ferre sententiam ex iudiciis indubitatis ad sententiam: & ibi expressè notant, & sic intelligunt Cyn. Bald. & communiter DD. text. in Authent. Ut liceat matri & avie, §. Quia vera ita col. 8. ubi habetur, quòd si quis ter denunciatur ne alloquatur uxorem alterius, & postea reperiatur in aliquo loco eam alloquens, potest puniri pœna ordinaria: text. in Authent. Si quis ei, Codic. de Adulter. text. in leg. Consiliarius, Codic. de Assessorib. ubi habetur, quòd si officialis fugit tempore syndicatus, habetur pro

confesso: & ad hoc summè notant & commendant Bartol. & alii DD. text. in cap. de Hoc, de simon. ubi infamatus vel suspectus de simonia debet se purgare; & si in ea deficiat, statim debet condemnari, tanquam si vere delictum esset probatum: textus in cap. Porrecta, de confirmat. util. vel inutil. ubi ex præsumptione falsitatis, de qua ibi, ponitur quis tanquam falsarius: textus in cap. Inter sollicitudines, de purgat. canon. ubi disponit, quòd ille qui defecerit in compurgatione, punitur tanquam verè convictus de delicto: & ibi notant & commendant Hostiens. Abb. & communiter DD. textus in cap. Litteris, de præsumpt. ubi copula probatur per violentam præsumptionem, de qua ibi modò agatur civiliter, modò criminaliter: & ad hoc summè notant & commendant DD.

26 Item quæro: Si contra reum accusatum vel inquisitum sit unus testis de visu fidedignus, & omni exceptione major, & similiter indicium, vel semiplena probatio diversi generis; vel fortè non sit aliquis testis de visu, sed sint plura indicia, vel præsumptiones, an ex hoc censeatur plenè probatum delictum, ut possit sequi condemnatio ad pœnam mortis, vel corporalem? Et certè videtur quòd non, quia non est liquida & certa probatio, prout requiritur in criminalibus per jura superius allegata; & in expressò ita tenet Glossa singularis & ordinaria in cap. Veniens, el 1. de Testib. in glossa 2. quam ibi ad hoc notant & commendant Abbas, Imol. & communiter DD. & illam Gloss. ad hoc reputat singularem Anch. in cap. 1. de Confessis, reputat etiam singularem Imol. in leg. Interesse, col. fin. ff. de Acquir. posses. Ang. de Malef. in part. fama publica præcedente, col. 5. vers. Et an fama, Bonifac. eod. tract. in Rubr. de testib. & qui repelluntur à testimon. pen. col. vers. Sed nunquid fama cum uno teste sufficienter probat. Secus tamen est in civilibus; quia duæ semiplenæ probationes diversi generis, vel plura indicia, vel præsumptiones benè inducunt plenam probationem: Ita probat textus in leg. Quero, §. fin. ff. de Ædilit. edict. & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Alberic. Bald. Salyc. & communiter DD. Glossa ordinaria in leg. 1. §. fin. ff. de Ædilit. edict. & ad hoc notant ac commendant ibi Bartol. Alber. Bald. Salyc. & communiter DD. Glossa ordinaria in leg. 1. §. Ætas, ff. de Execut. tut. & ibi Bartol. Alber. & communiter alii DD. tenet etiam Bald. qui benè loquitur in leg. Spadonem, §. Qui juram. eod. tit. Idem Bald. in Rubr. extra de probat. Abb. & communiter DD. in cap. Cum causa in eod. titul. ibi Glossa ordinaria in cap. Veniens, el 1. de Testib. & ibi Doctor. Gloss. etiam ordinaria in cap. 1. de Appellatione, & ibi DD. Glossa etiam ordinaria in cap. fin.

fin. de Succ. ab intestat. tenet etiam Bartol. notabiliter in leg. *Admonendi*, ff. de *Jurejur. colum.* 8. num. 48. & ibi Jas. x. lect. num. 126. Bald. in leg. *Si quis ex argentariis*, §. 1. ff. de *Edendo*, Salyc. in leg. *Bonæ Fidei*, Cod. de *Reb. cred.* 9. column. num. 23. & ibi alii DD.

Advertendum tamen, quod circa prædicta se offert subtilis & necessaria difficultas, quæ talis est, Reus accusatus vel inquisitus ex præsumptionibus & indiciis potest condemnari, licet non ad pœnam mortis, nec corporalem; item ex præsumptionibus & indiciis potest torqueri pro eruenda veritate: Qualiter ergo in hoc se debet habere: iudex? & an ei erit arbitrium unum, vel aliud remedium eligere? Et licet ista difficultas non videatur clarè posita, nec decisa; tamen ista videtur veritas, & juridica resolutio: quod si præsumptiones vel indicia sunt liquidissima, & à lege approbata, ut in casibus & exemplis suprâ positis, iudex non debet procedere ad torturam, sed omnino & definitivè condemnare ad pœnam ordinariam delicti: si verò præsumptiones vel indicia non sunt liquidissima, nec à lege approbata, sed tantùm hominis, ut suprâ dixi; tunc, si reus accusatus vel inquisitus est persona, quæ jure potest torqueri, poterit & debet torqueri per iudicem, ut comperta veritate possit definitivè pœna ordinaria condemnari, cùm sit species probationis & indagatiõis in delictis, & esset injustum & damnosum reipublicæ eum definitivè absolvere, pœna quadam extraordinaria imposita, cum non possit imponi corporalis. Si verò est persona, quæ non potest torqueri ratione & qualitate personæ, quia est nobilis, minor, senex, vel ex alia justa causa excusatus à tortura; vel fortè sumus in loco, vel terris, quibus virtute legis vel statuti non proceditur ad torturam in criminalibus, ut est in regno Aragonensi, vel simili: tunc ex illis præsumptionibus & indiciis potest & debet pœna arbitraria imponi in pecunia, vel exilio: & in expressò ita tenet & concludit Bald. in leg. *fin. Cod. de Probat. fin. column.* idem Bald. in leg. *Milites*, Codic. de *Quest.* column. 2. num. 6. Franc. Brun. in tract. de *Indiciis & tortura*, quest. 4. part. 1. vers. *Notandum tamen.*

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

1 Doctores referuntur qui materiam explicant?
Tom. III.

- 2 Quid sit informatio?
- 3 Quid sit indicium, seu præsumptio?
De semiplena probatione.
- 4 De plena, & legitima probatione, & an confessio sit probatio? & an possit pro parte acceptari?
- 5 Confesso datur terminus ad probandam defensionem, & exceptiones?
- 6 Confessio non sufficit ad condemnationem, nisi constet de delicto?
- 7 Confessio sine juramento an sufficiat ad condemnationem, ubi etiam quod non habetur pro confesso qui non vult respondere?
- 8 In causis criminalibus an reus debeat jurare de calumnia, & de veritate dicenda?
- 9 Confessio sola Rei cum persuasione Judicis extorta, an sufficiat ad condemnationem?
- 10 Si Iudex promittat impunitatem reo fugienti ad Ecclesiam, an promissionem servare teneatur?
- 11 An ex confessione facta in processu nullo reus possit condemnari?
- 12 De probatione per testes.
- 13 Quando testes debeant reddere rationem?
De teste deponente de credulitate, vel de auditu.
De testibus singularibus, & non contestantibus.
- 14 An testes possint interrogari de circumstantiis, & qualitatibus, & quando testis teneatur respondere, & rectè interrogetur?
- 15 Testes singulares quando faciant plenam probationem?
- 16 Mulier an possit esse testis in criminalibus?
Quid de minore 25. annorum?
- 17 Inimicus an possit esse testis?
- 18 De ascendentibus, & descendentibus, & collateralibus usque ad quartum gradum, de famulis, de infamibus, & perjuriis, à testimonio repellendis.
- 19 Socius criminis an sit idoneus testis?
- 20 An socius possit interrogari de sociis?
- 21 Si reus confiteatur de socio, an sit legitimus testis, & sufficiat ad torturam?
De teste ebrio, vel incarcerato.
- 22 De teste paupere.
De Clerico an possit esse testis?
De Monacho.
- 23 Testes qui recipi non debuerunt, si recipiantur, an faciant aliquam probationem?
- 24 Depositio testis inhabilis an suppleatur ex habilitate contestis?
Quid si veritas per alios probari non potest?
- 25 Testes inhabiles an possint ex officio repelli parte non opponente?
- 26 An testes inhabiles prebent pro defensione rei?

- 25 *An testes cogantur dicere testimonium?*
 26 *An ex præsumptionibus, & indiciis, possit quis condemnari?*
 27 *Delictum an censeatur probatum ex unico teste, & alia semiplena probatione diversa, vel indiciis?*
Testes summaria informationis, an possint dari pro ratificatis?
 28 *Publicatis attestationibus, an possint recipi testes in criminalibus?*
 29 *An Judex debeat judicare secundum allegata, & probata?*
 30 *An Judex secularis possit facere exhumari corpus occisi ad probationem delicti?*
 31 *An & quando quis teneatur revelare crimen alterius?*

Explicant præsentem materiam latè omnes qui de *Probationibus* tractatus ediderunt (præter Scribentes in locis ordinariis) ut sunt Fulvius Pacianus, & Mascardus, apud quos materiam probationis cujuslibet delicti facillimè reperies in suis locis, & Antonius Gabriel, in communibus opinionibus, lib. 4. tit. 9. Barbosa in lege 2. ff. *Soluto matrimon.* 1. parte, quasi per totam, alter Barbosa axiomat. 191. Paz in Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 8. & 9. Tusch. litter. P. conclus. 764. & seq. & conclus. 789. & seqq. Bolanus in Curia Philippic. tom. 1. part. 3. §. Prueba: Farinacium quæst. 36. ex numer. 4. & quæst. 86. per totam, ubi optimè, & in tract. de Testibus, ubi de habilitate, vel inhabilitate eorum, latissime, Fachinæus, lib. 9. cap. 16. ubi an si non probetur delictum reus debeat absolvi definitivè? Scaccia de *Judiciis*, lib. 2. cap. 8. 9. & 10. Et de re judic. glossa 14. quæst. 7. ex num. 78. & quæst. 21. & Pichard. in *Manuductionib.* 3. partit. §. 3. num. 21. & seqq. & latè Bossius in Praxi, tit. de convictis, Escobar. de *Puritat. sanguin.* 1. part. quæst. 8. & seqq. D. Larrea *Allegation. fiscali* 48. latè Morla in *Emporio*, tit. 11. maximè quæst. 10. & seqq. & in titul. 12. quæst. 1. Sanchez in *Consil. Moral.* libr. 6. cap. 5. per totum ubi de testibus, & capit. 3. dubio 12. & seqq.

2 Ad num. 1. ibi: *Informatio est, &c.*

Quòd informatio sit simplex dictum, sive assertio alicujus sine juramento per quod movetur Judex ad inquirendum, ut hic resolvitur, docent Felinus in cap. *Tuis*, de *Testib.* Campeg. in tract. de *Testib.* regula 167. fallent. 7. Cantellian. Cotta in suis *Memorab.* in verb. *Testi non jurato*, ad fin. Socyn. in regula 424. fallent. 4. Mascardus de *Probationib.* conclus. 682. num. 5. & conclus. 1362. num. 14. & 15. Clarus in *Practic.* quæst. 6. & 7. & benè explicans Sanchez in *Consil.* lib. 6. cap. 3. dubio 26. Salgadus de *Pro-*

test. part. 2. cap. 14. ex num. 4. Farinac. *quæstion.* 1. num. 9. Et an juramentum in teste sit de substantia, vel potius de solemnitate? disputat late Scaccia de *Judicis*, lib. 2. cap. 8. ex num. 442. & Farin. quæst. 74.

3 Ad num. 2. ibi: *Aliud est indicium seu præsumptio, &c.*

Quid sit præsumptio, & de ejus definitione agunt latissimè *Mantica de Conjectur. ultimorum voluntatum*, lib. 1. tit. 1. Mascardus de *Probationib.* quæst. 10. Menochius de *Præsumptionib.* lib. 1. quæst. 7. & latissimè etiam Farinac. quæst. 36. ex num. 67. & num. 218. 226. & seq. & plurimos referens Castill. lib. 4. *Controvers.* cap. 2. ubi quid sit conjectura, quid præsumptio? & de ejus speciebus, eum omnino videas, & Escobar. in tract. de *Puritat. sanguin.* part. 1. quæst. 8. §. 1. ex num. 8. latè.

Ibi: *Aliud est semiplena probatio, &c.*

De semiplena probatione videndi sunt Mascardus de *Probationib.* quæst. 4. conclus. 1360. & latissimè Farinacius, quæst. 36. ex num. 11. Menochius de *Arbitrariis*, casu 464. num. 12. Scaccia, de *Re judicat.* glossa 14. quæst. 7. ex numer. 50. & quæst. 21. Morla, in *Emporio*, tit. 11. in præmis. num. 22. Barbosa in *Collectanea*, cap. 2. de *Probation.* ex num. 4. Noguero. *Allegat.* 26. ex num. 82. Pareja de *Instrument.* edit. titul. 5. resolut. 6. ex num. 19. ubi de confessione extrajudiciali, & tit. 2. resolut. 6. num. 64. Cancerius, part. 3. cap. 7. num. 348.

4 Ad numerum 3. ibi: *Aliud est legitima probatio, &c.*

De definitione probationis, & an confessio sit probatio? agunt latissimè suprà relati, & maximè Farinac. *dict.* quæst. 36. ex num. 4. ubi plures definitiones refert ex Mascardo & aliis, Gratian. regul. 126. Postius de *Manut. observ.* 19. ex numer. 11. Escobar de *Purit.* part. 1. quæstion. 8. §. 1. & partit. 2. quæst. 6. Sanchez in *Consil. moral.* lib. 6. capit. 3. dub. 13. Morla in *Emporio*, titul. 11. quæst. 12. ubi latè disputat, an confessio sit probatio? & affirmativam defendit, de quo plurimos refert Barbosa in *Collectan.* ad tit. de *Confes.* in rubr. & axiomat. 49. D. Larrea, *decis.* 56. num. 4. Pareja de *Instrument.* edit. tom. 2. tit. 9. res. 2. num. 18. post Aceved. in leg. 2. tit. 21. lib. 4. *Recopil.* numer. 21. Scaccia, de *Judiciis*, lib. 2. capit. 11. ex num. 332. ubi latissimè & an possit confessio pro parte acceptari? post Tusch. *litt. C.* conclus. 673. & 674. & alios.

Ibi: *Unde aliter & tertio, &c.*

Quòd confesso debeat dari terminus ad probandam suam defensionem, & quòd confessus non habeatur pro condemnato (quamvis aliud sit in Civilibus) sed requiratur sententia decla-

ratoria Judicis docent Simanch. *de Cathol. Instit. cap. 13.* Clarus in *Præctic. §. fin. quæst. 21. 55. & 65.* & alii plures apud Valdes, in *Addition. ad Suarez in leg. Post rem, notab. 3.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 4. ex num. 19.* Sanch. in *Cons. tom. 2. lib. 6. capit. 3. dub. 13. num. 3.* Pichard. in *Manuduct. part. 3. §. 3. numer. 11. ubi num. 12.* cum Farinac. *quæst. 81. cap. 1. ex num. 1.* addit quòd non sufficit confessio rei, nisi aliàs constet de delicto, ut etiam probat Escob. *de Purit. sanguin. 2. part. quæstion. 6. §. 2. num. 19. & tandem num. 13.* concludit ipse Pichard. quòd delinquenti confesso Judex terminum assignavit arbitrio suo ad allegandas exceptiones; quo elapso pervenietur ad sententiam, Acevedus in *leg. 1. tit. 21. libr. 8. Recopil. num. 66. & 67.* Scaccia, *de Judiciis, lib. 1. cap. 78. num. 17.* ubi de reperto in flagranti, quibus adde Barbosam in *Collectan. capit. 2. de Confession. num. 6.* ubi quòd præter confessionem requiritur quòd constet de delicto, & vide Farinac. *Consil. 84. num. 2.* ubi de termino concedendo reo confesso, Avilès in *capit. 15. Præt. verb. Homecillos, num. 22.*

5 Ad num. 4. ibi: *Etiam si talis confessio sit facta in judicio sine aliquo juramento, &c.*

Confessionem sine juramento valere etiam ad condemnationem cum etiam facta in libello noceat, ut hic resolvitur, docent Menoch. *consil. 395. num. 61.* Mascard. *de Probat. concl. 345. num. 36. & concl. 347. num. 16. & concl. 368. num. 4.* Tusch. *litt. C. conclus. 646.* Gratian. *decis. 19. num. 21.* Cancer. *part. 3. cap. 7. n. 348. & num. 349.* D. Larr. *Allegat. fisc. 66. num. 74.* post Farinac. *quæst. 5. num. 25. & consil. 127. num. 8.* Menoch. *de Arbitrariis, casu 279.* Gutierrez *de Jurament. confirm. part. 1. cap. 47. ex num. 14.* ubi probant, quòd quando confessio est jurata etiam sine causa probat, nec revocari potest, vide etiam Gratian. in *Regul. 89.* ubi quòd in criminalibus non habetur pro confesso, qui non vult respondere; de quo latè Scaccia, *de Judiciis, lib. 1. cap. 97. ex num. 74.*

6 Ad num. 5. ibi: *Et breviter, & resolutivè dicendum est, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Reum legitimè interrogatum debere sub juramento veritatem dicere in causis criminalibus ut hic resolvitur, docent Suarez, *tit. de las Juras, ex num. 14.* Salcedus ad Bernardum Diaz in *Præctic. criminale 129.* Farinac. *quæst. 37. n. 176.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 4. ex num. 8.* ubi num. 13. ait; quòd delinquens non tenetur veritatem fateri, nisi quando scit ritè & rectè posse à Judice interrogari; quocircà manifestanda esse reo indicia, quæ sunt contra eum asserit, & eorum copia tradenda, & dicta tes-

Tom. III.

tium ei legenda, eorum nominibus suppressis, Pichard. in *Manuctionib. partit. 3. §. 3. ex numer. 10.* Cevallos *quæst. 301.* ubi alios refert, & alios pro contraria sententia adducit, Sayro in *Clavi Reg. lib. 12. cap. 16. ex num. 1.* Lessius *de Justitia, lib. 2. cap. 31. dub. 1. num. 12.* Bonacin. *tom. 2. disput. 10. quæst. 3. punct. 2. numer. 6.* & latè & optimè Thom. Sanchez in *Consil. Moral. partit. 2. lib. 6. capit. 3. dub. 29. & seqq. usque ad dub. 34.* ubi fusissimè materiam præsentem explicat, & ante in *Summa, lib. 3. cap. 7.* ubi an aliquando liceat Judici benè roganti sub amphibologia respondere? & novissimè Ægidius Trullench, in *Decalogum, lib. 8. cap. 4. dub. 2. per totum, & dub. 3. & 4.* apud quos omnes difficultates in præsentì quæstione occurrentes invenies; vide etiam Scacciam *de Judiciis, lib. 2. cap. 1. quæst. 8. & 18. per totum caput, & de re judic. gloss. 14. quæst. 21. ex num. 70.*

7 Ad num. 6. ibi: *Tamen debet intelligi præterquam si fiat, &c.*

Confessionem rei maxima Judicis persuasione, & promissione veniæ extortam non sufficere ad condemnationem, ut hic resolvitur, docent Covarrub. *Variarum Resolutionum, lib. 1. cap. 2. num. 16.* Plaza in *Epitome delictorum, cap. 37. num. 4.* Fachin. *Controv. jur. lib. 9. cap. 61.* Menochius *de Arbitrar. casu 367. in addit. & latissimè Farinac. quæst. 81. ex n. 276. usque ad 314.* ubi de omnibus simulationibus, & cautelis quibus Judices utuntur pro eruenda veritate; eum omnino videas, quia fusissimè explicat per ampliationes, & limitationes; & *consil. 53. in additione litt. K. & consil. 83.* Petrus Navarr. *de Restitutionib. lib. 2. cap. 3. num. 246.* & Cenedus *quæst. 9. num. 27.* & vide *Conclusion. crimin. 91.* post *Opera Roderici Suarez, & Villadieg. in Politic. cap. 3. ex num. 226.* Thom. Sanchez in *Consiliis Moral. lib. 6. cap. 3. dub. 35.*

8 Ad numerum 7. ibi: *Ex quibus etiam inferitur, &c.*

Et ibi: *Sed in hoc articulo, &c.*

Quòd Judex non teneatur servare promissionem impunitatis factam reo fugienti ad Ecclesiam, si reus ejus immunitate gaudere non debebat, secus alias, ut hic resolvitur: docent Covarrub. *Variarum Resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16.* Plaza in *Epitome Delictorum, cap. 37. num. 10.* & Farinacius eos, & alios refereqs *quæst. 81. numer. 282.* ubi etiam refert Fortunat. Garc. in *Repetit. leg. Conventionum, num. 15.* *Digest. de Pactis, dicentem, quòd etiam in casibus exceptis, talis promissio, & fides servanda est, & ipse Farinacius iterum in tractatu de Immunitat. Ecclesiar. cap. 19. num. 301.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 166.* Bobadilla in *Politic. lib. 2.*

Kk

cap.

cap. 14. num. 79. Cenedus in *Quaest. Canonic.* 9. num. 9. & Barbos. in *tract. de Jure Ecclesiast. libr. 2. cap. 3. num. 54.* quem omnino videas, & Thom. Sanchez in *Consil. Moral. tom. 2. lib. 1. cap. 1. dub. 12.*

9 Ad numer. 8. ibi: *Etiam si talis confessio fiat in processu nullo, &c.*

Etiam ex confessione facta in processu nullo, ex defectu solemnitatis posse reum condemnari, licet aliud dicendum sit, si nullitas procedat ex defectu jurisdictionis, ut resolvit Gomez docent latissimè. Bernard. Diaz in *Regul.* 123. Bossius in *Pract. tit. de Confession. num. 40.* Clarus, §. *final. quaest. 55.* Mascard. de *Probationib. concl. 244. num. 4. & concl. 357. num. 3.* Farinac. latissimè *quaest. 81. ex numer. 66.* ubi ampliat, limitat & declarat, omnino videndus: & num. 188. & multis seqq. ubi de confessione nulla ob defectum jurisdictionis, de qua videri etiam poterit, Barbosa in *Collectanea, cap. At si Clerici, de Judiciis, num. 6. & 7.* iterum Farinac. *quaest. 82. num. 30. & quaest. 62. num. 386. & consil. 80. in Addition. litt. A.* Tuschus *lit. C. conclus. 642. & 643.* Velascus *consult. 61. & 65.* Morla in *Emporio, titul. 2. num. 121.* Cevallos, *quaest. 15. num. 3.* ubi de lege excludente nullitates, an intelligatur excludere proveniente ex defectu jurisdictionis de quo etiam Barbosa *supr. in dict. cap. At si Cleric, num. 3. & 4.* ubi quod si quis jurasset non opponere de nullitate, tamen hanc nullitatem ex defectu jurisdictionis opponere poterit, vide etiam Villadieg. in *Politic. cap. 3. num. 257.* & Escobar de *Puritat. sanguin. 1. part. quaest. 13. §. 1. num. 6.*

10 Ad numerum 9. ibi: *Probatio delicti fit per testes, &c.*

Delictum posse etiam probari per duos testes omni exceptione majores reddentes rationem depositionum per visum, vel alium sensum corporeum, ut hic resolvitur, docent Clarus in *Pract. §. final. quaest. 66. versic. Debes etiam scire,* Mascard. de *Probation. conclus. 461. numer. 1.* Gramat. *decis. 36.* Gabriel in *Commun. titul. de testibus, concl. 1.* Menochius de *Arbitrariis, cas. 99. num. 19.* Cevallos *quaest. 494. ex num. 1. & quaest. 721. per totam,* ubi de probatione hæresis, & testibus singularibus, Bolanus in *Curia Philippica, tom. 1. partit. 3. §. Prueba, ex num. 12.* & Dom. Larrea *Allegation. fiscal. 48. num. 17. & per totam,* ubi de probatione in crimine Repetundarum, ad explicationem text. in *leg. 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. & latissimè Farinac. omnino videndus quaest. 63. ex num. 232. & per totam quaestionem,* ubi latissimè materiam prosequitur, quando sufficiat testis unicus, vel non, per ampliaciones, & limitationes; & *quaest. 86. ex numer. 6.* ubi quod

in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores; & *quaest. 16. num. 43.* & Sanchez in *consil. lib. 6. capit. 5. dub. 10. & 11.* Escobar de *Purit. sanguin. 1. part. quaest. 9. & seqq.* & plurimos referens Barbos. in *Collectan. cap. in omni negotio, de testibus num. 2. & per tot.* ubi etiam congerit omnes casus in quibus unicus testis sufficit, quos videas; & in *capit. In litteris, num. 10. eod. tit.*

Ibi: *Unum tamen est, &c.*

Vide Farinac. *quaest. 70. num. 14. & in fragmentis, verb. Juramentum, num. 1209.*

11 Ad numerum 10. ibi: *Quod tamen intellige, &c.*

Ita demùm debere testes reddere rationem dicti sui, si interrogentur, præterquam in rebus quæ non possunt comprehendi sensu corporeo, sed iudicio intellectus, in iis enim non interrogati debent rationem reddere; & si non redderint, nec fuerint interrogati, poterunt iterum produci, & eam reddere etiam publicatis attestationibus; ita resolvit Gomez in *presenti, & comprobant Bossius in titul. de Oppositione contra testes, num. 73.* Vivius *communium opinion. opin. 893. ex num. 1.* Clarus in *§. fin. quaest. 53. versic. Præterea dixi,* Mascard. *conclus. 1369. ex num. 1.* Sanchez in *Consil. lib. 6. cap. 5. dub. 19. num. 6.* & plurimos referens, & hanc resolutionem ad saturitatem explicans per ampliaciones, & limitationes Farinacius *quaest. 62. numer. 37. & quaest. 70. ex num. 91.* & Gutierrez, *lib. 1. quaest. 57. per totam,* ubi quando possint iterum examinari testes post publicatas attestationes ob non redditam rationem depositionum? & Barbosa in *Collectan. cap. Ex tenore, de testam. & optimè Escobar, de Puritate sanguin. 2. part. quaest. 3. num. 78. & seqq.* D. Larrea, *decis. Granat. 98. num. 41. & Cancerius part. 1. cap. 20. ex num. 19.*

Ibi: *Item adde quod ad hoc ut testes probent, &c.*

De testibus de credulitate deponentibus latissimè Scaccia de *Judiciis, lib. 2. cap. 8. numer. 892.* Farinac. *quaest. 68. ex num. 62. usque ad 117.* ubi materiam declarat, & *consil. 55. numer. 70.* Sanchez in *Consil. lib. 6. cap. 5. dub. 19. num. 8.* Item de testibus: de auditu latissimè Escobar de *Purit. 1. partit. quaest. 9. §. 4. per totum,* post Farinac. *quaest. 69.*

Ibi: *Item adde quod etiam oportet, &c.*

Quod testes singulares, & non contestantes, non faciant fidem, comprobant latissimè Antonius Gabriel in *tit. de Testam. concl. 2. num. 1.* Mynsinger, *observation. 76. centur. 3.* & alii plurimi in unum congesti à Farinac. *quaest. 64. ex num. 33.* ubi limitat, ampliat, & declarat, & *num. seqq.* disserit de modis diversis singularitatum,

tum, Gratian. *Disceptationum*, tom. 5. cap. 909. & cap. 144. num. 10. 50. & seq. Gutierrez lib. 3. quæst. 12. Qui etiam de diversis confessionibus extrajudicialibus probatis per diversos testes singulares agunt, de quo etiam Farinacius *suprà*, num. 134. & cons. 75. num. 9. & 50. & cons. 474. & cons. 50. num. 26. Bolanus in *Curia Philippicæ* part. 3. §. Prueba, num. 14. & Thom. Sanchez in *Consil.* tom. 2. lib. 6. cap. 5. dub. 12. vide *infra*, num. 13.

12 Ad num. 11. ibi: *Et breviter dico, &c.*

Quòd si testes sunt fidedigni, & probatæ autoritatis, & opinionis, non debent interrogari de circumstantiis, secus si sint levis opinionis, & notæ, ut resolvitur, docent Bossius in *titul. de Oppositione contra testes*, num. 137. Petra de *Fideicommissis*, quæst. 12. num. 765, 1294. & seqq. ubi optimè declarat Scaccia de *Judiciis*, lib. 2. cap. 8. & ex num. 905. & Farinac. *question.* 73. num. 31. & seqq. & in quæst. 66. numer. 24. & seqq. ubi primum probat testem varium, & contrarium non in substantialibus, sed in qualitatibus, circumstantiis, & accidentalibus probare; & num. 25. probat ex multis, testem suspectum posse interrogari de qualitatibus, & circumstantiis non substantialibus, & quòd, si in illis sit sibi varius, & contrarius, non probabit, & quando testis rectè interrogetur, respondere teneatur, vide latè Thomam Sanchez in *Consiliis*, lib. 6. cap. 5. dubio 1. capit. 3. *dubio* 36. & 37.

13 Ad numerum 12. ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Quòd testes singulares probent, quando diversitas, vel singularitas eorum potest simul jungi, ut in exemplis positis per nostrum Gomez. docent Osascus, *decis. Pedemontana* 99. num. 8. 24. 27. & seq. Simanch. de *Catholic. Institut.* capit. 62. ex num. 18. Antonius Gabriel, *titul. de Testibus*, *concl.* 2. num. 48. & 22. & 28. & quasi per totam, Scaccia de *Judiciis*, lib. 2. cap. 9. ex num. 362. & num. 462. & seqq. latissimè Cancearius, lib. 3. cap. 20. num. 415. & lib. 1. cap. 20. num. 98. Tuschus *litt. T. concl.* 263. & seq. usque ad 266. ubi latè declarat; Cevallos *quæst.* 721. Bolanus in *Curia Philippica*, 3. part. §. Prueba, num. 15. & D. Larrea, *Allegatione fiscali* 48. omninò videndus, quia latissimè explicat materiam, & Farinacius, *quæst.* 38. num. 38. & quæst. 64. ex num. 112. usque ad fin. & Esobar de *Puritat. sanguin.* part. 1. quæst. 9. §. 3. per totum, vide etiam Barbosam, in *Collectan. cap. In omni negotio, de testibus*, num. 32. & Sanchez, *Consil.* lib. 6. cap. 5. *dubio* 12. & 13.

14 Ad num. 13. ibi: *Et primò dico, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Mulierem non posse esse testem in causis

criminalibus de jure Canonico, secus de jure Civili, & Regio, ut hic resolvitur, docent Tirraquell. de *Legibus connubialibus*, in leg. 9. numer. 61. Villalobos in *suis Communibus*, *litt. M.* num. 143. Suarez etiam in *Communibus*, eadem *litt.* num. 263. Dueñas in *Regula* 315. Novellus *Regula* 216. numer. 9. Clarus in *Practica*, quæst. 24. versic. *De jure autem Canonico*, Mascardus de *Probationibus*, *conclus.* 762. num. 1. & *conclus.* 1358. num. 30. Morla in *Emporio*, *titul.* 11. num. 78. ubi cum aliis pluribus ait, quòd si veritas aliter haberi non potest, etiam de jure Canonico fœmina potest esse testis, Barbosa in *Collectanea*, cap. *Quoniam, de testibus*, num. 2. & 4. & latissimè Farinac. *quæst.* 59. ex num. 1. usque ad num. 16. ubi de jure Canonico loquitur, & postea usque ad num. 31. de jure Civili testem esse posse probat fœminam: eum omninò videas, & Gratianum in *Regula* 462. & Sanchez in *Consil.* lib. 6. cap. 5. *dub.* 14. num. 3. Narbon. de *Ætate*, anno 20. *quæst.* 6. ex num. 15.

Ibi: *Secundò repellitur minor, &c.*

Minorem viginti quinque annorum de jure Regio non posse esse testem in criminalibus, ut hic resolvitur, docent etiam de jure communi Mascardus, alios plures referens, *concl.* 1146. num. 14. & alii plures in unum congesti à Farinacio, *quæst.* 58. numer. 20. ubi num. 19. alios plures pro contraria opinione adducit, nimirum ætatem viginti annorum sufficere; sed hodie majorem sexdecim annorum posse esse testem, docent Avendañas, *respons.* 31. num. 8. & Narbona in *leg. 2. tit. 21. lib. 8. Recopil. glosa* 5. num. 19. & alter Narbona de *Ætate* anno 20. *quæst.* 6. vide etiam Gratian. *Disceptationum*, cap. 521. & Sanchez *suprà*, num. 4.

15 Ad numerum 14. ibi: *Tertiò repellitur inimicus, &c.*

Inimicum ex gravi inimicitia, & non reconciliatum repelli à testificando in causis criminalibus etiam in crimine læsæ Majestatis, & aliis exceptis, etiam si inimicitia contigerit culpa rei, dum tamen non fuerit affectata ad hunc finem, & eandem prohibitionem comprehendere descendentes inimici, & collaterales usque ad quartum gradum, ut hic resolvitur, docent Bossius in *titul. de Oppositione contra testes*, numer. 52. Novellus *regul.* 226. de *Testibus*, Clar. §. *fin. quæst.* 24. versic. *Item quero*; Menoch. de *Arbitrar. casu* 110. num. 1. Mascardus de *Probationibus*, *concl.* 899. ex numer. 1. & plurimos referens Barbos. in *Collectanea*, cap. *Per uas, de Simonia*, num. 2. (ubi num. 7. cum Menochio *casu* 239. num. 8. & 11. & de *Præsumptionibus*, lib. 3. *præsumpt.* 37. ex num. 26. & cum Mantica de *Conjecturis ultimarum voluntatum*, lib. 12. *tit.* 5. num. 14. & Farinac. *quæst.* 49. ex num. 1.

&

& aliis explicat, quæ dicantur inimicitiae capitales) & plurimos referens, amplians, limitans, & declarans idem Farinac. *quest.* 53. *ex num.* 3. & *quest.* 12. *ex num.* 40. Gutierrez de *Tutelis*, *part.* 1. *cap.* 21. *num.* 21. Sanchez in *Consiliis*, *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 14. *num.* 9. & D. Larrea *Allegatione fiscal.* 48. *numer.* 37. & 42. & latissimè Escobar de *Puritate sanguinis*, *part.* 1. *quest.* 12. *per totam.*

16 Ad numerum 15. ibi: *Ascendentes*, &c.

Ascendentes, & descendentes, & collaterales usque ad quartum gradum, famulos, infames, & perjuros à testimonio repellendos asserit Gomez, & comprobant latè Novellus de *Testib. reg.* 216. *num.* 5. Anton. Gabriel *titul. de Testib. concl.* 17. *num.* 1. Mascardus de *Probationibus*, *concl.* 1148. *num.* 3. Crassus in *suis Communibus*, *lib.* 2. *cap.* 17. *quest.* 1. Thomas Sanchez *suprà. num.* 9. Cancerius *Variarum* 1. *partit.* *cap.* 20. *num.* 13. ubi de domesticis, & alii quamplurimi DD. in unum congesti à Farinacio *quest.* 54. *ex num.* 145. ubi de ascendentibus, & descendentibus, usque ad *num.* 209. & de consanguineis, & affinibus, *eadem quest.* 54. *ex numer.* 1. & de famulis, & servis, *quest.* 55. ubi etiam de subditis, & vassallis, collonis, inquilinis, amicis; & *quest.* 56. ubi de infamibus; & *ibidem num.* 186. & *seqq. pluribus*, ubi de perjurio; eum omnino videas, & Barbosam in *Collectan. cap. Super eo, de testib. num.* 5. & alium Barbosam in *leg. 2. ff. Soluta matrimonio*, *partit.* 1. *num.* 85. & latissimè Escobar de *Puritat. sanguin. part.* 1. *quest.* 11. *per totam*, & Sanchez *suprà. dub.* 14.

17 Ad numerum 16. ibi: *Octavò repellitur socius criminis*, &c.

Quòd socius criminis repellatur à testimonio, præterquam in crimine hæresis, læsæ Majestatis, vel Sodomix, ut hic resolvitur, comprobant latè Campegius de *Testib. regul.* 88. Bossius in *practica, titul. de Indiciis*, & *consideratione ante torturam*, *num.* 144. Clarus in *Practica*, §. *final. quest.* 21. *vers. Diclum socii criminis*, Sanchez in *Consiliis*, *lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 15. Menochius de *Arbitrariis, casu* 474. qui de aliis plurimis relati à Farinac. *quest.* 18. *num.* 60. & *quest.* 43. *ex num.* 2. docent non solùm quòd socius non potest interrogari de consociis, sed etiam quòd si de facto interrogetur, nec indicium ad torturam facit; eum omnino videas ubi etiam *ex numer.* 10. & 60. agit de exculpante socium: vide etiam eundem Farinac. *Cons.* 25. *num.* 53. & *consil.* 29. *num.* 11. & *consil.* 39. *num.* 6. & *cons.* 41. *num.* 13. vide etiam Cevallos *quest.* 280. *per totam*, ubi etiam quid in simonia? & D. Larream, *Allegatione fiscal.* 66. *num.* 26. & *sequentibus*, & *allegat.* 48. *num.* 38.

Ibi: *Primò, quòd ille qui proponit exceptionem non videtur confiteri*, &c.

Adde Covarrubiam, *lib.* 1. *Variarum, capit.* 1. *num.* 2. Petr. Gregor. *Syntagm. lib.* 21. *cap.* 17. *num.* 3. & vide Barbos. *Axiomate* 85. *numer.* 10. & 11. ubi explicat & Farinac. *dist.* *quest.* 43. *num.* 33. & Cancerium *Variarum*, 1. *part. cap.* 18. *ex num.* 9. latè.

18 Ad *num.* 17. ibi: *Et resolutivè dico*, &c.

Regulariter loquendo, reum non posse interrogari de sociis præterquam in criminibus exceptis, vel si sit servus, vel adsint indicia quòd intervenerunt cum eo socii, quo casu torqueri potest, ut hic resolvitur, docent latissimè *suprà. relati num. præcedenti*, maximè Farinacius *dist.* *quest.* 43. *per totam*, maximè *ex num.* 43. ubi congerit casus, in quibus potest interrogari de sociis, vel non; & *consil.* 99. *num.* 36. & Thomas Sanch. in *Consil. Moral. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 22. 23. & 24. & *cap.* 5. *dub.* 15. & Scaccia de *Judiciis, leg.* 1. *cap.* 81. & 82.

19 Ad numerum 18. ibi: *Et breviter*, & *resolutivè*, &c.

Et ibi: *Sed his non obstantibus*, &c.

Socius criminis legitimè interrogatus juxta supra dicta, & examinatus parte citata, & cum juramento, quòd sit legitimus testis, & faciat indicium ad torturam, & si sint duo, vel plures, plenè probent, ut hic resolvitur, docent, & comprobant Mascardus de *Probationib. concl.* 1147. *num.* 39. Carrerius alios referens in *Practica*, §. *Octavum indicium, num.* 12. Menochius de *Arbitrar. casu* 474. *num.* 36. Peguera, *Decisione criminali* 17. *num.* 44. & alii penes ipsos: Sed contrarium, imò socium non facere indicium ad torturam; nec si plures sint, plenam probationem, nisi adsint præsumptiones, vel adminicula, probat latè Farinac. *dist.* *quest.* 43. *ex num.* 147. *ubi num.* 134. declarat etiam torturam præcedere debere in ipso socio, deponente contra socium, cum sit criminosus, & infamis; vide etiam eundem Farinacium, *num.* 69. & *seqq.* & *consil.* 75. *num.* 105. & Thomas Sanchez in *Consil. Moral. leg.* 6. *cap.* 3. *dub.* 14. & 15. *num.* 7. & *dub.* 22. & *seqq.* & *cap.* 5. *dub.* 15. & Scacciam *suprà*, & vide *suprà, num.* 17.

Item de citatione hoc casu præmittenda, vide Morlam in *Emporio, tit.* 11. in *Præmissis, ex num.* 28. Thom. Sanchez in *Consil. lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 19. *num.* 4.

Item de teste ebrio, vel incarcerato, de quibus Gomez *hoc num.* ait esse repellendos; vide ad saturitatem Farinac. *quest.* 56. *num.* 434. & *seqq.* ubi de ebrio & *num.* 180. & *seqq.* ubi de incarcerato, & Sanchez *suprà, dubio* 14.

20 Ad numerum 19. ibi: *Undecimò repellitur pauper*, &c.

Quòd

Quòd pauper si sit vilis persona, repellitur à testimonio, secus si sit honesta, & fidedigna, ut hic resolvitur, docent Socyn. *in regula* 289. num. 3. Parisius *Consil.* 164. num. 2. Plotus *de In litem jurando*. §. 50. num. 17. ubi etiam ex hoc infert, quòd tali pauperi non defertur juramentum in supplementum probationis: Campegius *de Testib. regul.* 113. Antonius Gabriel *de Testib. conclus.* 18. num. 19. Menochius *de Arbitrariis, casu* 65. num. 2. & *casu* 96. num. 9. Mascardus *de Probationibus, conclus.* 1155. numer. 8. & 12. Tusch. *littera P. conclus.* 163. & *littera T. conclus.* 215. Cancer. *Variarum, parte* 1. cap. 20. num. 88. & alii plurimi congesti à Farinac. *quæst.* 57. n. 1. & *seqq. usque ad* 101. ubi latissimè, regulam constituens, quòd pauper non est testis idoneus & integer, & omni exceptione major, & ita intelligas resolutionem Gomez. vide etiam Thom. Sanch. *in Consil. lib.* 6. cap. 5. dub. 14. num. 6.

Ibi: *Duodecimo repellitur Clericus, Religiosus vel Monachus, &c.*

Clericum vel Monachum non posse esse testes in criminalibus, secus in Civilibus de licentia Superioris, ut resolvit Gomez. comprobant Novellus *in Regul.* 216. num. 7. Vivius *in Communibus*, verb. *Testificari possunt contra Clericum, &c. in fine*, Maschard. *de Probationib. concl.* 306. numer. 6. Covarrub. *in Clementina, si Furiosus*. §. 5. num. 5. Bernard. Diaz *in Practica, cap.* 98. *ex num.* 21. ubi num. 23. docet, quòd in Civilibus, & ad defensionem rei in Criminalibus potest esse testis præcedente licentia Superioris & plurimos referens amplians, & limitans, in Clerico loquens, Farinac. *quæst.* 61. *ex num.* 1. *usque ad* 67. quem omnino videas, & Barbos. *in tractat. de Jure Ecclesiastic. lib.* 1. cap. 40. numer. 103. & *seqq.* ubi etiam probat, quòd in civilibus Clericus testificari potest coram Judice laico de licentia Superioris; & num. 105. ponit formam licentiæ, & numer. 106. ait quòd si de facto Clericus absque licentia Prælati testimonium perhibeat coram Judice sæculari in causa civili, valet hujusmodi depositio, licet malefecerit, quamvis si de facto deponat coram Judice sæculari in causa criminali, nec etiam indicium faciat.

Item de Monacho, quòd possit esse testis cum licentia Superioris in civilibus docent Crotus *de Testib. num.* 187. Bossius *de Oppositione contra testes*, num. 92. Campegius. *de Testib. regula* 94. & *regul.* 96. Maschard. *de Probation. conclus.* 1358. num. 32. & alios referens Farinac. *quæst.* 61. *ex n.* 130. ubi num. 134. ait quòd licet Religiosi non possint examinari sine Superioris licentia; examinati tamen si fuerint, valet eorum depositio, ut *suprà* dictum est de Clericis,

optimè Thom. Sanchez *in Summa. 3. part. lib.* 6. cap. 13. num. 100. & *seqq.* ubi benè explicat; & n. 108. ait, valere depositionem ejus, si recipiatur sine licentia Superioris de facto: & n. *seqq.* alias declarationes adducit; & num. *fin.* docet quòd si defectus licentiæ à parte opponatur, & adhuc ejus depositio admittatur, tunc non valebit testimonium, vide eum *ibi*, & *lib.* 6. *Consil. cap.* 5. dub. 6. & *dubio* 14. num. 2.

21 Ad numerum 20. ibi: *Et breviter, & relative dico, &c.*

Circa distinctionem, quam hic facit noster Gomez, circa fidem testium inhabilium, quò de facto fuerunt recepti, videre poteris Bernardum Diaz *in Regul.* 755. Maschardum *de Probationib. concl.* 1359. num. 10. & *concl.* 682. n. 4. Bossium *in Practic. titul. de Inquisitione*, n. 56. & 57. Clarum *in Practic. §. fin. quæst.* 34. Carcerium *in Practica, tractatu de Indiciis, & Tortura*, §. *in Textu ergo*, *ex num.* 43. Sanchez *in Consiliis Moral. lib.* 6. cap. 5. *dubio* 16. num. 4. & latissimè materiam declarantem Farin. *q.* 58. num. 44. & *quæst.* 62. *ex num.* 261. ubi n. 350. & *seqq.* agit de exceptione inhabilitatis opposita; & an, & quando impediatur examen testium? vide etiam Escobar. *de Purit. sang.* 1. *part. quæst.* 12. §. 2. & 3. & *quæst.* 13. §. 2. num. 58. & §. 4. *Quasi per totum*, & §. 3. num. 78. ubi de testibus reprobatis per sententiam.

22 Ad num. 21. ibi: *Item adde, &c.*

Testium inhabilitas quòd suppleatur ex magna fide contestium, vel ex adminiculis, ut hic resolvitur, docent Bernardus Diaz *in Regul.* 752. Tiraquell. *de Pœnis temperand. causa* 51. n. 119. & *seqq.* Anton. Gabriel *titul. de Testib. conc.* 5. num. 1. ubi alios refert, Villalobos *in suis Communibus, lit. M.* num. 142. & optimè explicat Farinac. *quæst.* 31. num. 129. & *q.* 62. *ex n.* 328. ubi latè declarat, ampliat, & limitat, eum omnino videas, & Escobar, & Thomas Sanchez *suprà*, & Cancerius, *Variar. 1. part. cap.* 20. num. 86. & 94.

Ibi: *Quæro tamen an prædicti testes inhabiles, &c.*

Quòd si veritas per alios haberi non potest, inhabiles admittuntur, & probant, ut hic resolvitur, docent Bernardus Diaz *Regul.* 259. Cancerius *in Pract. tractat. de Indic. §. in Textu ergo*, num. 31. Plotus *de In litem jurando*. §. 4. n. 22. Bossius *in tit. de Indic. num.* 161. Clarus *in Practic. §. fin. quæst.* 24. Grabiell *tit. de Testib. conclus.* 7. & plurimos suo more referens, amplians, & limitans, & declarans Farinac. *quæst.* 62. *ex n.* 50. ubi n. 28. & *seqq.* agit, quid in casu difficilis probationis; & num. 33. & *seqq.* de probatione facti nocturni, & quando testes de eo deponentes probent; & *in Consil.* 39. num. 3. Can-

cerius, *Variarum*. 1. part. cap. 20. num. 14. & seqq. Menochius de *Arbitrariis*, casu 106. numer. 6. & casu 340. num. 11. & Barbosa in *Collectan. cap. Veniens, de Testibus*, num. 11. vide etiam Escob. de *Puritat. sanguin.* 1. part. *question.* 11. & 12. Sanchez in *Consil. Moral. lib. 6. cap. 5. dub. 16.*

23 Ad num. 22. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Judicem posse repellere testes vel eorum dicta ex officio, si inhabilitas proveniat ex culpa, vel delicto ipsorum testium, secus si testes sunt inhabiles non ex culpa propria, sed favore alterius partis, ut domesticus, consanguineus, inimicus, &c. docent Carrerius in *Pract. in tractat. de Indic. & tortura. §. in Textu ergo, &c. numer. 52.* Clarus in *§. fin. quest. 24. in fin. Duenas in Reg. 383. limitat. 7.* Maschard. de *Probationib. conclus. 408. num. 20. & seqq. & conclus. 1356. n. 13. & 14.* & Aceved. in *l. 1. tit. 8. lib. 4. Recopilat. num. 13.* & latissimè Farinac. *q. 62. n. 175. & seqq. maximè 192.* ubi ampliat, & limitat, Paz in *Praxi. 1. part. 1. tom. 9. tempore, n. 8. & 9.* Cancer. *Variarum. 1. part. capit. 20. num. 24. & 27.* Sanchez *suprà, lib. 6. cap. 5. dub. 16. num. 3.*

24 Ad n. 23. ibi: *Unde cogitavi, &c.*

Testes inhabiles etiam examinati pro defensione rei, quod non plenè probent, sed faciant indicium secundum qualitatem inhabilitatis, & negotii arbitrio Judicis, ad hoc ut mitior pœna imponatur, docent Clarus in *Pract. quest. 24. vers. Item scias, & Maschardus de Probationibus, concl. 905. & 1359.* & benè Farinac. *quest. 62. num. 98.* vide etiam Barbosam in *Collectan. cap. Cum causam de Testibus, n. 12.* & Menochius de *Arbitrar. casu 587.* Tuschus *lit. T. conclus. 209. ex n. 25.* & Cancerius *suprà, n. 18.*

25 Ad n. 24. ibi: *Et dicendum est, &c.*

Testes idoneos posse cogi dicere veritatem, & testificari in Criminalibus, præterquam si testis sit de ascendentibus, vel descendantibus, vel collateralibus usque ad quartum gradum, vel maritus, uxor, socer, vel nurus, quia non compelluntur, & si compellantur, eorum depositio est nulla, dummodò veritas per alios haberi possit ut hic resolvitur, docent multi in unum congesti à Farinac. *quest. 54. ex num. 13. & q. 55. ex numer. 171. & quest. 78. numer. 116.* contra alios plures per eum relatos *n. 115.* & quamvis ipse Farinacius negativam comprobare videatur ex ejus tamen limitationibus nostri Gomez. opinio fulciri potest; ait enim *n. 124.* quod si veritas aliter haberi non potest, poterunt cogi testes ad testificandum, ut *ibi* probat ex multis; & *n. 126.* addit quod si testes se subtrahunt à testimonio, gratia, odio vel timore, & de hoc pos-

sit constare, tunc cogi possunt; ut docet ex aliis pluribus ipse Farinacius *dist. quest. 78. n. 128.* & vide etiam Barbosam in *Collect. cap. 1. & 3. de Testibus cogendis*, ubi plures refert, & Tusch. *lit. T. conclus. 225. & 226.* Sanchez in *Consil. lib. 6. cap. 5. dub. 17.* & latissimè Scaccia de *Judic. l. 2. cap. 10. per totum, & cap. 8. l. 2. numer. 279.* ubi de muliere, Cancer. *l. 1. cap. 20. ex n. 74.* & Post. de *Manuten. observat. 39.* ubi aliqua specialia advertit.

Ibi: *Et si de facto, &c.* vide Farinacium *dicta quest. 78. ex num. 1.* Sanchez *ubi supra.*

26 Ad num. 25. ibi: *In quo articulo magis traliter & resolutivè dico, &c.*

Ex præsumptionibus reum non posse condemnari, quamvis sint violentæ, nisi præsumptio esset à lege determinata, & approbata, ut resolvit Gomez. docent plures relati, & secuti à Tiraquel. de *Pœnis temperan. caus. 27.* Boer. *decis. 161.* Clarus in *§. fin. quest. 20. ex num. 8.* Maschard. de *Probat. conclus. 1221. num. 55.* & latissimè Farinac. *quæs. 50. num. 37. & seqq. & quest. 36. num. 36. & quest. 86. per totam,* & alii apud Cened. in *Collectan. 62. num. 4.* quos vide, & Menoch. *casu 239. & 362. num. 20. & cas. 536. in fin.* Mantic. de *Conject. lib. 1. tit. 2.* Avendan. in *Diction. verb. Præsumption.* Sarmient. *Select. lib. 1. capitul. 1.* iterum Farinac. *quest. 40. num. 15. & consil. 58. & 60. in Addition. litt. K. & in cons. 75. in Addition. & consil. 78. etiam in Addit. & cons. 82. & decis. 60. lib. 1. in Addition.* Thom. Sanchez in *Cons. moral. lib. 3. cap. unic. dub. 12.* ubi latè per conclusiones declarat, Matienz. in *Dialog. 3. part. cap. 30. num. 5.* Morlan. in *Emporio, titul. 12. quest. 1.* Escobar de *Puritate sanguin. quest. 8. §. 1. ex num. 5.* & latè Barbos. in *leg. 2. part. 1. ff. Solutio matrim. num. 61. & 76. usque ad 94.* & novissimè Matienzum Juniolem in *Repetit. ad text. in cap. Affert, de Præsumpt.* qui omnes latissimè explicant materiam hujus resolutionis; & text. in *dist. cap. Affert,* (ubi etiam Barbos. in *Collectan.* latè) & Aceved. in *l. 4. tit. 6. lib. 8. num. 51.* apud plerosque autem magis obtinuit, pœnam ordinariam imponi non posse ex præsumptione violenta, sed mitiorem; ut docent Cevallos, *quest. 337.* qui alios refert, Giurb. *Consil. 43. numer. 22.* Gratian. *Regul. 374. & 385.* vide etiam Farinac. *Consil. 99. num. 30. & consil. 100. num. 37.* & Neguerol. *Allegat. 12. num. 68. 81. & 180.* & D. Larream *Allegat. fiscal. 66.* ubi explicat quando sufficiant indicia ad pœnam ordinariam.

27 Ad numerum 26. ibi: *Et certè videtur quòd non, &c.*

Si unus tantum testis adsit, & similiter indicium, vel semiplena probatio diversi generis, vel

tan-

tantum sint plura indicia, quod hoc non sufficiat ad condemnationem in criminalibus, præterquam si præsumptiones sint liquidissimæ, & à lege approbatæ, sed tantum ad torturam procedi debeat, resolvit noster Gomez & comprobant Bossius in *tit. de Convictis*, num. 23. Menochius de *Præsumpt. lib. 1. quæst. 92. & 97.* Clarus in *§. final. quæst. 63.* Antonius Gabriel in *tit. de Probat. conclus. 1. num. 23. & 26.* Covar. de *Veter. numism. collat. cap. 8. num. 4.* Mascard. de *Probationib. conclus. 459. num. 7.* Barbos. in *l. 2. part. 1. ff. Solut. matrimon. ex num. 81.* Peguer. *Decis. crimin. 17. num. 4.* Sanch. *lib. 6. Consil. cap. 3. dubio 12. num. 5.* & plures referens Farinac. *quæst. 47. ex num. 80. & quæst. 86. ex num. 20. & consil. 78. in Addition. litt. C. & consil. 82. & 115.* & Bolanus in *Curia Philippica*, 3. part. *§. Prueba*, Parlador. *Different. 138.* Pichardus in *Repet. leg. Gallus, §. Ille casus*, cap. 15. num. final. Noguero. *Allegat. 26. ex num. 80.* D. Larrea, *Allegat. 48. num. 19. & 20.* Escobar de *Puritate sanguin. 2. part. quæst. 6. §. 5. & 6.*

Et adde quod in criminalibus testes non possunt dari pro ratificatis, ut docent Avendañus *Respons. 11. num. 5.* Simanchus de *Catholicis Institut. cap. 62. num. 38.* Dueñas, *Regul. 23. limitat. 1. Paz in Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 9. num. 4. & seqq.* Pichardus in *Manuduction. 3. part. §. 3. num. 22.* Bolanus in *Curia Philip. 3. part. §. Prueba*, num. 3. quod plerique intelligunt in casibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, & Avilès de *Syndic. cap. 3. verb. El descargo*, qui etiam concludunt termino probatorio non posse renunciari.

28 An publicatis attestationibus testes possint examinari in Criminalibus, vide Gregorium in *leg. 37. titul. 16. part. 3.* Matienz. in *Dialogo*, 3. part. *cap. 49. num. fin.* Hermosilla, *l. 56. tit. 5. part. 5. glossa 6. num. 72. & 73.* Gutierr. *lib. 1. quæst. 70.* Barbosa in *Collectan. cap. 35. de Testib.* Cancerius, *part. 1. cap. 20. num. 43.* & vide *infra, cap. 13. num. 34. & 35.* & Pareja optimè de *Instrument. edit. titul. 6. rosol. 3. ex num. 73. & num. 68.*

29 Item an Judex possit judicare secundum allegata, & probata contra veritatem sibi notam? vide Thom. Sanchez in *Consil. l. 6. cap. 1. dub. 7. 18. & 19.* post Covarrub. *lib. 1. Variar. cap. 1. ex num. 4.* Aceved. *l. 10. titul. 17. lib. 4. Recopil. num. 117.* & alios relatos ab ipso Thom. Sanch. Diana, *tom. 5. tractat. 4. resolut. 22.* D. Larrea *Allegat. 48. num. 7.* Scaccia latè, *glossa 14. in tract. de Re judic. quæst. 8.* & Hermosilla in *l. 56. tit. 5. part. 5. num. 33. & 34. glossa 7.* & Escobar de *Puritate sanguin. part. 2. quæst. 9. §. 1. num. 29. & seqq.* ubi benè expli-

Tom. III.

cat, Cenedus *Collect. 101. ad Decretales, numer. 11.*

30 Item adde, an Judex laicus inconsulto Episcopo possit exhumare corpus occisi, ut constet de corpore delicti? in quo Bobadilla in *Politica, lib. 3. cap. 15. num. 93.* affirmativam tenet: Sed contrarium verius docet, Diana, *tom. 9. tract. 7. resolut. 64.*

31 Item, an quis teneatur revelare crimen alterius, & quando? vide *suprà, cap. 1. num. 92. & cap. 2. num. 9. & 10.* & Cenedum in *Collectan. ad Decretales, Collectan. 101. ex num. 3.*

C A P U T XIII.

De Tortura & qualiter ad eam sit deveniendum.

S U M M A R I U M.

- 1 An sit justum torqueri delinquentem?
- 2 An possit imponi torturæ in omni causa, & delicto?
- 3 Quæ personæ non possint torqueri?
- 4 Persona quæ non possit torqueri an possit terri?
- 5 Qualiter tormenta debeant dari?
- 6 Si reus in tortura decesserit, vel membrum amiserit, an judex puniri debeat?
- 7 Testis de visu, an sufficiat ad torturam?
- 8 Confessio extrajudicialis, an sit sufficiens ad torturam?
- 9 An confessio pœnitentialis coram Sacerdote facta sufficiat ad torturam?
- 10 Fama an sit indicium ad torturam?
- 11 Inimicitia an sit sufficiens indicium ad torturam?
- 12 Si res subrepta reperiatur penes aliquem, an sit sufficiens indicium ad torturam?
- 13 Si post furtum commissum vicinus qui erat pauper reperiatur dives, an sit sufficiens indicium ad torturam?
- 14 An sit indicium ad torquendum eum qui prius dicit invenisse occisum?
- 15 Si non apparet à quo homo sit occisus, & coram aliquo sanguis interfecti effluxit, an sit indicium ad torturam?
- 16 An dictum vel confessio defuncti contra reum probet, vel faciat indicium?
- 17 An dictum vel confessio defuncti valeat & aliquid operetur in favorem rei?
- 18 Qualiter probetur indicium?
- 19 Quando, & in qua parte processus debeat adhiberi tortura?

- 20 An, stantibus legitimis probationibus, possit adhiberi tortura?
- 21 An debeat dari copia indiciorum ipsi reo?
- 22 An tortura debeat peti per partem, vel iudex teneatur eam de necessitate adhibere?
- 23 An à tortura possit appellari?
- 24 Si reus confiteatur in tormento, an requiratur postea ratificatio?
- 25 Si reus est tortus non præcedentibus legitimis iudiciis; si confiteatur, & postea sequatur ratificatio, an possit condemnari?
- 26 Si reus accusatus fuit legitimè tortus, & negavit, an possit iterum torqueri?
- 27 Si reus tortus est, & confessus, & non ratificavit confessionem, sed eam revocat; & iterum tortus confitetur, & ratificatione eam negat, quid in hoc faciat iudex?
- 28 Si reus semel vel pluries tortus negavit, an iudex debet eum diffinitivè absolvere.
- 29 Testis quando possit pro eruenda veritate torqueri?
- 30 Iudex qualiter pronuntiabit sententiam in criminalibus?
- 31 An & quando à sententia diffinitiva in causa criminali licet appellare?
- 32 Si in casibus, in quibus non licet appellare, reus appellavit, & iudex admisit appellationem ex ignorantia juris, an possit postea sententiam executioni mandare?
- 33 Quo tempore possit reus accusatus probare innocentiam & defensionem suam?
- 34 An in criminalibus possit iudex recipere testes in qualibet parte litis ad offensum & punitionem rei?
- 35 An sententia diffinitiva, quæ transivit in rem iudicatam, sit statim mandanda executioni?
- 36 An & quando sententia quæ transivit in rem iudicatam possit revocari?
- 37 Mulier prægnans an possit condemnari ad mortem?
- 38 Per indulgentiam & remissionem principis an liberetur quis à morte?
- 39 Restitutus per principem an recuperet bona sua confiscata.

Item principaliter quæro: Quando deveniendum sit ad torturam? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico, quòd sit plenè est probatum delictum legitimis modis, de quibus

suprà, reus accusatus vel inquisitus debet diffinitive condemnari, si verò nihil contra eum est probatum, diffinitivè debet absolvi. Si verò semiplene est probatum, vel probatum sit aliquod indicium, quòd est minus (A) quàm semiplena probatio, ut est Glossa singularis & unica, juncto textu in leg. Cum probatio. ff. de Probat. quam ibi summè notant & commendant Bald. & communiter DD. & reputat singularem Paul. Alexand. & Moderni in leg. 2. §. Si absens. ff. Si ex noxali causa agat. potest, & debet torqueri pro eruenda & indaganda veritate; & isto casu propriè habet locum tortura: textus est in leg. 1. & per tot. ff. de Quæstion. textus in leg. 1. & per tot. Cod. eodè titul. Et quia materia est necessaria, & periculosa, volo eam perfectè, & utiliter attingere.

1 Et in primis videtur, quòd iniquum & injustum sit, quòd homo liber torquatur, & dilaceretur pro eruendo delicto in casu dubio & incerto: quia fortè dolore & tormento confitebitur contra veritatem quòd non fecit; maximè, quia illo tempore non videtur compos mentis, nec in plenitudine intellectus, argumento textus in leg. Si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de Adult. textus in leg. 1. §. Quæstioni fidem. ff. de Quæst. ibi: Alii tanta sunt impatientia, ut in quovis mentiri, quam pati tormenta velint, & ita in aliquibus regnis & locis non potest per iudicem in delictis imponi tortura; ut in regno Aragonensi, & similibus. Sed sustinendo jus commune dico, quòd imò est justum & rationabile pro bono publico, ne delicta remaneant impunita: quia aliàs, cum regulariter delicta fiant occultè, vix posset veritas cognosci, & daretur materia delinquendi, & sequeretur maximum præjudicium reipublicæ. Confirmatur etiam, quia tortura semper datur præcedentibus iudiciis, & sic videtur justa. Item etiam, quia requiritur ratificatio confessionis postea ex intervallo liberè, & sine tormento.

2 Unum tamen est: Quòd non semper, nec in omni causa & delicto debet imponi tortura; sed tantùm in atroci & gravi, ex quo veniat imponenda pœna mortis, vel saltem corporalis: secus autem est in causa vel delicto levi, ex quo non veniret imponenda pœna mortis, nec corporalis, sed tantùm pœna exilii, vel pecuniaria; quia tunc major pœna esset tortura, quàm illa quæ debet imponi pro delicto: ita probat textus notabilis in l. Edictum, vers. 1. ff. de Quæstion.

cu-

(A) Idem jam supra affirmavit, cap. præced. num. 1. versic. Advertendum tamen, quòd etiam affirmat Cornel. consil. 101. littera L. lib. 2. &

consulendus Julius Clarus, qui optimè indiciorum gradus discernit in Practic. §. ultim. quæstion. 40. in princip.

cujus verba sunt: *Quæstiones nec semper in omni causa, & persona desiderari debere arbitror, &c.* & ibi notant & commendant omnes DD. & per illum text. ita tenet Angel. de Perus. in leg. fin. Cod. eod. tit. 2. column. num. 4. & ibi alii DD. Paris de Puteo in tract. Syndic. in part. viso de Indiciis, & c. column. 1. in fin. Gandin. in tract. Malef. rubr. de quæst. & torment. vers. Ex quibus causis torqueatur, Franc. Brun. in tract. de Indiciis & tortura, part. 2. quæst. 3. Paul. Grilland. in tract. de Quæst. 5. quæst. princip. Et talis quæstio vel torturâ est inquisitio, & indagatio veritatis per tormenta, & corporis dolorem suspecti, vel infamati: & ita probat textus in leg. Item, apud Labeonem, §. Quæst. ff. de Injuriis, text. in leg. 1. §. Quæst. ff. ad Syllan. & per ista jura ita tenet Azo. in Summ. Cod. de Quæst. column. 1. num. 1. Cynus in Rubr. eod. tit. 1. quæst. & ibi Salycet. & alii DD. Joann. Andr. in cap. Cum in contemplatione, de regul. juris, 2. column. quæst. 1. & ibi Abbas & communiter DD. Hippolyt. de Marsil. in Rubr. ff. de Quæst. Gandin. in tract. Malefic. in rubr. de quæst. & tormentis, 1. quæst. Bonif. in tractat. Malefic. in rubr. de Quæst. 1. quæst. Franc. Brun. in tract. de Indiciis, & tortura, 2. part. quæst. 1. Guido de Suza in tract. de Indiciis, & tortura, column. 1. versic. Quid est, quæst. Paul. Griland. in tract. de Quæst. & tortur. 1. quæst. Bald. de Perus. in tract. de Quæst. column. 1. & idem probat, lib. 1. tit. 30. part. 7.

3 Item adde, quòd regulariter omnis ille potest torqueri, qui non reperitur prohibitus: Ita probat text. in leg. 1. ff. de Quæst. juncta Gloss. ordinaria & communi opinione. Prohibitus autem reperitur minor quatuordecim annorum: Quod intellige, ut non torqueatur eo modo & forma qua majores; sed benè potest terreri, vel ferula cædi, vel alio genere tormentorum leviter torqueri, cujus ratio est: quia sicut non est capax delicti, quoad totaiem pœnam, ita non est capax gravis torturæ: textus in leg. 1. §. Impuberi, ff. ad Syllan. cujus verba sunt: *Impuberi autem utrum in supplicio tantum parcimus, an verò etiam in quæstione, & magis est, ut de impubere nec quæstio habeatur, aliàs solet in hoc usu observari, ut impuberes non torqueantur, terreri tamen solent, & habena vel ferula cædi, & communiter DD. text. in leg. Excipiuntur, eodem tit. textus in leg. Minore, ff. de Quæst. cujus verba sunt: De minore 14. annorum quæst. habenda non est, & ibi Glossa ordinaria Bartol. Alber. & communiter DD. Item reperitur prohibitus senex, qui propter decrepitam ætatem verisimiliter non posset pati torturam: ita probat textus in leg. Si quis in gravi, §. Ignoscitur, ff. ad Syllan. cujus verba*

Tom. III.

sunt: *Ignoscitur etiam his, qui ætate defecti sunt: textus in leg. Quæstionis modum, ff. de Quæstion. & ibi communiter DD. & in expressò ita tenet Joann. Andr. in cap. Cum in contemplatione, de regul. jur. column. 3. vers. Non torquetur etiam senex, & ibi alii DD. Gandin. in tract. Malefic. in rubr. de quæst. & torment. in quæst. illa, an testis possit torqueri? Angel. de Malefic. in part. fama publica præcedente, vers. Sexto quæro, Bonifac. in tract. de Malefic. in rubr. de quæstion. & torment. Guido de Suza in tract. de Indiciis & tortura, column. 2. Hippolyt. de Marsil. in leg. Edictum, ff. de Quæst. column. 2. Adde tamen, quòd leviter, & tali tormento quod cadere possit in se, benè posset torqueri: argumento eorum quæ diximus in minore. Et confirmatur, quia propter senectutem moderatur pœna delicti, non tamen in totum tollitur; ut suprâ suo loco dixi: Ergo similiter in totum non excusatur à tortura: sed genus & modus moderatur: & in terminis ita tenet Paul. Griland. in tract. de Quæstion. & tortur. quæst. 6. column. 2. Item reperitur prohibitus miles, & omnes descendentes ejus: textus est in leg. Milites, Cod. de Quæst. cujus verba sunt: *Milites, nec tormentis, nec plebejorum pœnis causis criminalibus subungi concedimus, & ibi Glos. ordinaria: text. in leg. 3. §. 1. ff. de Re militari, & ibi etiam communiter DD. Item reperitur prohibitus Doctor, & similiter omnes descendentes ejus: argumento textus in dict. leg. Milites, Cod. de Quæst. & ibi tenent Cyn. Alber. Fab. & communiter DD. Item reperitur prohibitus decurio, & descendentes: text. in leg. fin. Cod. Decurionib. text. in leg. Div. Marco, vers. final. Cod. de Quæst. text. in leg. Decuriones, eod. tit. & utrobique communiter DD. Item reperitur prohibitus ille qui est positus in magna dignitate, ut illustris, clarissimus, & similis: text. est in leg. Severam, Cod. de Dignit. lib. 12. cujus verba sunt: *Severam indagacionem per tormenta quærendi à clarissimo homine summovemus. Ex quo patet, quòd homo positus in inferiore dignitate potest torqueri, & non excusatur. Item hodie in nostro regno reperitur prohibitus nobilis, qui vulgò vocatur Hidalgo: ita disponit lex 4. tit. 2. lib. 4. Ordin. & ita communiter practicitur. Item reperitur prohibita mulier prægnans, propter periculum partus: text. est in leg. Prægnantis, ff. de Pœnis, cujus verba sunt: *Prægnantis mulieris consumendæ damnata pœna differtur, quoad pariat: Ego quidem & ne de ea quæstio habeatur scio observari, quamdiu prægnans est, & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Bart. Alber. & communiter DD. Quod extende & declara, ut servetur & non possit torqueri etiam post partum infrâ tempus, in quo est debilis ad tortu-****

Ll 2

ram

;

ram; quia alàs possit faciliter sequi mors: ita tenent & declarant ibi Bart. Alb. & communiter DD. post Dyn. quod relinqueretur iudicis arbitrio. Et omnes prædictas personas prohibitas torqueri ponit lex notabilis partitæ 2. titul. 30. part. 7.

Item adde, quòd in crimine læsæ majestatis divinæ, vel humanæ benè possunt torqueri istæ personæ prohibitæ & privilegiatæ: textus est in leg. 3. & 4. Cod. ad leg. Juliam Majest. text. in leg. de Minore, ff. de Quest. text. in leg. Proditores, ff. de Re milit. & utrobique Glos. ordinaria, & communiter DD. Quod tamen intelligo, quando non possunt torqueri propter dignitatem, & privilegium personæ: secus verò, si propter ætatem, senectutem, vel propter periculum partus, vel debilitatem personæ; quia tunc non possunt torqueri etiam in istis criminibus, vel aliis exceptis, quia semper militat & habet locum eadem ratio prohibitionis: & ista est necessaria declaratio hujus articuli

4 Item etiam circa hoc utiliter & necessariò quæro, an prædictæ personæ, quæ non possunt de jure torqueri, possint terreri? Et videtur quòd sic, argumento text. in leg. 1. §. Impuberi, ff. ad Syllan. ubi habetur, quòd licèt minor non possit torqueri, potest tamen terreri, vel ferula cædi: text. in leg. Nec quicquam, §. de Plano, ff. de Offic. procur. & legat. text. in leg. 1. §. Cognoscitur, ff. de Offic. præfer. vigil. ubi permittitur iudices subditos terreri, & graviter comminari: & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Plat. per prædicta jura in leg. Severam, Cod. de Dignitatibus, lib. 12. column. 1. in medio. Ex quo infert quòd licèt illustris vel clarissimus in dignitate non possit torqueri; potest tamen terreri: & ita practicatur per iudices hujus regni contra nobiles habentes hoc privilegium: idem etiam tenet Bald. in leg. 2. Cod. Quorum appell. non recip. 2. col. & 2. notab. idem Bald. in leg. 1. Cod. de Locato, & conduct. 1. col. & 1. oppos. Paris de Put. in tract. Syndicatus, in part. de Repet. tortur. fin. col. Confirmatur etiam per text. notabilem in proposito in cap. Affert, de præsumpt. ubi disponitur, quòd licitum est iudici causa veritatis indagandæ aliquid simulare vel fingere, quod in veritate facere non intendit; sicut fecit Rex Salomon, qui fingebat infantem dividere velle inter mulieres de eo contententes: & ad hoc illum text. notat & commendat ibi Abb. Panniorm. 1. col. 2. notab. ubi formaliter dicit, quòd

possunt iudices facere reum duci ad locum tormenti ad terrorem inducendum pro eruenda veritate, licèt non habeant animum nec voluntatem torquendi: & illum etiam text. ad hoc notat & considerat Bart. in leg. de Minore, §. Plurimum, ff. de Quest. 1. col. num. 2. ubi etiam facit text. in quantum dicit, quòd pro eruenda veritate in causa criminali subtilis cognitio debet adhiberi: probat etiam text. in leg. Non fui, ff. de Dolo. Sed in contrarium facit: quia de jure paria sunt tortura actualis, & terror, vel comminatio ejus, quando est propinqua actui: ita probat text. notabilis in leg. Novissimè, vers. Quidenim, ff. Quod falso tutore auctor. ubi habetur, quòd excusatur quis, quando fecit actum compulsus, vel timore compulsionis, cujus verba sunt: Quid enim si compulsu aut metu ne compelleretur auctoritatem commodare, nonne debet esse excusatus? & ad hoc notat & commendat ibi Bald. dicens, quòd alibi ita benè non reperitur; & infert in propriis terminis, quod paria sunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum; & quod confessio non valebit sine ratificatione, & perseverantia: & sequitur ibi Raphael Cuman. & per illum text. idem tenet Bald. in leg. Interpositas, Cod. de Transact. 2. col. num. 6. tenet etiam Gandia, ubi allegat bona jura in tract. Malef. in rubr. de Quest. vers. Quæ confessio dicatur facta formidinis tormentorum. Angel. de Aretio in tract. Malef. in part. fama publica præcedente, vers. Postquam aliquis est captus, Hippol. de Marsil. in leg. 1. ff. de Quest. 8. col. num. 25. idem Hippol. de Marsil. in sua Pract. §. Expedita, 1. & 2. col. Confirmatur ratione: quia prohibito aliquo in genere, videbitur prohibita quælibet ejus species, (B) & omne illud per quod pervenitur ad illud: text. est in l. Oratio, ff. de Sponsal. text. in leg. cum lex, ff. de Fidejussor. text. in leg. Quod delictum, ff. de Pactis, cum similib. ergo, &c.

Ego tamen in hoc articulo pono novissimam & singularem concordiam, scil. quòd aliquando quis non potest torqueri propter ætatem, seu debilitatem corporis; ut minor, vel senex; & tunc possit terreri: quia in eo benè cadit tortura; sed debet esse levis, & cum moderamine, secundum qualitatem ejus: ergo benè poterit terreri. Et ita debet procedere, & intelligi text. in dict. leg. 1. §. Impuberi, ff. ad Syllan. Aliquando quis non potest torqueri, beneficio alterius; ut mulier prægnans, propter periculum partus; & tunc non potest terreri; quia ex terrore & comminatio-

(B) Et hæc regula, quæ vulgò non inutiliter teritur, observata ac diligenter inculcata à Dec. num. 33. Claud. ult. vers. in leg. 2. ff. de Jurisd. om. jud. Jason. in leg. Si stipuler, num. 4

ff. de Verbor. oblig. Hippolyt, in Practic. §. Pro complemento, num. 4. pag. mihi 142. Dec. rursus in cap. Juravit, num. 2. de Probat.

tione posset sequi abortus, & sic est eadem ratio. Aliquando quis non potest torqueri, privilegio & dignitate suæ personæ; ut miles, vel nobilis: & tunc non potest terri; quia eadem est ratio, per fundamenta superius allegata. Quod tamen intelligo, quando terror & comminatio torturæ est realis, & propinqua actui, quia reus accusatus vel inquisitus erat ligatus, vel nudatus propè tormentum: secus verò si est verbalis; quia illa benè posset cuilibet indistinctè fieri; & tunc, si prætextu ejus confitetur, valeret confessio tanquam spontanea & sine tormentis adhibita: quia jura quæ dicunt & probant, quòd paria sunt tortura, & terror vel comminatio ejus, debent intelligi, quando est propinqua actui & tormento; secus verò si remota, quia reputatur levis, & non nocet: Ita probat text. singularis in leg. Item apud Labeonem, §. Quæstionem. ff. de Injur. cujus verba sunt: Quæstionem intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem, nuda ergo interrogatio, vel levis territorio, non pertinet ad hoc edictum, & ibi Glos. ordinaria, & communiter DD. text. in leg. Metum, la 2. ff. Quod metus caus. text. in leg. Metum, Cod. eod. tit. text. in leg. 3. ff. Ex quibus caus. majores, & utrobique DD. & in expressò ita tenet & declarat Bart. in leg. 1. §. Divus Severus, ff. de Quæstionib. col. 1. num. 2. Gandin. in tract. de Quæstionibus, vers. Quæ confessio dicatur facta formidine tormentorum.

Et in tantum est verum, quòd istæ personæ privilegiatæ non possunt torqueri, nec terri; quòd, etiam si de facto torqueantur, vel terreantur, & confiteantur delictum, & sequatur ratificatio, illa confessio etiam ratificata non nocet eis, ut ex ea possint condemnari: quia talis tortura fuit nulla, & contra juris ordinem & dispositionem: ergo similiter confessio, & quidquid sequitur ex ea: argumento text. in leg. Non dubium, Cod. de Legib. text. in leg. 3. §. Scio, ff. de Minorib. text. in leg. fin. ff. de Constit. pecun. text. in leg. Mulier, la 2. Cod. ad Velejan. textus in leg. 1. §. Div. Anton. ff. de Quæst. text. in leg. unius, §. Servo, eod. tit. & in expressò per ista jura ita tenet Platea in leg. Severam, Cod. de Dignitatibus, lib. 12. in fin. Bald. in leg. Imperator,

la 2. ff. de Stat. homin. col. 1. num. 3. Hippol. de Marsil. qui valde commendat in leg. Edict. ff. de Quæst. fin. col. num. 17. idem Hippolyt. in sua Pract. §. Expedita, 6. column. num. 46. Pro qua sententia & conclusione in propriis terminis facit textus singularis, juncta Glossa ordinaria, in leg. pen. ff. de Quæst. ubi habetur, quòd confessio accusati, vel inquisiti, facta in tormentis, non præcedentibus indiciis, est nulla, etiam si postea sequatur ratificatio.

5 Item quæro: Quæ sunt genera tormentorum? In quo articulo dico, quòd non reperiuntur à jure decisa; sed sunt arbitraria, & judex potest imponere genus tormenti, quòd sibi videatur attenda qualitate personæ, & indiciorum. Et cautè & prudenter faciat judex, qui insolita & inconsueta tormenta non imponat; sed tantum illa quæ magis sint in usu, & practica, & communiter in nostro regno est in usu & imponitur à iudicibus tormentum cordæ & aquæ.

Item etiam quæro: Quis modus vel tempus debeat adhiberi in tortura? Et breviter respondeo, quòd certa & determinata forma non potest dari, nec reperitur in jure expressa; sed generaliter datur talis regula, & doctrina, quam iudices habeant præ oculis, scilicet, quòd tortura debet adhiberi cum moderamine, secundum qualitatem personæ, delicti, indiciorum, & temporis; ita ut verisimiliter reus totus remaneat salvus, & illæsus, & non perdat vitam, nec aliquod membrum: text. est formalis & expressus in leg. Quæstionis modum, ff. de Quæst. cujus pueria verba sunt: (Quæstionis modum magis est iudices arbitrari oportere: itaque quæstionem haberi oportet, ut servus salvus sit innocentia, vel supplicio). & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alber. & communiter alii DD. text. in leg. de Minore, §. Tormenta, eod. tit. ibi, sed ut moderatæ rationis temperamenta desiderant. Et ideo (C) clamandum est contra iudices severos & crudeles, vanam & inanem gloriam affectantes, & propter hoc majora officia in republica appetentes; qui nova genera tormentorum miseris reis imponant, & moderatum modum à jure dispositum excedunt, & ex hoc sæpè vitam aut membrum amittunt, vel ita remanent deoilitati; quòd in perpetuum

(C) Vix unquam certè sua pro dignitate reprehendi, atque etiam diris devoveri iudices illi potuerunt, qui vel noxa & insolentia quæstionum seu tormentorum genera commiscuntur, vel diutius acriusque accusatos reos tormentis vexant, quàm jus fasque disertè exposuit: Et quid enim crudelius, atrocius, & ab omni jure & ratione magis alienum, quàm sub veritatis eruendæ prætextu miseros homines novis & horrendis

modis dilaniare, & ad ea, quæ nunquam patrarunt, nunquam dixerunt, nunquam vel cogitatione ipsa comprehenderunt, confitenda adigere ac perducere? Quis enim non potius semel atque uno veluti temporis atomo, & vitæ finem quocumque modo imponere, teratam horum verius lanionum quam iudicum tyrannidem effugere, quàm se sub mille mortibus vivum discerpi eligat? arbitror equidem & id genus iudices (si tam

tuum sunt inutiles, ut experientia docet, & plures casus contingunt & videntur, & aliquos ponit Hippol. in sua *Pract.* §. *Expedita*, antep. col. num. 86. & in rubr. de *fidejussor. pen. col.*

6 Juxta quod tamen necessario quæro: Si reus tortus in tortura decesserit, vel membrum amiserit, vel maximum damnum & læsionem acceperit, an judex teneatur, & qualiter puniatur? Et breviter & resolutivè dico, quòd si judex eum torsit dolosè, & hoc possit constare; teneatur pœna mortis, vel saltem deportationis. Quod declaro isto modo: nam si mors sequatur, teneatur pœna mortis; si verò membri abscissio sequatur, vel alia corporis læsio, puniatur pœna deportationis; quæ hodiè cum non sit in usu, erit arbitraria. Et idem est, quando sine tortura eum dolosè diffinitivè condemnaret ad pœnam mortis, vel corporalem, vel appellationem, vel justam defensionem innocentia non admisit: text. est singularis & unicus in *leg. pen. vers. fin. ff. ad leg. Jul. repetundarum*, cujus verba sunt: *Quid enim si hominem necandum pecuniam acceperint, vel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant, capite plesti jubent, vel certè in insulam deportari;* & ibi notant & commendant Bart. & communiter DD. & reputat singularem & unicum Bald. in *l. Præbyteri*, la 1. *Cod. de Episc. & Cler.* 2. col. n. 10. licet corruptè alleget; reputat etiam mirabilem idem Bald. in *leg. unica, Cod. Ex delictis defunctorum, pen. col.* notat etiam & commendat idem Bald. in *leg. Observare*, §. *Proficisci*, *ff. de Off. Procons. & legat.* 1. & 4. col. idem Bald. in *leg. Si quis filio exheredato*, §. *Hi autem omnes*, *ff. de Injust. rupt. & ibi Paul. de Castr. & alii DD. Paris de Puteo in tract. Syndicat. fol. 84. versic.*

Quidam judex, facit etiam bonus text. in *leg. 1. §. Præterea*, *ff. ad leg. Corn. de sicar.* textus in *leg. 4. eod. tit.* text. in *leg. 1. & per totum*, *ff. Quod quisque juris*, quam ad hoc allegat & considerat Bald. in *Rubr. Cod. de Pœna judicis, quæ malè judic.* 1. col. num. 6. text. in *leg. Filiusfam. ff. de Judic.* Hodie tamen in nostro regno deberet Judex puniri isto casu eadem pœna, qua reus punitus fuit: ita disponit *lex 4. tit. 3. part. 7. & lex 24. tit. 22. part. 3.*

Si verò judex non torsit eum dolosè, sed culpabiliter, quia excessit modum torturæ; tunc tenetur pœna arbitraria, secundum modum culpæ, argumento textus in *leg. Si adulterium cum incestu*, §. *Imperatores*, *ff. de Adulter. & in leg. Item apud Labeonem*, §. *Quæstionis verb.* *ff. de Injur.* Si verò licitè & justè judex eum torsit, præcedentibus indiciis, & cum moderatione, & forma juris servata; nullo modo tenetur, nec aliqua pœna debet puniri; quia licitè & justè fecit lege permittente, argumento textus in *leg. Gracchus*, *Cod. de Adulteriis*, textus in *leg. Aut damnum*, §. *Hostes*, *ff. de Pœn. & ibi communiter DD.* Ex quo inferitur, quòd nullo casu erit hodie in aliquo necessaria nec utilis illa communis practica, qua judices tempore tormenti utuntur, dicendo, & protestando, *reum veritatem confiteri; aliàs, si mors, vel quodlibet aliud damnum sibi contingat & sequatur, judici non imputetur, sed ipsi reo:* Tamen practica non est reprobata, nec propter hoc repellenda; cum præjudicium ex hoc non sequatur, imò potius admonet & incitat reum veritatem dicere & confiteri. In dubio tamen non est præsumendus dolus, culpa, vel excessus in judice; sed adversario alleganti incumberet onus probandi: quia (D) pro officio ju-

tam præstabile, ac tam divinum dignitatis exaggeratæ nomen effectus iis hominum umbris, nec enim vel homines dici, ducique debet, attribui potest tum falsi, tum homicidii criminibus frequentissimè obnoxios fieri: dum falsa pro veris enunciari cruciatibus cogunt, & vel innocentes reos, vel innocentium loco habendo justissimè trucidant, nec illis profecto aliam imponendam pœnam, existimo, quàm illam, quam Perillo horum planè simili Phalarides hac in re justissimus imposuisse fertur; videbis porro hac itidem de re, & de tota hujusce capitis materia Julium Clar. in *Pract.* §. *ultim. quæst. 64. per tot.*

(D) Præsumptionem hanc pro judicibus probat vulgaris ad id text. in *leg. 2. ibi: quòd non arbitramur*, *Cod. Civitat. judic.* quem afferunt Jas. in *leg. Una*, num. 12. *Cod. Ut omnes jud.* Ludov. Gomez in §. *Ex malef. num. 7. Instit. de Act.* Hippol. in *Pract. crimin.* §. 1. num. 98. Ferrar.

Caut. ultim. col. ad fin. Alciat notabiliter *reg. 3. præ. 9.* Conferunt quæ superiùs observavi, judicem & dici, & duci debere virum bonum. Intellige tamen, huic præsumptioni neutiquam locum fore, ubi contrarium per evidentiam facti appareat: quòd verè tradit Hippolyt. *sing. 438. ad fin.* vel cum aliter contrarium ostenderetur, ut asserit cum Alciat. vir doctissimus & præceptor mihi charissimus Arius Pinel. in *leg. 2. part. 2. cap. 2. in fin. Cod. de Resc. vend.* quin & Theophilus gravissimus juris paraphrastes, in §. *Prætorum*, *Instit. de jur. nat. gent. & civili*, pag. 12. luculenter inquit magistratus multis hæerere, & relinqui posse suspicionibus, caveant igitur in hac tormentorum materia, judices, & potius clementiæ, pietatisque nomen induant, quàm vanam severitatis specie ducti illos imitentur, de quibus supra proximè verba feci.

judicis præsumitur : argumento textus in l. *Dolum. Cod. de Dolo*, & eleganter, §. *final. ff. eod. tit. textus in leg. Herennius. §. Caja. ff. de Evict.* textus in leg. *Si eo tempore. ff. de Peculio cum similib.* Optimum tamen consilium est, quòd tabellio, vel notarius adhibitus ad torturam, scribat, & ponat in actis & processu modum & qualitatem torturæ, & omnia alia particularia quæ in ea interveniant, ut postea possit apparere & constare, an intervenit aliqua culpa vel excessus ex parte judicis, vel non: Et ita communiter fit & servatur à peritis tabellionibus, & notariis. Et in expressò istam sententiam & resolutionem licèt non sic fundatam, ponit Bartol. in leg. *Quæst. modum. ff. de Quæst.* & ibi Alber. & communiter DD. præcipuè Hippolyt. de Marsil. penult. col. Cyn. Alber. Angel. Salycet. & alii DD. in leg. *Gracchus. ff. de Adult.* Bald. Angel. & communiter DD. in leg. 3. eod. tit. Idem Angel. notabiliter & meliùs quàm alibi in leg. *Julia. ff. ad leg. Jul. de vi*, Gandin. in tract. *Malef. in rubr. de Quæst. & torment.* vers. *Quid si tortus*, Angel. de Aret. in tract. *Malef. in part. fama publica præcedente*, col. 39. versic. *Obtavo quæro*, Joan. de Anan. in cap. 1. de Clerico percussore, Paris de Puteo in tract. *Syndic. in part. an si officialis*, Hippolyt. de Marsil. in sua *Præct. §. Expedita*, penult. column. Guido de Suza in tract. de *Quæst.* vers. *An si judex*, & ibi Additionator Franc. Brun. in tract. de *Indiciis & tortura*, quæst. 5. part. 2. & eodem tract. in 2. part. quæst. 7. Bald. de Periglis in tract. de *Quæst. & torment.* column. fin. quæst. Ex quibus infertur, quòd si judex de facto torquet nobilem, vel personam, quæ de jure torqueri non potest; tenetur pœna arbitraria: & in terminis ita tenet Baldus in *Rubric. Cod. de Pœna judicis, qui malè judicavit.* 1. col. num. 7. Hippolyt. de Marsil. in *dist. leg. Questionis modum. ff. de Quæst. & in sua præctica. §. Expedita.*

7 Item etiam principaliter quæro: Quæ indicia sufficiant ad imponendam torturam? Et magistraliter & resolutivè dico, quòd sequentia. Primum est, quando unus testis de visu deponit de ipso facto & delicto: Ista est Glossa singularis & ordinaria juncto textu in leg. 3. *Cod. ad leg. Jul. majestat. in verb. Convictus*, quam ibi ad hoc notant & commendant Bart. Cyn. Alberic. Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. Bartol. in leg. 1. §. *idem Cornelio. ff. de Quæst.* & ibi alii DD. Idem Bartol. & communiter DD. in leg. *Maritus, eod. tit.* Idem Bartol. in leg. *fin. eod. tit.* 3. col. in medio, & ibi Hippolyt. de Marsil. & alii DD. Alberic. in leg. 1. eod. tit. *question.* 2. Bald. in leg. *Milites. Cod. eodem tit. column. 1. num. 2.* Salycet. in leg. *fin. eodem tit. column. 3. num. 10.* Angel. de Aret. in tractat.

Malef. in part. Fama publica præcedente, col. 4. versic. *Quæro qualiter.* Francisc. Brun. in tract. de *Indiciis & tortura.* 2. quæst. *principal.* Hippolyt. de Marsil. in sua *Præct. §. Diligenter.* 1. & 2. column. Abb. Panorm. in cap. *At si Clerici, de Indic.* 7. column. num. 14. Confirmatur ratione: quia si indicium, quod est minus quàm semiplena probatio, sufficit ad torturam, ut supra dixi: ergo à fortiori unus testis de visu, qui facit semiplenam probationem. Quod tamen intellige, quando talis testis est fidedignus, & omni exceptione major; non verò aliàs: Ita probat textus in leg. 1. §. *idem Cornel.* ff. de *Quæst.* & ibi tenent Bartol. & communiter DD. textus in leg. *Maritus, eodem tit.* & ibi etiam Bartol. & DD. Bald. in l. *Admonendi. ff. de Jurejur.* 4. column. Angel. in *dist. leg. 3. Cod. ad leg. Juliam majest.* idem Angel. in leg. *final. Cod. de Quæst.* & idem disponit lex 3. tit. 30. part. 7. & lex 10. tit. 11. part. 3.

8 Secundum indicium est confessio extrajudicialis: nam si reus confessus est crimen extrajudicium, talis confessio est sufficiens indicium ad torturam: Glossa est singularis & unica in l. cap. 5. ff. de *Adult. in glossa fin. ad hoc eam notant & commendant ibi Bartol. Rayn. Angel. & communiter DD. idem Bart. in l. fin. ff. de Quæst.* 2. col. idem Bart. in leg. *Quoniam. ff. de His qui notantur infamia*, & ibi Bald. 1. lect. penult. col. Ang. Paul. Fulg. & communiter DD. idem Bartol. in leg. *Ictus fustium, eod. tit.* 1. col. num. 2. & ibi Bald. & communiter DD. Bald. in leg. *unic. Cod. de Confessis.* 6. col. num. 20. idem Bald. in leg. *Milites. Cod. de Quæst. col. 1. in fin.* Salyc. in leg. *fin. eod. tit. col. 3.* Hippol. de Marsil. in l. de *Minori. ff. de Quæst. col. 17. num. 50.* Franc. Brun. in tract. de *Indiciis & tortur.* 3. quæst. versic. *Aliud est indicium*, Abb. Panorm. in cap. *At si Clerici, de Indic. col. 7. n. 16.* & ibi alii DD. præcipuè Felin. column. 5. num. 6. Decius, vers. *Circa secundum*, idem Abbas in cap. de *Hoc, de Simon.* idem Abbas in cap. *Quàm sit grave, de Exces. prælat.* idem Abb. in cap. *Si quis de Gradu, de Purgat. canon.* idem Abbas in cap. *Olim de Rescript. pen. col.* & ibi Modern. Domini de Roza, decis. 80. in rubr. de *Confessis.* Pro qua sententia & conclusione facit bonus textus in leg. *Quæro. §. fin. ff. de Edil. edict.* & ibi communis opinio, & probat lex 7. tit. 13. part. 3. ubi dicit, quòd confessio extrajudicialis in delictis non plenè probat, sed facit maximum indicium & præsumptionem.

Quod notabiliter extende, modò reus qui confessus est extra judicium sit major, modò minor; dum tamen sit ejus ætatis, ut torqueri possit; ita Bald. in l. *Clarum. Cod. de Auctor. præstanda, col. 1. num. 4.* Hippol. de Marsil. in leg. de

de Minore. ff. de Quæst. column. 18. n. 33. Rursus etiam extende, modò confessio fiat præsentate parte, modò absente: quia illa distinctio fit in civilibus, quando agitur de totali præjudicio, ut traditur & probatur per text. & DD. *in leg. Publia Mævia. §. final. ff. Depositi, & in leg. 1. §. final. ff. de Interrogat. actiõ. & in leg. unica. Cod. de Confessis, & in leg. Generaliter. Cod. de Non aumerato pecun. secus tamen est in criminalibus, in quibus confessio extrajudicialis non inducit plenam probationem, cum exigantur luce clariores probationes: unde tantum operatur indicium ad torturam: Et in terminis ita tenet Luc. de Pen. *in leg. 1. Cod. de Numerariis, lib. 12. column. 3. versic. Quod si quis confiteatur, Bald. in leg. Quoniam. ff. de His qui notant. infam. penult. column.**

Limita tamen & intellige prædictam conclusionem, ut procedat & habeat locum quando confessio est facta particulariter, & in specie; quia dixit & confessus est se occidisse talem hominem, vel fecisse tale furtum: secus tamen est, si in genere; quia dixit & confessus est se occidisse quendam hominem, vel fecisse quoddam furtum: quia talis confessio generica & indiscreta non facit indicium ad torturam; ita singulariter tenet & declarat Bald. post Guillel. *in l. Quoniam. ff. de His qui notantur infamia, penult. col. vers. 5. & ultim. Quæro*, quòd certè reputo singulare & quotidianum. Et licet prædicti DD. nihil allegent, consideravi quòd potest esse ratio; quia sicut in delictis confessio vera & expressa, facta in iudicio, ad hoc ut plene probet requiritur, quòd sit liquida & certa, & constet de re & persona, ut *in leg. 1. §. Item illud. ff. ad Syllan.* ita eodem modò confessio extrajudicialis, ut causet & operetur indicium ad torturam, requiritur & oportet quòd sit certa & liquida, & contineat rem, vel personam, ut meliùs & apertius constet de veritate; cum nemo in delictis possit sibi præjudicare contra veritatem aliquid dicendo, vel asserendo, ut *in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæst.*

Item etiam limita & intellige, ut procedat & habeat locum, præterquam si reus, qui talem confessionem extrajudicialem fecit, eam revocavit; quia tunc non poterit torqueri, nec aliquem effectum operabitur: argumento textus *in c. At si Clerici, de Jud. per quem ita tenet Bald. in leg. unica. Cod. de Confessis, pen. col. num. 69.* & illud dictum sequitur & valdè commendat Jas. *in l. Magistratib. ff. de Jurisd. omn. judic. 2. col. n. 6. Felin. in cap. Olim. de Rescript. col. 3. n. 2.* Sed, salva eorum pace, ista opinio est falsa, & expressè teneo contrarium: Primò, quia textus *in dict. cap. At si Clerici.* nihil probat; quia tantum dicit, quòd confessio facta coram iudice in-

competenti non valeat, ut ex ea possit coram competenti condemnari: tamen benè valebit saltem ut confessio extrajudicialis ex qua possit torqueri; & ista est mens & intentio Doctorum *ibi.* Secundò, quia ex tali confessione extrajudiciali statim videtur jus probationis parti vel fisco quæsitum: ergo non potest revocari, & effectus torturæ jam productus & causatus eis auferri; argumento text. *in leg. fin. ff. de Pactis, cum similibus.*

Et in tantum est verum quòd confessio extrajudicialis est sufficiens indicium ad torturam; ut, si reus positus in tormento confiteatur delictum, non requiritur postea aliqua perseverantia, vel ratificatio; quia sufficit illa confessio extrajudicialis, quæ præcessit, ut postea plenè probet confessio, quæ sequitur in tormento, si reus diffinitivè condemnetur sine aliqua alia ratione; licet alias regulariter semper requiratur, quando positus sit in tormento ratione aliorum indiciorum, & confiteatur delictum; ut *in leg. 1. §. Div. Severus. ff. de Quæst.* & *ibi Bart. & communiter DD.* ut infra latius dicetur, ita est Glossa singularis & unica *in dict. leg. capit. 5. ff. de Adult. in glos. fin.* & illam Glos. ad hoc reputat singularem Jason *in leg. Magistratibus. ff. de Jurisd. omn. judic. 2. col. num. 4.* Hippolyt. de Marsil. *in leg. 1. §. Div. Severus. ff. de Quæst. fin. col. idem Hippol. in §. Quæstioni, fidem, ejusdem legis, 1. col. num. 2.* idem Hippolyt. *in sua Practic. §. Quoniam. 6. column. num. 38.* Paris de Puteo *in tractat. Syndic. in materia torturæ, in part. Quia communiter. 2. col. num. 4.* Sed advertendum, quòd prædicta Glossa & ejus conclusio videtur falsa; & sic apertè eam reprobo, & legendo, judicando, & consulendo semper teneo & teneo contrarium: Primò quia nullo iure fundatur nec probatur: & sic standum est regulæ & dispositioni juris, quæ habet, quòd confessio facta in tormentis præcedentibus iudiciis, requirit perseverantiam, & ratificationem. Secundò, quia in nostro casu prædicta confessio extrajudicialis jam operata est effectum suum, scilicet, ut ex ea reus possit torqueri: ergo non debet alium effectum operari, scilicet quòd non requiratur ratificatio. Confirmatur etiam ratione & fundamento à fortiori: quia unus testis de visu fidedignus, & omni exceptione major, est majus & vehementius indicium quòd possit esse nec reperiri in iure; cum inducat semiplenam probationem: Sed illud, nec aliud quodlibet indicium excludit prædictam ratificationem: ergo nec ista confessio extrajudicialis: Sed tantum causet effectum torturæ; & ea adhibita & imposita, jam operata fuit effectum suum; & per consequens confessio in tormentis facta valet, sicut causata ex quolibet alio iudicio, & requirit pro forma &

& necessitate prædictam ratificationem. Unum tamen est: quòd licèt confessio extrajudicialis in delictis non probet, sed solùm faciat indicium ad torturam, ut suprà dictum est, tamen benè valet quantum ad hoc, ut confessus possit ex ea extra ordinem aliqua pœna arbitraria puniri, tanquam ille, qui in alterius injuriam vel offensam gloriatur de delicto: ita probat textus in cap. *Quam sit grave de exces. prælato*, & ad hoc notant & commendant ibi Innoc. Abbas & communiter DD. idem Abb. in cap. *de Hoc; de Simonia*, idem Abbas in cap. *Olim, de rescript. pencolumn.* Hippolyt. de Marsil. in leg. *de Minore, ff. de Quæstion. column. 18. num. 35.* Paris de Puteo, in tract. *Synod. in materia torturæ, in part. quia communiter, in fin.*

9 Advertendum etiam pro complemento hujus articuli, quòd prædicta conclusio, que habet, quòd confessio extrajudicialis est sufficiens indicium ad torturam, debet intelligi, præterquam si fiat in confessione pœnitentia coram Sacerdote; quia licèt sacerdos postea revelet confessionem, & de ea constet, non facit indicium ad torturam, imò nec aliquem alium effectum operatur; quia talis confessio fuit facta tanquam soli Deo, & non homini, argumento text. in cap. *Si sacerdos, de offic. ordinar.* Ex quo deducitur & infertur quòd si sacerdos, qui reum audivit in pœnitentia, adducatur in testem; non tenetur etiam cum juramento deponere nec respondere super prædicto crimine, quod audivit ab eo in confessione; sed licèt & securè potest dicere & asserere se nihil scire; quia non dicitur scire ut homo & privata persona, sed ut Deus ut in capit. *Dilectus, de exces. prælat.* & ibi Glossa ordinaria, & in cap. *Omnis utriusque sexus, de Pœnitent. & remis.* & ibi communiter DD. secus tamen est, si reus delinquens crimen vel delictum dixisset Sacerdoti, non in vim confessionis & pœnitentiæ; quia tunc, licèt ei dixerit secretè, & protestatione præmissa, quòd non revelet, tanquam si sub sigilo confessionis dixisset; si producat in testem potest & tenetur deponere, & veritatem revelare; ita notabiliter tenet & declarat Innocent. in capit. *Qualiter & quando, el 1. de Accusat. 2. column.* & ibi communiter DD. Abb. Panorm. in dict. capit. *Si sacerdos, de Offic. ordin.* & ibi DD. Felin. in cap. *Intimavit, de testib. 2. & 3. column.* Sanct. Thom. super 4. distinct. 21. quæst. 3. artic. 1. Ergo ex prædictis patet & concluditur, quòd prædicta confessio facta in pœnitentia & confessione coram Sacerdote, si reveletur ab eo, non valet nec probat, ut extrajudicialis; nec ex ea potest torqueri, nec habet aliquem effectum: & in terminis licèt non ita benè probet, nec fundet, tenet Bald. in leg. *Archigeron-*
Tom. III.

tis, Cod. de Episc. audien. quòd est singulare. Confirmatur, quia licèt valeret ejus depositio, esset tantùm unus testis, & indicium debet per duos testes probari, ut supra dictum est. Sed declaratio vera hujus articuli est, quòd penitus nullam fidem faciat talis sacerdos: adèd quòd, licèt iterum coram alio confiteatur, & deponeret, non probarent: quia non sunt contestes, sed nulli.

10 Tertium indicium est fama: Nam si post delictum commissum in aliquo loco sit publica vox & fama inter omnes, vel majorem partem eorum in illo loco, quòd talis reus commisit illud delictum; & talis fama probatur per duos testes, qui sufficienter deponant, & reddant rationem, dicendo, quòd ita communiter & publicè audierunt, & ita se habet publica vox & fama; talis fama est sufficiens indicium ad torturam: ita probat textus in leg. *de Minore, §. Tormenta, ff. de Quæst.* & ibi Glossa ordinaria, Bart. & communiter DD. text. in leg. 3. §. *Ejusdem, ff. de Testib.* & ibi etiam Glossa ordinaria, Bart. & communiter DD. textus in leg. *Cùm quidam, §. Quod dicitur, el 2. ff. de Acquir. hæ. text. in leg. Labeo, ff. de Supel. leg. text. in cap. Illud de præsumpt.* & ibi Canonist. tenent etiam DD. in leg. *Admonendi, ff. de Jurejur.* præcipuè Jason, num. 205. Salyc. in leg. *Ea quidem, §. Quia propter, Cod. de Accusat.* Angel. de Aretin. in tract. *Malefic. part. fama publica præcedente,* Gandin. in tract. *Malefic. in rubr. de quæst. torment. vers. An ex probatione fama possit quis torqueri,* idem disponit lex not. part. quæ sic debet intelligi in leg. 3. tit. 30. part. 7.

Quartum indicium est fuga: Nam si quis post commissum delictum aufugiat, præsumitur contra eum, quòd illud commissit; & per consequens est sufficiens indicium ad torturam: text. est capitalis, & expressus in leg. *Corn. ff. ad Syllan. text. in leg. Impuberibus, §. Pen. & fin. ff. de Suspec. tut.* De quo tamen articulo me remitto ad ea, quæ posui & dixi in leg. 76. in legibus *Tauri*, ubi magistraliter & fundamentaliter tracto: ubi omninò videantur.

11 Quintum indicium est inimicitia, non sola, sed cum aliis adminiculis: Nam si quis est inimicus alterius, & minatus est ei; vel fecit aliqua præparamenta, ut emere arma; vel visus est transire armatus per locum ubi erat offensus, tempore quo commissum fuit delictum; vel fortè paulò ante abstulit de domo sua res magis pretiosas; & postea ille alter reperiatur occisus, vel offensus; præsumitur quòd prædictus inimicus ejus fecit & commissit illud delictum, & est sufficiens indicium ad torturam: ita probat textus in leg. 1. §. *Præterea, ff. de Quæst. text. in leg. 1. §. Ejusdem, ff. de Test.* & in expressò istam sen-

tentiam & conclusionem tenet Bart. *in leg. fin. ff. de Quæst. colum. 3.* Ang. *in leg. fin. Cod. eod. tit. 2. colum.* & ibi Salyc. Guillerm. *in leg. 1. ff. de His quibus ut indig.* & ibi Paul. de Castr. & communiter DD. Bald. *in leg. Metum, Cod. quod metus causa*, & ibi alii DD. idem Bald. *in leg. unica, Cod. Si quis imper. maled.* & ibi etiam DD. Bald. Imol. & communiter DD. *in leg. fin. ff. de Hæred. instit. Paris de Puteo in tractat. Syndic. fol. 262. vers. Et an si quis Angel. de Aretin. in tract. Malefic. in part. fama publica præcedente, vers. Quæro quid si aliquis minatus sit alicui mortem*, & ibi ejus Additionator, Gandin. *in tract. Malefic. in rubr. de indiciis quibus proceditur ad torturam*, Hippolyt. de Marsil. *in leg. 1. §. Præterea, ff. de Quæstion. col. 5. num. 24.* idem Hippolyt. *in sua Pract. §. Diligenter, num. 69.* idem Hippolyt. *in Cons. suis, cons. 72.* Ex quo inferitur singulariter, quòd sola inimicitia non videtur sufficere, ut præsumatur quis mortuus vel offensus ab inimico, & possit torqueri; sed cum ea requiritur aliud adminiculum: Licet contrarium teneat Speculat. *in tit. de Præsumpt. §. Species, penultim. column.* & sequitur & commendat Roman. *in leg. 1. §. Si quis in villa, ff. ad Syllan. colum. 1.* & primò notabiliter Ang. *de Malefic. in part. fama publica præcedente, versic. Quæro quid si reperitur.* Sed certè communis opinio tenet oppositum, imò, quòd sola inimicitia non sit sufficiens indicium, per supradicta. Ego tamen distinguo & concordo opiniones: ut si inimicitia sit maxima, & ex gravi causa producta & causata; sit sufficiens indicium ad torturam: si verò levis, ex levi causa vel occasione orta; tunc sola inimicitia non sit sufficiens indicium ad torturam: Quod rectus & prudens judex arbitrabitur: quia in hac ardua & periculosa materia torturæ ista est regula & doctrina generica: quòd attentata qualitate facti & personæ, & ex variis circumstantiis judex arbitrabitur, an debeat interponere torturam, vel non? quod totum relinquitur judicis arbitrio: text. est capitalis & expressus *in leg. de Minore, vers. Plurimum, ff. de Quæst. text. in leg. 3. §. Ejusdem quoque, ff. de Testib. text. in leg. 1. §. Expilatores, ff. de Effractor. & utrobique communiter DD.* Et in terminis istam regulam & doctrinam ponit Bartol. *in leg. fin. de Quæst. column. 2. num. 4.* & ibi communiter DD. Et idem est, quando solæ minæ præcesserunt; quia non sufficerent, quia sæpè ex iracundia aliqua verba proferuntur,

quæ non ponuntur in executione, argumento textus *in leg. Famosi, versicul. 1. ff. ad leg. Jul. majest. ibi nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.* Item etiam, quia minimæ in dubio debent intelligi *per viam justitiæ*, & non *propria auctoritate*, argumento text. *in leg. Uxor, Cod. Qui accusar. non poss.* & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. unde necessario requiritur, quòd cum eis concurrat aliud indicium, seu adminiculum; ut puta minator sit homo solitus ponere minas in executione; ut tenent Doctor. *ubi supra.* Circa quod vide *leg. 60. in legibus Styli*, quæ debet servari, probata consuetudine.

Sextum indicium est, quando quis visus sit exire aliqua domo, vel loco, cum ense vel gladio evaginato, & reperiat ibi aliquis mortuus, vel vulneratus: quia præsumitur quòd ipse fugiens fecit, & erit sufficiens indicium ad torturam: ita tenet Angel. de Perus. *in leg. 2. ff. de Furtis*, Paul. de Cast. & alii DD. *in leg. fin. Cod. de Probat. Imol. & communiter DD. in leg. fin. ff. de Hæred. instit. Joan. Andr. in Addit. ad Spec. in titul. de Probat. §. Videndum, vers. 13.* Angel. *de Malefic. in part. fama publica præcedente, vers. Quæro an unum indicium*, & ibi ejus Additionator.

12 Septimum judicium est in delicto furti, quando res furtiva sit reperta penes aliquem: quia ex hoc præsumitur quòd ipse subtraxit, & est sufficiens indicium ad torturam: ita probat text. *in leg. Incivilem, Cod. de Furtis, text. in leg. Incivile, Cod. eod. tit. (E)*

Quod tamen intellige, quando talis possessor sit persona vilis, & levis opinionis; secus verò, si sit bonæ famæ & opinionis; quia tunc non erit sufficiens indicium ad torturam.

* Attende tamen, quòd ista sententia & conclusio clarè procedit, quando reperitur dominus & accusator, qui asserit & probat illam rem esse suam. Sed dubium est, si res aliqua magni valoris reperiat penes aliquem vilem & pauperem, & de hoc constet judici, & venit in notitiam ejus, an præsumatur furto subtracta, ut possit torqueri? Et certè credo & teneo quòd sic: quia ex quolibet delicto etiam privato potest judex cognoscere & punire propter publicam utilitatem, ut dixi suo loco: ergo etiam in isto casu poterit inquirere & torquere. Et vidi & habui de facto in quodam paupere. Item videtur intelligendum quando res esset magni valoris: secus

si

(E) Idem affirmat August. ad Ang. *de Malef. in verb. Et vestem cælestem num. 19.* Bertrand. *Consil. 107. lib. 1. in 1. part. Roland. Consil. 45.*

num. 41. lib. 1. & probat non obscurè text. in l. in Civilem, Cod. de Furt. quatenus non generaliter hanc præsumptionem ortum iri docet.

si parvi, quia non deceret pro tam modica re aliquem torquere. Item intellige, nisi sit res, quæ se ingerit, ut avis vel animal; ut posui *in titul. de Furtis*, num. 2. Item intellige, nisi fecit rem præconizare: quia si fecit, excusatur, & non tenetur, nec est indicium. Sed certè contra istud septimum indicium hic positum facit doctrina & conclusio, quam posui *in delicto furti*, supra *eod. num. 2.* Et omnino cogita pro solutione: Sed certè vera & propria solutio & declaratio est, quòd istud indicium, & præsens doctrina & conclusio procedat & habeat locum, quando solum probatur & constat quòd res aliena reperitur penes aliquem, & ignoratur causa acquisitionis: Contraria verò doctrina posita *in dict. cap. de Furt.* procedat & habeat locum quando quis invenit rem alterius jacentem in terra, & hoc constat & probatur; nam tunc tenetur furti si non fecit præconizare, quia constat de dolo, & mala fide. *

Item intellige, præterquam si talis possessor sit officialis publicus, qui solitus est emere & vendere. Prætereà intellige, præterquam si talis possessor ostendat auctorem, & sic venditorem à quo emit, vel habuit rem; quia tunc excusatur, & in terminis ita tenet & declarat Cyn. & communiter DD. *in dict. leg. Incivilem, Cod. de Furt.* Bart. *in leg. fin. ff. de Quæst. column. 2.* Salyc. *in leg. fin. Cod. eod. tit. col. 3. num. 10.* Imol. & alii DD. *in leg. fin. ff. de Hæred. fin. colum. Ang. de Malef. in part. & vestem celestem abstulit*, vers. *Quæro an eo ipso*, & ibi ejus Additionator Hippolyt. de Marsil. *in sua Practica*, §. *Diligenter*, num. 92.

13 Octavum indicium est, si post furtum commissum reperiat aliquis vicinus, qui habet notam domum vel locum, in quo furtum est commissum, & ibi assiduè conversatur; & ultrà hoc erat pauper & vilis persona, & post furtum commissum reperiat dives: quia ex hoc resultat contra eum maxima præsumptio, & sufficiens indicium ad torturam: argumento text. *in leg. Domus horreorum*, ff. *Locat. text. in leg. Quintus Mutius*, ff. *de Donat. inter vir, & uxor.* & in expressò ita tenet Bart. *in leg. fin. ff. de Quæst. column. 2.* idem Bartol. *in dict. leg. Domus horreorum*, Angel. Salycet. & communiter DD. *in leg. fin. Cod. de Quæst.*

Finaliter & resolutivè dico, quòd in hac materia certa regula & doctrina non potest dari, sed totum relinquitur judicis arbitrio, ut attenda qualitate facti, delicti, & personæ, & aliis circumstantiis, judex possit arbitrari, an resultet aliquod indicium ad torturam, vel non? argumento text. *in leg. de Minore*, vers. *Plurimum*, ff. *de Quæst. text. in leg. 3. §. Ejusdem quoque*, ff. *de Testib. text. in leg. 1. §. Expilatores*, ff. *de*
Tom. III.

Effraçt. & utrobique Glossa ordinaria, & communiter DD. Et in expressò istam regulam & doctrinam generalem ponit Bart. post Antiquos *in leg. fin. ff. de Quæst. column. 2. num. 4.* Cyn. *in leg. fin. eod. tit. column. 1. in medio*, & ibi Salyc. *column. 2. num. 9.* & communiter alii DD. Bald. *in leg. Milites*, eod. tit. Angel. *in leg. 2. eod. tit. idem Bald. in leg. 2. Cod. Quorum appel. non recipiend. column. 2. num. 8.* Joan. Andr. *in cap. Cum in contemplatione*, de *reg. jur. 2. colum. in med.* & ibi Abbas Panor. & communiter DD. Ang. de Aretin. *in tract. Malefic. in part. fama publica præcedente*, 3. *column. vers. Quæro quid sit indicium*, & ibi ejus Additionator Gandinus *in tract. Malefic. in titul. de Quæstion. & tormentis*, *colum. 3. vers. Quæ debeant præcedere*, Faber *in tract. de Quæst. column. 2.* Paris de Puteo *in tract. Syndic. in part. Official. penult. column. Franc. Brun. in tract. de Indiciis & tortura, quæstion. 3. part. 1.* Paul. Grillan. *in tract. de Quæstion. quæst. 3. pen. col.* Guido de Suza *in tract. de Indiciis & tortur. vers. Quæ & qualia*, Bald. de Perus. *in tract. de Quæstion. & torment. colum. 2. num. 6.* quos ego sequor.

14 Advertendum tamen, quòd aliquando sumitur indicium contra illum, qui primò dicit invenisse occisum, & vidisse maleficium fieri: & contra illum, qui valde sollicitat judicem, ut delictum inquirat & puniat, de quo ad eum nihil spectat: ita Paris de Puteo *in tract. Syndicatus*, in part. *tortura*, in *fin. vers. Et adde*, ubi asserit, quòd suo tempore bis habuit istum casum in practica: quia quidam occiderant alios, & fuerunt primi, qui denuntiaverunt delictum, & sollicitabant ejus punitionem, & tandem reperti fuerunt suspecti, & culpabiles; & puniti fuerunt.

Et ego vidi meo tempore hunc casum de facto in hac civitate Salmanticensi; in qua quidam ex levi causa de nocte aliud interfecit secretè, & statim ipsemet ivit ad judicem, & ei denunciavit illud homicidium, & qualiter certæ personæ incognitæ de nocte in domo sua illum occiderunt, & fugerunt, & quòd eos non cognovit; & habita inquisitione & informatione repertus fuit suspectus & culpabilis, & tandem captus fuit; & comperto & probato delicto, fuit condemnatus ad mortem, & furca suspensus.

15 Ultimum & nonum indicium potest esse, quando quis recenter est interfectus, & non apparet à quo; & per judicem adducuntur aliquæ personæ coram eo de per se, & coram una, & non alia sanguis interfecti statim effluxerit, & causatus quidam mortuus in corpore interfecti, & per vulnera ejus sanguis emittitur; nam illud videtur sufficiens indicium, ut capiatur & torqueatur: ita tenet Nicol. Florent. *serm. 5. tract. 1.*

cap. 6. qui dicit, quòd suo tempore sanguis emanavit in præsencia interfectoris, & ex hoc fuit captus, & tortus, & confessus est delictum, & definitivè condemnatus. Idem etiam tenet Conciliator *section. seu part. 7. problem. 6.* dicens, hoc idem contigisse in Venetia suo tempore: ubi adducit rationes naturales & philosophicas ad hoc, vel hoc provenire ex motu & voluntate divinæ Justitiæ. Et similiter nostris temporibus hoc contigit in oppido *de Ledesma*, anno 1546. & certè ego vidi processum originaliter, in quo patet, quòd quidam mutus & frater ejus in itinere publico quendam interfecerunt causa deprædandi, & in tormentis ex indiciiis confessi sunt, & ad pœnam mortis saggittæ condemnari; & positus coram eo, sanguis effluxit, & non positus aliis. Sed, salvo meliori judicio, ego teneo contrarium, & nullo modo practicarem; quia hoc indicium est nobis incertissimum, & ex causis nobis incognitis; & valdè remotis; idè non esse practicandum. Item, quia tortura est actus gravissimi præjudicii; ex quo faciliter posset sequi mors; idè in dubio sanctius esset nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, ut *in leg. Absentem, ff. de Pen.* item, quia licèt indicia sint arbitraria; tamen intelligo, quando jure probantur ex aliqua extrinseca, & nobis cognita præsumptione: Sed istud indicium, de quo loquimur, nullo jure, vel causa, quæ juridicè concludat, nobis constat: ergo non valet, nec ex eo reus veniret torquendus.

16 Quæro tamen circa prædicta, an dictum vel confessio defuncti probat, vel inducat indicium contra reum? In quo notabili & quotidiano articulo breviter & resolutivè dico, quòd non probat contra reum, nec præjudicat ei: textus est capitalis, & expressus *in leg. Si quis in gravi, §. Si quis moriens, ff. ad Syllan.* cujus verba sunt: *Si quis moriens dixisset à servo vim mortis sibi illatam esse, dicendum est, non esse credendum domino, nisi potuerit comprobari*, & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Bartol. Alb. Bald. Angel. Roman. & communiter Doct. Quod extenditur & procedit, etiamsi defunctus à quo emanat confessio, sit bonæ opinionis & famæ, & ille contra quem fit confessio, sit villissimus & infamis, ut servus; ut apertè patet & probatur ex illo textu.

Item etiam in tantum hoc est verum; ut talis confessio defuncti non sit sufficiens indicium ad torturam: ista est Glossa singularis in jure *in leg. Mater, Cod. de Calumniatoribus in glossa penultim.* in quantum dicit, quòd dictum defuncti præsumptionem vilem, non probationem facit: & illa est corrupta *in libris novis*, quia dicit: *Præsumptionem utilem, & dicere debet præsumptionem vilem*; & ita reperitur in libris anti-

quis: & ad hoc illam Glossam notant & commendant ibi Bald. Angel. Salycet. & communiter DD. qui dicunt & notant, quòd talis confessio defuncti non inducat aliquam præsumptionem, quæ sit sufficiens ad torturam; cum sit maximi præjudicii; sed tantum excusat hæredem à præsumpta calumnia, ut possit reum inculpatum accusare sine metu calumniæ; & idem est in eo, qui tenetur ex necessitate accusare: & similiter causaret indicium ad capturam personæ, cum ad eam sufficiat simplex & summaria cognitio & judicis informatio, ut dixi in materia *capturæ*. Et in terminis & effectu ita tenent & declarant DD. *in dict. leg. Mater, Cod. de Calumniatorib.* præcipuè Ang. de Perus. Alexand. *in Cons. 13. vol. 3. Jas. in leg. 1. ff. de eo per quem factum erit, 2. column. numer. 8.* idem Jason, *in leg. de Die, ff. Qui satisd. cog. fin. colum.* Joan. de Anania, *in cap. Exhibita, de Homicid. column. 2. vers. Quid autem*, Francisc. Brun. *in tract. de Indiciis & tortura, quæst. 3. versic. Sed an assertio?* Pro qua sententia & conclusione facit, quia talis defunctus hoc non dixit nec confessus est cum juramento, tanquam testis in forma requisita. Item etiam, quia reputatur inimicus capitalis, cum credebatur ab eo offensus. Etiam confirmatur: quia ad hoc, ut unus testis etiam de visu probet, & sit sufficiens indicium ad torturam, debet esse fidedignus, & omni exceptione major, ut supra suo loco dixi & conclusi: ergo iste defunctus, qui est suspectus inimicus, & non juratus, nullo modo, probat, nec facit indicium ad torturam. Et ista est verissima tenenda opinio, & ab ea non recederem in judicando & consulendo: Licet contrarium velit Ang. de Perus. sibi contrarius *in dict. leg. Si quis in gravi, §. Si quis moriens, ff. ad Syllan.* Hippolyt. de Marsil. *latè in sua Pract. §. Diligenter, num. 117.* ubi tenet & concludit, quòd talis confessio defuncti faciat indicium ad torturam, quando erat homo bonæ conditionis & famæ, & erat in plenitudine intellectus, & delictum per alios verisimiliter non poterat probari. Sed salva ejus pace, ego teneo contrariam sententiam & conclusionem, quam supra verè & juridicè fundavi.

* Ista opinio est vera & tenenda: Sed casu quo contraria opinio procederet: scilicet quòd talis confessio ipsius defuncti vel offensi faceret indicium: intelligerem, præterquam si revocaret confessionem, per ea quæ dixi supra isto casu *num. 8.* ubi habetur, quòd confessio extrajudicialis delinquentis non probat: si est revocata: Et jam iste casus mihi contigit in hac civitate: nam quidam cum lancea vulneravit alium, qui fuit in periculo mortis constitutus, & dixit & asseruit coram iudice & tabellione, & cum jura-

men-

mento, quòd certa persona per eum nominata eum vulneravit; & postea dum eum visitaret illa persona conquesta est, dicendo, quòd qualiter asserebat illud quod numquam fecit? & tandem dixit, quòd deceptus fuit, & revocavit confessionem quam fecit: & allegavi pro eo, quòd talis confessio non valebat, & licèt valeret, potuit postea revocari; & facta revocatione, remansit nulla & invalida.*

17 Pulchrum tamen dubium est, an expurgatio, dictum, & confessio defuncti valeat, & aliquid operetur in favorem rei? ut, si vulneratus & occisus dicat & asserat in articulo mortis, quòd Titius eum non interfecit, nec vulneravit, nec est in aliqua culpa suæ mortis, an ex hoc Titius censeatur liberatus à delicto? In quo articulo notabiliter & resolutivè distinguo sic: quòd si contra prædictum Titium reum inculpatum verè & realiter probatur delictum, illa expurgatio & confessio defuncti non sibi prodest, nec aliquid operatur; sed, ea non obstante, poterit reus definitivè condemnari ad pœnam ordinariam delicti: Ista est Glossa singularis in jure in leg. 2. ff. ad Syllan. in glossa fin. quam ibi notant & commendant Bartol. Alber. Bald. Ang. Rom. Cuman. & communiter Doctor. Gandin. in tract. Malefic. in rubr. de transact. pactis in maleficiis faciend. vers. Sed pone, quod quidam mortiferè vulneratus, cujus ratio est: Quia in præjudicium reipublicæ, & cujuslibet de populo non potest fieri pactum, vel remissio; sed tantum in præjudicium solius remittentis, vel successorum ejus, ut in leg. Transigere, Cod. de Trans. cum materia, & in leg. Licetatio, §. Quod illicitè, ff. de Public. & vectigal. & in leg. Congruui, ff. de Officio præsidis, & in leg. 1. & per tot. ff. & Cod. ad Turpillin. Quod tamen limita & intellige, quando delictum consistit in faciendo: secus verò, si in omitendo, quia illud reputatur leve: Unde meritò tollitur sola remissione ejus contra quem committitur: textus est singularis & unicus in dict. leg. 2. ff. ad Syllan. junct. glossa ordinaria in fin. & ad hoc reputat singularem & unicum ibi Dyn. Alber. & communiter Doct. Bald. in Rubr. de Tregua & pace, 1. column. in lib. Feudor.

Advertendum tamen est, quòd cum hodie in nostro regno pactum, transactio, concordia & remissio delicti & ejus pœna, facta à parte offensa, valeat & teneat quoad se, & quoad omnes, saltem ut non imponatur pœna corporalis; ut disponit, lex 22. tit. 1. part. 7. & notabiliter & fundamentaliter dixi & tractavi suo loco: teneo, quòd in nostro casu talis confessio & expurgatio defuncti facta in favorem rei, & sic delinquentis, operabitur effectum veræ & propriæ remissionis, ut virtute ejus non possit reus de-

linquens pœna corporali condemnari: Primò, quia prædicta ratio Glossæ & communis cessat. Secundò, quia illa confessio & expurgatio idem importat, quòd expressa remissio delicti, argumento text. in leg. Tale pactum, ff. de Pactis. ubi habetur, quòd sola confessio, in qua creditor dicit & asserit debitorem sibi in aliquo non teneri, valet, & inducit liberationem debiti, in casu quo aliquid deberet, & resolvitur & convertitur in pactum & promissionem de non petendo: & ad hoc summe notant & commendant ibi Bartol. Paul. & communiter alii Doctor. Et certè ista est mea pulchra, singularis & novissima consideratio in materia; & iste casus multoties mihi contigit de facto in personis pauperum, & advocatus fuit, & ita dixi & consului pro eis.

Si verò delictum vere & realiter non probatur contra reum inculpatum, sed tantum contra eum sunt præsumptiones & indicia, etiam talia, per quæ aliàs justè poterat torqueri; talis confessio & expurgatio defuncti enervat, & tollit vires & effectum omnium præsumptionum & indiciorum, ut ex eis non possit torqueri: quia potentior est præsumptio & favor innocentie, quæ resultat ex confessione & expurgatione defuncti, quàm præsumptio contraria: argumento text. in leg. Qui cum major, §. fin. ff. de Bon. liber. text. in leg. Paul. la 2. §. 1. eodem tit. text. in leg. Mater. Cod. de Calumn. ubi habetur, quòd assertio & confessio defuncti excusat hæredes à præsumpto dolo & calumnia: & in expressò isto fundamento & consideratione ita tenet Bald. in leg. 1. Cod. Comm. de legat. penult. column. num. 33. & illud dictum Bald. sequitur & reputat unicum & singulare Jas. ibi, penult. column. num. 10. idem Jas. in leg. de Die, ff. Quis satisd. cog. fin. column. in medio, idem Jas. in leg. 1. ff. de eo per quem factum erit, column. 2. num. 9. Aretin. in cap. tertio loco, de Probat. fin. column. num. 31. Felin. in cap. 1. de Præsumpt. fin. column. num. 18. Augustin. de Arim. in Addit. ad Angel. de Malefic. in part. qui judex ad probationem suæ inquisitionis, fin. column. Alex. de Imol. in 3. vol. Consil. cons. 14. idem Alex. Consil. 24. column. 4. num. 21. volum. 2. consil. Hippolyt. de Marsil. in sua Practica, §. Diligenter, antepen. column. num. 200. idem Hippolyt. in Consil. suis, cons. 17. column. 2. num. 10.

18 Item quæro: Qualiter probetur indicium? In quo articulo resolutivè dico, quòd si testis deponit de ipso facto & delicto per actum visus, dicendo, vidisse Titium occidere Sejum, vel aliud delictum committere; tunc ille solus testis est indicium sufficiens ad torturam: ista est Glos. singularis & ordinaria, junctò text. in leg. 3. C. ad legem Jul. majest. & ibi communis opinio, ut latè & principaliter dixi suprà in ista materia pri-

primo indicio. Si verò testis non deponat de ipso delicto; sed tantum de facto remoto, & indicio, ex quo præsumitur delictum: ut si deponat de confessione extrajudiciali, vel fuga, vel fama, vel de simili indicio, quòd sit sufficiens ad torturam, de quibus particulariter suprà diximus: tale indicium debet probari per duos testes contestes, qui deponant & concludant de idemmet indicio, & non sufficerent singulares; ut si unus deponat de uno indicio, & alter de alio: Ita tenet Gloss. singularis & ordinaria in *leg. fin. Cod. Fam. ercisc. in verb. Vel indiciiis*, in quantum dicit, *dum tamen duobus testibus probetur*, & ad hoc summè notant & commendant ibi Bart. Bald. Ang. Paul. Salyc. & communiter DD. idem Bart. in *leg. fin. ff. de Quæst. pen. column. num. 7.* & ibi Hippol. de Marsil. 3. *col. num. 6.* & illam Glossam ad hoc reputat singularem Angel. in *leg. 3. Cod. ad leg. Jul. majest.* idem Ang. in *leg. fin. ff. Quod metus caus.* Bald. in *leg. Si quis ex arg. §. 1. ff. de Edendi, 1. column. num. 4.* Paul. de Castr. in *leg. Cum proponebatur, ff. de leg. 2. fin. col.* & ibi Joan. de Imol. & alii DD. Jason, in *leg. Admonendi, ff. de Jurejur. 2. lect. column. 74. num. 13.* vers. *Quinto prædicta regula procedit*, Ang. de Malef. in part. fama publica præced. versic. *Quero qualiter probetur indicium*, & ibi ejus Addition. Paris de Put. in tract. Sydic. in part. advertendum, *col. 2. num. 1.* Hippolyt. de Marsil. in *leg. 1. §. Id Corn. ff. de Quæst. column. 1.* vers. *Quod tamen intellige*, idem Hippol. in *leg. de Minore, §. Et plurim. eod. tit. numer. 90.* idem Hippolyt. in *leg. Unius, §. Testes, eod. tit. column. 1. num. 1.* idem Hippolyt. in *Cons. suis, cons. 8. column. 4. num. 9.* Francisc. Brun. in tract. de Indic. & tort. 2. *quæstion. principali.* Adde tamen, quòd licèt testes sint singulares, de singulis diversis indiciiis deponentes, probant indicium sufficiens ad torturam: ita tenet Franc. Brun. in tract. de Indic. & tort. *quæstion. 2. & 2. column.* & refert ita tenere Fulg. in *leg. fin. ff. de Quæstion.* cujus lectura non habetur. Sed, salva ejus pace, ista opinio non est vera, nec tenenda, attenta superiori regula & doctrina generica, quam posui & fundavi suprà proximè in ista materia.

Item etiam advertendum, quòd licèt quodlibet indicium debeat probari per duos testes, ut suprà dictum est, tamen non requiruntur habiles: fidedigni, & omni exceptione majores; sed sufficiunt inhabiles, minores mulieres, infames, & similes: ita probat Glossa singularis & unica in *leg. Inuiti, la 2. ff. de Testib.* per quam ita tenet. Soc. in *Consil. suis, consil. 54. column. 3. numer. 9. vol. 3.* Hippolyt. de Marsil. in sua *Pract. §. Diligenter, column. 2. num. 8.* ubi dicit, esse notabile verbum & perpetuò menti tenendum in

practica. Sed certè eorum opinio, videtur falsa, & non tenenda: quia ex pluribus imperfectis non resultat aliquid validum & perfectum; quia sicut quando actus est validus & perfectus non vitatur ratione ejus, quod superabundat, licèt sit nullum, falsum, vel vitiosum; ita quando omnia simul juncta sunt nulla, vitiosa, vel imperfecta, non causatur nec producit aliquid perfectum: text. est in *leg. Non solent, ff. de Reg. jur. textus in leg. Usuras, & in leg. Placuit, ff. de Usur. text. in leg. Pediculis, §. Labeo, ff. de Auro & argent. legat. text. in leg. 2. §. Ætas, ff. de Excusat. in totum.* Item, quia sicut suprà dixi, quòd ad hoc ut unus testis de visu probet indicium ad torturam, debet esse habilis, & omni exceptione major: ita etiam duo, vel plures testes, per quos probatur aliud quodlibet indicium, debent esse habiles, & omni exceptione majores.

19 Item quæro: Quando, & in qua parte processus & causæ debeat adhiberi tortura? In quo resolutivè dico, quòd debet adhiberi post publicationem factam in processu, vel causa: quia ante non potest judici liquere & constare de meritis causæ: argumento textus & eorum quæ ibi notantur in *leg. Prolatam, Cod. de Sent. & interloc. omn. jud. & in leg. Gesta, Cod. de Re judicat.* Item etiam, quia tortura debet adhiberi in subsidium, quando non sunt aliæ plenæ & legitimæ probationes ipsius delicti, ut in *leg. Edict. ff. de Quæstion.* & infrà proximè dicam: ergo ante publicationem processus & probationem non debet nec potest imponi tortura. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in *leg. Unius, §. Reus, ff. de Quæstion. column. 1. num. 1.* Bald. in *leg. Milites, Cod. de Quæst. column. 2. pen. quæst.* Salyc. in *leg. fin. Cod. eod. tit. fin. column. & quæst.* Paris de Put. in tract. Syn. in part. sequitur, *quæst. fin. col. 17.* Franc. Brun. in tract. de Indic. & tort. *quæst. 5. part. 2.* vers. *Item ad aliud*, Bald. in *capit. At si Cleric. de jud. column. 2. num. 4.* & ita semper tenui legendo & consulendo.

20 Item quæro, an, stantibus legitimis probationibus, possit adhiberi tortura? In quo articulo resolutivè dico quòd non: quia semper debet adhiberi in subsidium, non stantibus veris, liquidis & legitimis probationibus: quia tortura tantum est inventa in defectum probationum, proeruido delicto; unde, si in processu vel causa reperiat vera plena & legitima probatio, non est per judicem imponenda tortura; imò, si contrarium faceret, teneretur in syndacatu, & solveret parti damnum, & interesse; ita probat text-formalis, & expressus in *leg. Edictum, vers. 1. de Quæstione*, cujus verba sunt: *Quæstionem nec semper in omni causa, & persona desiderari debere*

Arbitror, sed cum capitalia, & atrociora maleficia non aliter explorari & investigari possunt, quam per servorum quæstiones, & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Alber. & Hippolyt. de Marsil. textus in leg. Divus Pius, eod. tit. ibi: Si aliter veritas inveniri non possit, text. in leg. 1. in fin. eod. tit. text. in leg. Quotiens. Cod. eod. titul. ibi: Si aliis probationibus veritas illuminari non possit, text. in leg. fin. eod. tit. text. in leg. 1. Cod. de Jur. calumn. & per ista jura istam sententiam & conclusionem tenent Cynus, Ang. & communiter DD. in leg. fin. Cod. de Question. idem Ang. in leg. Et si certus. ff. ad Syllan. Bald. in cap. At si Clerici, de Judic. 2. col. num. 4. Ganquiu. in tractat. Malefic. in rubr. de Quæst. & torment. 1. & 3. col. Angel. de Malef. in part. Fama publica præcedente, vers. Secundò quæro, & ibi ejus Additionator: Paris de Puteo in tractat. Syndic. in parte viso de Indiciis. 1. col. in fin. & in part. Officialis. num. 12. Francisc. Brun. in tract. de Indiciis & tortura, quæst. 5. n. 16. in 2. part. Hippolyt. de Marsil. in sua Practic. §. Nunc videndum. col. 5. numer. 21. idem Hippolyt. in leg. 1. vers. 4. Requiritur. ff. de Quæst. idem Hippolyt. in Consiliis suis, consilio 15.

Et in tantum est verum, quòd reus non debet torqueri stantibus legitimis probationibus; quòd si de facto torqueatur, & negat delictum, statim ipso jure eliduntur & enervantur veræ & legitimæ probationes, & ex eis non poterit condemnari, sed deberet absolvi: argumento textus in dist. leg. Edictum. ff. de Question. & ita videtur ubi tenere Alber. sed certè licèt tangat, non decidit nec firmat; sed expressè tenet Hippolyt. de Marsil. in 1. column. num. 2. idem Hippolyt. in sua Practic. §. Nunc videndum, col. 5. numer. 26. ubi reputat singulare, & perpetuò menti tenendum, Cœpolla in Cons. suis, cons. 32. column. 8. versic. Circa tertium dubium, Thomas de Ferraria in Cautelis suis, cautel. 5. column. 3. versic. Ubi etiam. Quod limita & intellige secundum eos, nisi judex protestetur reservare in sua firmitate probationes legitimas contra reum stantes & contentas in processu, & ita practicatur à iudicibus & assessoribus causarum criminalium.

Sed advertendum, quòd salva eorum pace, ista opinio & conclusio est falsa; imò teneo, quòd licèt judex ineptè faciat reum torqueri, stantibus veris & legitimis probationibus; tamen si de facto fecit, non per hoc eliduntur & enervantur illæ veræ & legitimæ probationes in processu contentæ, licèt reus in tortura negaverit, & judex nihil protestetur, imò licèt & justè potest reus diffinitivè condemnari: Primò, quia in actibus dividuis & separabilibus utile per inutile non vitiatur, ut in leg. 1. §. Sed si mihi Pamphilum. ff. de Verbor. obligat. cum similib. & tra-

dit plenè & magistraliter Bartol. in leg. Græcè. §. Illud. ff. de Fidejussor. Secundò, quia expurgatio defuncti vulnerati in favorem rei, contra quem sunt veræ, & legitimæ probationes, non valet, nec excusat eum à pœna, ut suprà suo loco dixi: ergo à fortiori expurgatio vel negatio ipsius rei in tortura, non debent eum excusare, stantibus veris & legitimis probationibus. Tertio, quia aliàs sequeretur, quòd in potestate cujuslibet fortè ignorantis & imperiti iudicis, & præter intentionem suam esset reum culpabilem à pœna delicti liberare; quòd esset absurdum, & in præjudicium reipublicæ, argumento textus in leg. Ita vulneratus. §. penult. vers. Cum nec. ff. ad leg. Aquil. Quartò, & finaliter pro hac mea sententia & opinione facit text. formalis & expressus juncta Glossa ordinaria in leg. 1. ff. de Quæst. ubi probatur, quòd tortura indebite & injustè adhibita & imposita, & confessio vel negatio in ea contenta, non vitiat nec tollit veras & legitimas probationes contentas in processu, nec effectum eorum; & ad hoc notant & commendant ibi Petr. Cyn. Alber. Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. Bald. in leg. Milites eodem tit. final. column. & quæst. Alber. in rubr. Cod. eodem titul. fin. column. Alexand. de Imol. in Addit. ad Bartol. in leg. penult. ff. de Quæst. in 2. addition. Confirmatur etiam ex sententia & doctrina Bald. per textus ibi in cap. 2. de Probat. col. 2. num. 6. ubi dicit, quòd petitio juramenti in defectum probationis, non tollit nec enervat vires legitimæ probationis, quem sequuntur communiter DD. ibi.

Item etiam ex supradictis venit reprobanda sententia & conclusio nova & singularis Bald. in leg. 2. Cod. Quorum appel. non rec. column. 2. num. 6. ubi tenet, quòd etiam stantibus legitimis probationibus contra reum, possit torqueri, quoad effectum ut si confiteatur non possit appellare; idem etiam tenet Bald. in leg. 1. de Juram. calumn. column. fin. Alexand. de Imol. Author aliquis in leg. final. §. Jussus. ff. de Appellat. in 1. addit. Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. ff. de Question. vers. 4. requiritur. Sed, salva eorum pace, ego teneo contrarium imò, quòd non possit torqueri, etiam quoad istum effectum; & si de facto torqueatur, & confessus sit, possit appellare: quia quando contra reum plenè probatum est, non potest imponi tortura, ut suprà proximè dictum est: Ergo confessio in ea adhibita est nullius momenti, & nullum operatur effectum: argumento textus in leg. Pen. ff. de Quæst. juncta Glossa ordinaria, & communi opinion. ibi: & per consequens poterit appellare.

21 Item quæro, an debeat dari copia indiciorum ipsi reo accusato, vel inquisito, ut possit contra ea allegare, & se defendere? Et breviter di.

dico, quodd sic; quia cum tortura sit actus gravissimi præjudicii, merito super indiciis est disputandum: argumento textus *in leg. Si postulaverit. §. Patroni. ff. de Adulter. text. in leg. Custodias. ff. de Pub. jud.* Ex quo inferitur; quod si testes fuerint per judicem recepti in summaria informatione, eorum testimonium non facit aliquam fidem contra reum, ut possit torqueri, nisi postea sint reproducti in plenario iudicio, parte citata, ut videat eos jurare, & cognoscat personas eorum, & legitime causa examinatur: argumento textus *in leg. Si quando. Cod. de Testibus.*

Ex quibus magistraliter & resolutivè infero, quod ista erit vera, utilis & juridica practica in nostra materia: quod imprimis iudex secretè recipiat testes in summaria informatione, sine citatione partis, propter periculum fugæ, & faciat reum personaliter capi; & postea contra eum proponatur accusatio ad petitionem partis, vel ex officio iudicis, vel fiscalis nomine iustitiæ, & reus captus juret de calumnia super ipso facto & delicto, ut *in leg. 4. tit. 29. part. 7.* & detur sibi copia & terminus ad respondendum; & postea iudex pronunciet interlocutoriam, in qua assignet partibus terminum probatorium, in quo partes probent intentionem suam, & eodem tempore durante producantur testes in partium præsentia, ut videant eos jurare, & iterum deponant de novo illud quod in iudicio summario & informatione deposuerunt, vel ratificetur primum testimonium adhibitum, & insuper utraque pars adducat & præsentet omnes alios testes, vel probationes quas habeat: & transacto omni termino probatorio, fiat per iudicem publicatio processus, & concludatur in causa; & tunc iudex videat & examine processum, & merita causæ ejus; & si nihil probatum inveniat, absolvat reum; si plenè inveniat probatum, diffinitivè condemnet in pœna ordinaria delicti? Si verò semiplenè inveniat probatum, vel tale indicium, vel indicia, ex quibus de jure possit torqueri, pronunciet eum esse torquendum pro eruenda veritate: Et in effectu istam doctrinam & practicam resolutivam ponit Bartol. *in leg. fin. ff. de Quæst.* & ibi Hippolyt. de Marsil. *col. 3. num. 7.* & 8. idem Hippolyt. *in sua Practic. §. Nunc videndum. 1. & 2. col. & 6. col. num. 28.* Salyc. *in leg. fin. Cod. de Quæst. fin. col. & quæst.* Alberic. *in leg. Jurisjurandi. Cod. de Testib. 1. col.* Bald. *in leg. Si tibi. Cod. de Cond. obitur, caus. col. 2.* Cardin. *in cap. Cum in contemplatione, de Regul. jur. column. 2. num. 5. & 6.* & Gandin. *in tractat. Malefic. in rubr. de Quæstion. quæ quotidie de facto occurrit.* Angel. *de Malefic. in part. Fama publica præcedente. 4. column. versic. Quæro qualiter probetur, & 11. col. vers. Item advertas,*

& ibi ejus Additionator, Franc. Brun. *in tract. de Indiciis & tortura, vers. Quæro, an testis, Faber. in tract. de Quæst. column. 8. vers. Sed quid quæst. de facto, Alexand. in Cons. suis, cons. 63. column. 1. Hippolyt. in Consil. suis, consil. 2. column. 4. num. 36. & cons. 8. num. 24. & cons. 52. column. 3. num. 11.*

* Advertendum tamen, quod circa hoc se offert pulchrum & notabile dubium: Si contra reum sunt aliqua indicia, non tamen sufficientia ad torturam, an possit & debeat iudex eum diffinitive absolvere, vel aliqua pœna arbitraria condemnare? Et vidi plures summæ auctoritatis peritissimos diversè judicare: Ego tamen in hoc articulo noviter & singulariter distinguo, quod si talia indicia sunt levia, & sic non sufficientia ad torturam, reus debeat absolvi, quia intrat regula juris ordinaria, quod, *alterè vel accusatore non probante, reus debet absolvi*: Item, quia non reperitur in jure aliquem effectum talem probationem operari infrà torturam. Si verò indicia essent talia quæ operarentur torturam; sed non possit de jure imponi, propter privilegium vel qualitatem personæ; posset pœna arbitraria puniri; & credo, quod non remaneret infamis, cum sit dispensatum in pœna: argumento text. *in leg. Quid ergo. §. Pœna gravior. ff. de His qui notant infamia.* *

22 Item quæro, an tortura debeat peti per partem, hoc est accusatorem? Et videtur dicendum quod sic; aliàs iudex non debet, nec potest reum torquere: ita probat textus juncta Glossa ordinaria, *in l. Quamvis, la 1. Cod. de Adulter. in verb. Quæstionibus, ubi dicit Glos. per tormenta postulante viro, qui accusabat.* textus juncta Glossa *in leg. Quicumque, vers. Sanè, in verb. Oportet. Cod. de Servis fugitiv. ubi dicit text. Sanè mancipium torqueri oportet, & dicit Glossa ad petitionem partis, text. in leg. final. ff. de Calumni* cujus verba sunt: *De servo qui accusatur si postuletur, quæstio habeatur, textus in leg. Patre, vel marito. ff. de Quæst. textus in leg. de Minore. §. Tormenta, eod. tit. text. in leg. 1. §. Ne autem. Cod. de Juram. calumn. text. in leg. fin. Codic. de Quæstion. & in terminis ita tenet Bald. licet non ita fundet *in cap. 1. §. Judices, de Pace juram. firmand. col. 2. num. 6. in lib. Feudor. Paris de Puteo in tract. Syndic. part. Officialis. 3. column. n. 6. Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. ff. de Quæst. col. 3. vers. Requiritur & quintò, idem Hippolyt. in sua Pract. §. Nunc videndum, col. 5. num. 27.* Ex quo inferitur in practica, quod post publicationem processus accusator & ejus advocatus dicit & asserit, quod plenè probatum est delictum, & petit reum diffinitivè condemnari; in casu quo plenè non sit probatum, petit quod imponatur reo tortura pro eruenda veritat. Quod intellige, quando iudex pro-*

procedit per viam accusationis; secùs verò si ex officio suo per viam inquisitionis; quia tunc sine aliqua petitione potest reum torquere, secundùm DD. ubi suprâ.

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd indistinctè, modò judex procedat per viam accusationis, modò per viam inquisitionis, possit & debeat reum torquere sine aliqua partis petitione: Primò, quia judex in criminalibus potest adducere probationes contra reum accusatum favore reipublicæ, ne delicta remaneant impunita: argumento text. in leg. Ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. & in leg. Licitatio, §. Quod illicitè, ff. de Public. & vestigalib. textus in leg. 2. §. Si publico, ff. de Adulter. textus in leg. 2. Codic. de Abolit. & utrobique Bartol. & communiter DD. ergo benè possit judex reum torquere parte non petente. Confirmatur, quia aliàs faciliter daretur materia & occasio prævaricationis committenda: quod non est permittendum, argumento text. in leg. 3. ff. de Prævar. Rursus etiam confirmatur, quia in criminalibus expressa remissio partis non valet in præjudicium reipublicæ, ut in leg. Transigere cum materia, Cod. de Trans. ergo nec ista vel alia tacita remissio. Secundò & principaliter facit, quia in his, quæ concernunt publicam utilitatem, potest & debet judex procedere sine aliqua partis petitione: argumento textus in leg. Congruit, ff. de Offic. præ. & ibi Bartol. & communiter DD. Tertio facit, quia in his, quæ sunt juris, potest judex supplere defectum partium & advocatorum super his, quæ continentur in processu: text. in leg. 1. Cod. Ut quæ desunt advocatis, & ibi notant & commendant Odofr. Cyn. Bart. Bald. Paul. Salycet. & communiter DD. Et maximè hoc procederet, quando in libello vel accusatione fuisset posita illa generalis & utilis clausula: *Peto mihi jus & justitiam ministrari*; quia tunc sine dubio poterit judex reum torquere sine petitione partis, quia implicitè & virtualiter ibi videtur contineri petitio ad omnia, quæ possunt in causa vel processu comprehendi: argumento text. in cap. 2. de Ordinat. cognit. & in cap. 2. de Offic. ordinat. & utrobique DD. & in terminis tenet Paris de Puteo in tract. Syndic. in part. officialis, 3. col. num. 6. Sed mea opinio est, quod modò talis clausula ponatur, modò non, possit judex torquere, per suprascripta.

Item quæro, an judex, stantibus legitimis & sufficientibus indiciis, modò procedat per viam accusationis, modò per viam inquisitionis, parte petente, vel non petente, teneatur de necessitate & præcisè torturam imponere, & aliter faciendo teneatur in syndicato? Et videtur quòd non: quia tortura, & indicia per quæ perveni-

tur ad eam, sunt arbitraria, & resident in mero judicis arbitrio: argumento text. in l. Non quidquid, ff. de Judic. cujus verba sunt: *Non quidquid judicis potestate permittitur, id subicitur juris necessitati*, & ibi Glos. ordinaria & communiter DD. text. in leg. Videamus, §. Jurare, ff. de In litem jurando, text. in leg. Actionib. vers. 1. & 2. eod. tit. text. in leg. Quod si Ephesi, §. 1. ff. de eo quod certo loco, text. in leg. 1. vers. fin. Cod. Quomodo, & quando judex, cujus verba sunt: *Id enim eo pertinet, ut etiam absentem damnare possit, non ut omninò necesse habeas*. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Paulus de Castro in dict. leg. Non quidquid, ff. de Jud. & ante eum ita tenent ibi Ang. de Perus. Bald. in leg. fin. Cod. de Probationib. fin. col. Alexand. in leg. Gallus, ff. de Liber. & posth. col. 2. & ibi Jas. 4. col. num. 25. quod est valdè singulare, & utilissimum in practica.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam & conclusionem; imò, quòd judex præcisè & de necessitate teneatur reum torquere stantibus legitimis indiciis: Primò, quia aliàs supervacua & sine aliquo effectu videretur tota materia torturæ, & fieret maximum & grave damnum & præjudicium parti offensæ, & reipublicæ, auferendo istud genus probationis, & per consequens delicta remanerent impunita. Secundò, quia absurdum & iniquum videretur, quòd in mera facultate judicis esset torquere unum, & dimittere alium. Tertio, quia considero, quòd ipsa indicia benè relinquuntur in judicis arbitrio, an concludant, vel non, cùm sint varia & diversa, & à jure non determinata: & si fortè sibi non concludunt, benè posset torturam non imponere, & isto casu posset intelligi & procedere opinio & conclusio prædictorum DD. tamen quando indicia essent talia, quæ de jure essent approbata, & cuilibet concluderent; ut unus testis de visu, confessio extrajudicialis, vel simile indicium, de quibus suprâ diximus; tunc benè teneretur judex de necessitate torquere, aliàs negaret justitiam, & teneretur in syndicato, & accusator posset ex hoc legitimè appellare: & in expresso ita videtur tenere Bartol. in leg. fin. ff. de Quest. col. 1. num. 1. Bald. in leg. pen. Cod. Quorum appel. non re, 1. col. num. 2. & ibi Salyc. col. 1. quod certè reputo verissimum honoris & famæ lucrarivum. Confirmatur: quia in delicto injuriæ, & aliis quibus pœna est arbitraria, non potest judex desinere condemnare, & pœnam tollere; aliàs teneretur in syndicato: ergo idem in nostro casu. Nec obstant jura superius in contrarium adducta: Quia debent intelligi, quando aliquid relinquitur in mero & absoluto judicis arbitrio: secùs verò quando simpliciter relinquitur judicis arbitrio, habito respectu ad propo-

sitiones, vel aliqua merita causæ; quia tunc de necessitate tenetur facere, & impartiri officium & arbitrium suum; & si non fecerit, tenetur in syndacatu, & ab eo potest appellari: ita tenet & declarat Innoc. *in cap. fin. de Feriis, final. column.* & ibi communiter DD. Anton. & communiter alii DD. *in cap. Super his, de Accus. Abbas & communiter DD. in cap. 1. de Dilat. Felin. in cap. Exceptionem, de except. 1. & 2. column.* Imol. *in leg. 2. ff. de Public. judic. penult. column.* Alexand. *in leg. 1. ff. de Legat. secundo, final. column.* idem Alexand. *in leg. Et si severior, Cod. Ex quib. causis infam. irrog. Ang. de Aret. in §. 1. Institut. de action. 4. column.* & ibi Jas. 9. column. num. 66. Dominic. *in cap. 2. de Juram. column. lib. 6. Philip. Dec. in leg. 1. ff. de Jurisd. omn. jud. 3. column.*

23 Item quæro, an in casibus in quibus habet locum tortura, iudex debeat pronunciare deveniendum esse ad torturam, ab ea possit appellari? In quo articulo breviter & resolutivè dico quòd sic: Unde, publicatis attestationibus, & viso & examinato processu, ut suprà dictum est, pronunciabit iudex per suam sententiam interlocutoriam, *reum esse torquendum in forma consueta, & moderato arbitrio suo*: & illa sententia intimabitur reo, & debet supersederi per tempus ad appellandum: & si reus appellaverit, debet ei iudex concedere appellationem; quia cum sit actus gravissimi præjudicii, qui non potest diffinitivè reparari, imò aliquando & multoties solet reus perire in tormento, habet locum appellatio, si verò non appellavit; vel si appellavit, & per iudicem appellationis sententia fuit confirmata; tunc licitè potest torqueri: ita probat textus *in leg. 2. ff. de Appel. resc.* cujus verba sunt: (*Ante sententiam appellari potest, si quæstionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit; vel in criminali, si contra leges iudex hoc faciat*) & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Bald. Angel. & communiter DD. Glos. ordinaria *in leg. penult. Cod. Quorum appellat. non resc.* & ibi communiter DD. Glos. etiam ordinaria & communiter DD. *in l. 2. Cod. de Episcop. audiend.* Glos. etiam Bartol. & communiter DD. *in leg. Arbitro, ff. Qui satis cogant.* Hippol. de Marsil. *in leg. 1. ff. de Quæst. 3. column. num. 6.* idem Hippolyt. *in sua Pract. §. Nunc videndum, 2. column. num. 2. & 5. column. vers. Data autem dicta copia.* Ex quo infertur, quòd idem est è contra, si iudex pronuntiet reum non torquendum, vel requisitus à parte negat vel dissimulat: quia potest accusator appellare, quia infert sibi gravamen denegando istud genus probationis, quod postea in diffinitiva non potest periri: ita Bald. *in dict. leg. penult. Cod. Quorum appel. non resc. 1. col.*

num. 2. & ibi Salyc. 1. column. & 1. oppos.

Item quæro: Qualiter iudex debet interrogare reum positum in tortura? Et resolutivè dico, quòd debet simpliciter interrogare; *quis commisit illud delictum, & qua forma, & quo loco?* & finaliter, *quòd dicat & manifestet veritatem in illo casu & negotio*: non tamen debet sigillatim & particulariter interrogare de ipso reo, vel de alio nominatim & particulariter: quia esset potiùs incitare & suggerere, quàm inquirere: ita probat text. *in leg. 1. §. Qui quæst. ff. de Quæstione, cujus verba sunt: Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit? sed generaliter, quis id fecerit? aliter enim magis suggerentis, quàm inquirentis videtur*: Et licèt Glossa, Bartol. & communiter DD. ibi intelligant illum text. in teste, quando torquetur pro eruenda veritate; non autem in ipso reo accusato, vel inquisito: tamen mihi videtur, quòd decisio & ratio illius text. habet locum in utroque: & in expressò ita disponit *lex 3. tit. 30. part. 7. in fin.* ubi dicit, quòd modò ipse torqueatur, modò ipse reus principalis, non debet particulariter & nominatim interrogari; sed generaliter & simpliciter, dicendo, *quòd declaret quis illud delictum commisit? & quid est quod in eo sciat & cognoscat?*

24 Item quæro: Si reus accusatus, vel inquisitus, positus in tortura confiteatur delictum, an ex illa confessione possit diffinitivè condemnari? Et breviter & resolutivè dico quòd non, nisi sequatur perseverantia & ratificatio sine tormento: text. est *in leg. 1. §. Div. Severus, ff. de Quæst. text. cum ratione in dict. leg. 1. §. Quæst. fidem, eod. tit. cujus verba sunt: (Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur; est enim res fragilis & periculosa, & quæ veritatem fallit: nam plerique patientia, sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit; alii tanta sunt impatientia, ut quovis mentiri quàm pati tormenta velint.)* & ibi notant & commendant Glos. ordinaria, Bart. Alber. & communiter DD. text. *in leg. 2. Cod. de Custod. reor.* & ibi etiam Glos. ordinaria & communiter DD. Et si quæras, infra quantum tempus debeat talis fieri ratificatio? Dico, quòd non reperitur à jure determinatum, sed relinquatur iudicis arbitrio: justum tamen & competens tempus videtur, post unum diem naturalem: Unde, postquam reus in tortura confessus est, reducitur in locum in quo antea erat, vel in alio, diverso & remoto à loco torturæ, ut verisimiliter videatur cessare metus ejus, & post talem diem naturalem 24. horarum iudex faciat illum coram se comparere, & faciat sibi per tabellionem causæ legi confessionem suam factam in tormento, & in-

interrogabit eum, an illa sit vera, & in ea se firmet? & quia tunc non est positus in tortura, dicat & declaret omninò veritatem: & si dixerit confessionem esse veram, & quòd in ea perseverat, & eam ratificat, poterit licetè, & justè ex ea diffinitivè condemnari: & ista est vera & communis doctrina & practica hujus articuli; & in expressò ita tenet & declarat Jac. Butrig. in l. 2. Cod. de Custod. reor. & ibi alii DD. idem Jacob. Butrig. in leg. 2. Cod. quod metus causa, & ibi etiam DD. Bartol. & communiter DD. in leg. 1. §. Div. Severus, ff. de Quæst. præcipuè Hippol. de Marsil. ibi 2. col. num. 6. idem Hippolyt. de Marsil. in sua Pract. §. Quoniam, 1. & 2. colum. Angel. Imol. & communiter DD. in leg. Qui in aliena, §. fin. ff. de Acquirend. hæred. idem Angel. in leg. 2. Cod. Quorum appel. non re, idem Angel. in leg. fin. Cod. de Quæst. & ibi alii DD. Abbas in cap. fin. de Confessis, 4. col. num. 12. Angel. de Malef. in part. fama publica præcedente, penult. column. vers. Postquam aliqui, & ibi Gandin. in tract. Malef. in rubr. de quæstion. & torment. vers. Apud quem. Franc. Brun. in tract. de Indiciis & tortura, quæst. 2. part. 2. column. 2. num. 4. Faber. in tract. de Quæstion. & torment. Bald. de Periglis in tract. de Quæst. & torment. 5. column. vers. Tertium capitulum, pro qua sententia & conclusione est hodie notabilis lex partit. leg. 4. tit. 30. part. 7.

25 Item quæro: Si reus accusatus vel inquisitus est positus in tortura, non præcedentibus legitimis indiciis, & in tortura confessus est delictum, & postea perseverat & ratificat confessionem post diem naturalem, & servata solemnitate, de qua supra, an possit diffinitivè condemnari? Et breviter & resolutivè dico quòd non: quia cùm tortura fuit injustè & illegitimè adhibita, quidquid ex ea sequitur debet annullari: argumento text. in leg. Non dubium, Cod. de Legib. text. in leg. fin. ff. de Constit. pecun. text. junct. Glos. ordinaria in leg. Si patronus, §. Patronus, ff. Si quid in fraud. patron. textus in leg. Cum principalis, ff. de Regul. jur. cum similib. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Glos. singularis & ordinaria juncto text. in leg. penult. ff. de Quæst. & ibi Bartol. & communiter DD. præcipuè Hippolyt. de Marsil. col. 2. num. 10. ubi dicit, quòd ex hoc liberavit duos homines à pœna mortis in civitate Bononiæ; ex quo consequutus fuit maximum commodum & honorem: Alber. in l. 1. eod. tit. col. 1. in med. & ibi etiam Hippol. de Marsil. col. 5. num. 14. idem Alber. in §. Divus Severus, ejusd. leg. Joan. de Imol. ubi reputat perpetuò menti tenendum, in leg. Qui in aliena, §. fin. ff. de Acquir. hæred. & ibi Paul. de Castr. Alex. Jas. & communiter alii DD. Florian. in Rubr. ff. de Prob. 2. column.

Tom. III.

num. 10. idem Florian. in leg. Emptorem, eodem titul. 1. column. num. 1. Felin. ubi reputat singulare, cap. Qualiter, & quando, el 2. §. Licet, column. 2. num. 13. de Accusat. Angel. de Aret. in tract. Malefic. in part. fama publica præcedente, column. 10. vers. Advertus tamen, ubi reputat valdè singulare & quotidianum, & ibi Additionat. Gandin. in tract. Malef. in rubr. de Quæst. & torment. vers. Item pone, quòd quidam captus fuit, &c. Faber. in tract. de Quæst. col. 10. vers. Sed quid si aliquis Francisc. Brun. in tract. de Indiciis, & tortur. quæst. 5. vers. Ex supradict. numer. 47. part. 2. Guido de Suza, in tractat. de Quæstionib. vers. Sed quid si aliquis tortus est, & ibi ejus Additionat. Paris de Pateo in tract. Syndic. in part. An stetur, column. 2. num. 3. Alex. in Consil. suis, cons. 5. vol. 1. Hippol. de Marsil. in consil. suis, consil. 8. column. 5. num. 13. idem Hippolyt. Consil. 52. column. 1. num. 4. Et ista est vera & communis opinio, & tenenda in judicando & consulendo, licèt Baldus expressè teneat contrarium in leg. unica, Cod. de Confessis, column. 5. oppos. 3.

Et ex hac communi sententia & conclusione: Primò infero, quòd si reus accusatus vel inquisitus non potest torqueri privilegio personæ, quia est nobilis, vel in alia dignitate positus; licèt in tormento confiteatur, & postea perseveret & ratificet, ejus confessio est ipso jure nulla, & non poterit ex ea condemnari.

Secundò infero, quòd si non possit torqueri ratione minoris ætatis, vel senectutis; confessio ejus, etiam ratificata, erit nulla, ut ex ea non possit condemnari.

Tertiò infero, quòd si semel est tortus, & postea iterum injustè torqueatur, confessio ejus facta in secunda tortura, etiam ratificata, erit nulla.

Quartò infero, quòd si à tortura appellavit, & Judex de factò posuit eum in tortura, & in ea confessus est, & postea ratificavit; confessio ejus erit nulla, & non poterit condemnari.

Quintò infero, quòd si contra reum sit vera & legitima probatio, ex qua possit diffinitivè condemnari, & per judicem torqueatur ad effectum, ut non possit appellare; si confiteatur, & postea perseveret, confessio erit nulla, & simpliciter poterit appellare ab ejus sententia diffinitiva.

Sextò & finaliter infero, quòd si ex qualibet alia causa reus injustè torqueatur, semper confessio ejus, etiam ratificata, erit nulla. Nec obstat si dicas, quòd confessio facta super nullo & inepto libello & processu, valet & tenet, & ex ea potest sequi condemnatio, ut in leg. Si confessus, ff. de Custod. reor. & ibi Bartol. & communiter DD. Quia procedit, quando nullitas

Nn 2

cau-

causetur ex defectu alicujus solemnitatis : secus verò si ex injustitia partis & personæ. Nec huic solutioni obstat Glos. singularis, & unica in §. 1. *Instit. de Obligat. gloss. final. in fin.* ubi tenet, quòd sententia lata super inepto libello est ipso jure nulla: quam ibi ad hoc reputant singularem DD. & reputat unicam Bald. in leg. *Actori, Cod. de Reb. cred.* Quia respondeo, quòd debet intelligi, quando nullitas non potest salvari & expelli confessione partis.

26 Item quæro: Si reus accusatus vel inquisitus sufficienter fuit tortus, & negavit se commisisse delictum, an iterum possit torqueri? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd si indicia, ex quibus fuit tortus, sunt gravissima, & nimis urgentia; tunc benè potest iterum torqueri: aliàs verò non: ita probat textus capitalis & expressus in leg. *Repeti, ff. de Quæst.* cujus verba sunt: *Repeti questionem posse divi fratres rescripserunt, text. in leg. Unius, §. 1. eod. tit.* secundùm unam lecturam.

Item etiam dato casu quòd ex indiciis tam gravissimis non fuisset tortus; tamen, si post torturam supervenerunt alia indicia de novo, benè potest iterum torqueri: ita probat textus notabilis & expressus in leg. *Unius, §. 1. ff. de Quæst.* cujus verba sunt: *Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti in questionem potest, maxime si in tortura animus corpusque duxerit, & in expressò per ista jura istam doctrinam & resolutionem ponit Bart. ibi, & alii DD: Salycet. in leg. 2. Cod. de Custod. reor. col. fin. pen. quæst.* ubi dicit, quòd ita practicatur. Sed advertendum, quòd eo casu, quo supervenerunt nova indicia post torturam semel adhibitam, vera & communis opinio est, quòd possit repeti tortura: Sed eo casu, quo nulla supervenerunt indicia de novo, licèt prima, ex quibus tortus fuit, essent gravissima & urgentia: quamvis Bart. & Salyc. teneant, quòd possit iterum torqueri, & quòd ad me ista sit verior opinio, & tenenda; tamen magis communis opinio est in contrarium; imò, quòd ampliùs non possit torqueri: & in expressò ita tenet Dyn. Oldrad. Rainer. Alberic. & alii DD. antiqui in dict. leg. *Repet. ff. de Quæst.* Odofred. in leg. *final. Cod. de Quæstion. final. column. & quæst.* & ibi notabiliter Cyn. *fin. col. & quæst.* Alberic. in *Rubr. eod. tit. 2. col. versic. Sed nunquid, Faber in Rubrica ejusdem tit. in fin.* Bald. in leg. 5. *Cod. Quorum appel. non resc. 2. column. num. 7.* idem Bald. in leg. *unica, Cod. de Confessis, column. 7. num. 19.* Ang. de Perus. in leg. *Si quis in gravi, §. Si quis moriens, ff. ad Syllan.* Angel. de *Malefic. in part. fama publica præcedente, in fin. vers. Tertio quæro, & ibi ejus additionat.* Gandinus in tract. de *Malefic. in rubr. de quæst. & torment. column. 1.*

versic. *Quarto nota, Paris de Puteo in tract. de Syndicat. in part. de repetitione torturæ, 1. col.* Hippol. de Marsil. in dict. 1. *Repet. ff. de Quæst. col. 2. num. 10.* ubi dicit, hanc esse communem opinionem idem Hippolyt. in sua *Pract. §. Quoniam, column. 2. num. 2.* Guido de Suza in tract. de *Quæst. versic. sed pone, Faber in suo tract. de Quæst. column. 7. vers. Quero, quid si semel.* Bald. de Periglis in tractat. de *Question. & torment. column. 2.* Joan Andr. in cap. *Cum in contemplatione, de regul. jur. fin. col. & quæst. & ibi Abbas Panorm. column. 2. quæst. 7.* Sed (ut dixi) licèt ista sit communis opinio, superior magis placet, & eam sequor in præsentì, & semper secutus fui legendo & consulendo.

Unum tamen est: quòd si reus legitimè tortus confitetur delictum, & postea ductus ad ratificandum negat, potest justè & licèt iterum torqueri: quia indicia non videntur purgata nec sublata ratione negationis subsequatæ: Item, quia variatio & vacillatio rei videtur esse novum indicium ad torturam: argumento text. in leg. de *Minore, §. Plurimum, ff. de Quæst. & in leg. Ex libero, eodem titul.* Rursus etiam, quia si isto casu tortura non posset repeti, sequeretur quòd materia torturæ esset sine aliquo effectu, quia si reus non potest iterum torqueri, semper negaret post torturam, & nunquam ratificaret confessionem; & in expressò ita tenet Bartol. in leg. *Unius, §. 1. ff. de Quæst.* Bald. in leg. *Bonæ fidei, Cod. de Rebus cred. column. 2. in fin.* Hippolyt. de Marsil. in dict. leg. *Repetit. ff. de Quæst. column. 2. num. 11. vers. Quo autem ad secundum casum, & idem disponit lex 4. in fin. tit. 30. part. 7.*

27 Juxta quod tamen se offert pulchrum & quotidianum dubium: Si reus positus in tortura præcedentibus legitimis indiciis, & intervenientibus aliis requisitis, confessus est delictum; postea verò ductus ad ratificandum: transacto debito tempore, negat, & revocat confessionem: postea verò, attentata ejus variatione, iterum ponitur in tortura, & confitetur delictum; & postea ductus ad ratificandum negat, & revocat confessionem, quid faciat judex? Certè est novus casus, qui non reperitur in jure decisus: Sed in eo videtur dicendum, quòd talis reus non debeat nec possit ultra tertiam vicem torqueri, propter infinitatem & perplexitatem evitandam, maxime in actu tam odioso & pœnali: argumento text. in leg. *Qui bona fide, §. final. ff. de Damn. infect.* text. in leg. *Fideicommissa, §. Si quis decem, ff. de leg. 3. cum similib.* facit etiam textus singularis & unicus in suo casu in cap. *Licèt dilectus, de testibus.* Item etiam, quia tortura debet adhiberi moderatè; & hoc casu judex apertè excederet modum & tormentis reum perimeret: quod

quod esse non debet: ut in leg. *Questionis modum*, ff. de *Quæst.* text. in leg. de *Minore*, §. *Tormentis eodem titul.* Confirmatur etiam ex sententia notanda Bald. in cap. *Olim*, ex *litteris*, de *rescript.* column. 2. ejusdem Bald. in cap. *fin. de Consuetudine*, 5. column. num. 29. ubi dicit, quod arbitri, quibus est data facultas prorogandi compromissum quotiens velint non possunt prorogari ultrà tertiam vicem; quod sequitur, & valdè commendat Jas. in leg. *final. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* 5. column. num. 17. & in terminis, licèt non ita fundet, istam sententiam & conclusionem, (F) tenet Hippolyt. de Marsil in leg. *Repetit.* ff. de *Quæstion.* column. 3. num. 14. idem Hippolyt. in *sua Practic.* §. *Quoniam*, column. 3. versic. *Sed successivè quæri potest de notabili quæst.*

28 Item quæro: Si reus semel, vel pluries tortus negavit delictum, vel fortè est talis persona, quæ de jure non potest torqueri, an judex debeat eam diffinitivè absolvere? vel possit causam indecisam relinquere, relaxando sub fidejussoribus, vel simpliciter, si eos dare non possit? Et certè est notabilis & quotidianus articulus, & clarè à jure non decisis. In quo videtur dicendum, quod hoc casu judex possit causam indecisam relinquere, & reum sub fidejussoribus relaxare, vel simpliciter, si eos dare non possit: Et erit maximus effectus, quod si postea reperiantur veræ & legitimæ probationes, poterit eum capere, & diffinitivè condemnare ad pœnam ordinariam delicti: si verò reperiantur defensiones & probationes innocentiae, diffinitivè eum absolvet: Primò, quia hoc suadet ratio innocentiae quærendæ, vel ratio vindictæ favore reipublicæ, ne delicta remaneant impunita: argumento textus in leg. *Absentem*, ff. de *Pœnis*, textus in leg. *Ita vulneratus*, ff. ad leg. *Aquil. cum similib.* Secundò & magis in specie facit text. in leg. *Si qui adulterii*, Cod. de *Adulter.* junctâ gloss. *final.* ubi habetur, quod quidam accusabantur de adulterio; & ipsi repulerunt præsumptiones quæ contra eos erant, defensione & exceptione *proximitatis*, dicendo, se valdè consanguineos, & per consequens non esse verisimile eos esse culpabiles: propter quod causa remansit indecisa; & si postea contraxerunt matrimonium, præsumitur retrò eos adulterasse, & possunt diffinitivè condemnari: Ergo bene patet & probatur, quod causa antea non erat diffinitivè decisa; quia aliàs non possent postea condemnari: & sic

apertè deducitur, & infertur, quod propter dubias probationes poterit judex causam indecisam relinquere, & supersedere donec verè & realiter possit sibi liquere & constare de culpa vel innocentia rei accusati, vel inquisiti: & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Salyc. in *dict. leg. Si qui adulterii*, Cod. de *Adulter.* column. 2. vers. *Ex ista glos. Sume consilium*, idem Salycet. ubi valdè commendat in leg. 3. Cod. ad leg. *Jul. majest. finali quæst.* & ibi Ang. de Perus. idem Salicet. in leg. *Ea quidem*, Cod. de *Accusat. penult. col.* vers. *Sed tunc oritur dubium*, Paris de Puteo in *tract. Syndic.* in part. *Viso de repetitione torturæ*, *fin. col.* Hippolyt. de Marsil. in leg. *Repetit.* ff. de *Quæst. penult. col.* num. 36. ubi dicit, quod ita practicatur in tota Italia, à peritissimis Judicibus: idem Hippolyt. in *sua Practic.* §. *Quoniam*, 8. column. num. 49. Paul. Grilland. in *tract. de relaxat. incarcerat.* in rubr. de *Absolutione innocentis*, & ante omnes reperio idem tenere Alber. qui non allegatur, in leg. *Div. Marcus*, ff. de *Officio præsidis*, col. 1. vers. *Et nota.*

Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam & conclusionem, imò quod tali casu judex teneatur reum diffinitivè absolvere, vel saltem ratione indiciorum & præsumptionum aliqua arbitraria pœna condemnare, & nullo modo causam indecisam relinquere: Primò per regulam generalem, quæ habet, quod *actore, vel accusatore non probante, reus debet absolvi*: text. est in leg. *Actor quod esse veram*, Cod. de *Probation.* textus in leg. *Qui accusare*, Cod. de *Edendo*, & prædicta regula necessariò debet intelligi de plena & legitima, ex qua possit reus condemnari, quia aliàs non dicitur intentio actoris vel accusatoris fundata, sicut quando penitus nihil probavit, nec reperitur jure cautum, nec permissum illud medium, à Doctoribus inventum. Secundò facit textus in leg. de *Qua re*, ff. de *Judic.* cujus verba sunt: *De qua re judex cognoverit, de ea quoque pronunciar. cogendus est*, & ibi Glossa ordinaria, textus in leg. *Ubi cæptum*, ff. eodem titul. textus in *Authent. qui semel*, Cod. *Quomodo & quando jud.* Tertio facit textus in leg. *final.* ff. de *Calumn.* ubi probatur, quod si reus torqueatur, & non confitetur, nec resultat probatum delictum, debet absolvi, & ad hoc expressè notant Bald. & communiter DD. Quarto facit textus in cap. *Quotiens*, & in cap. *fin. Ille de purg. cano*, ubi habetur, quod ille qui stantibus iudiciis fuerit compurgatus, statim de-

(F) Idem asserit nemine citato Julius Clarus in *Pract.* §. *ultim. quæst.* 23. versic. *Uterius quæro*, in *fin.* & sane id absque dubio tum juris

ratio, tum æquitas jure omni superior facilè suadent. Idem etiam receptum asserit Boss. in *titul. de Tortur.* num. 43. & 44.

debet diffinitivè absolvi. Quintò facit ratio fundamentalis & concludens, quia si talis causa remaneret indecisa, reus accusatus, vel inquisitus remaneret in maximo damno, & periculo cum esset aperta via inimicis, & sibi odiosis, ut possint quotidie super illo delicto inquietare & molestare, quod non est permittendum, imò malitiis hominum obviandum, ut in *leg. 1. §. Cum quis latrones, ff. de Quest. & in leg. in Fundo, de rei vend. & in leg. 2. ff. Solut. matrim. & in l. 1. §. Denique, ff. de Aqua pluviat.* Sextò pro hac mea sententia & conclusione considero novam & expressam legem partitæ in *lex 26. tit. 1. part. 7.* ubi expressè dicit, quòd si reus præcedentibus legitimis indiciis competenter fuit tortus, & non sit confessus delictum, debet iudex eum diffinitivè absolvere: idem etiam probat *lex 4. tit. 30. part. 7.* & istam eandem opinionem videtur tenere Bart. in *leg. fin. ff. de Quest. 1. col. num. 1. Ang. de Malef. in part. famæ publicæ præ. in fin.* Et certè istam sententiam & conclusionem semper tenui legendo, & nunc firmiter teneo fundamentaliter scribendo, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo. Nec obstat primum fundamentum pro parte contraria: Quia per hoc non tollitur defensio innocentiae quærendæ, nec tollitur vindicta reipublicæ, quia secundum probationes factas, & repertas tempore sententiæ iudex debet iudicare, absolvendo, vel condemnando; non tamen potest, nec debet causam indecisam relinquere. Nec obstat etiam secundum fundamentum, quod sumebant prædicti DD. ex text. in *leg. Si qui adulterii, Cod. de Adulter.* quia ille text. habet plures & diversos intellectus, & meritò non potest ad contrariam opinionem allegari: imò verus & clarus intellectus est, quòd ibi durante litè & instantia adulterii, antequam rei essent condemnati, nec absoluti, contraxerunt matrimonium: undè meritò fuerunt condemnati; quia ista vehemens præsumptio iuncta cum aliis, quæ resultabant ex processu & causa ante ipsam sententiam diffinitivam, operantur plenam probationem ad ipsam sententiam ferendam.

29 Item quæro, an, & quando testis possit torqueri in causa criminali pro eruenda veritate? In quo articulo ista est brevis & vera resolutio: quòd regulariter non debet torqueri, nisi in duobus casibus: primus est, quando vacillat in testimonio: secundus est, quando probatur interfuisse factò, & ipse negat; quia tunc etiam potest torqueri; ita probat text. in *leg. Ex libero, ff. de Quest. & ibi Bart. & alii DD.* Glossa ordinaria quæ sic debet intelligi in *leg. Unius, §. Testes, eod. tit. & ibi etiam DD. Albert. de Gandino in tract. de Quest. fol. 22. in quest. an testis possit torqueri, & idem probat lex penult.*

tit. 30. part. 7. Et adde unum singulare, scilicet, quòd eo casu, quo testis torqueretur pro veritate dicenda, non requiritur postea ejus ratificatio: Ita Bald. in *leg. fin. Cod. de Quest.* quia testis ex intervallo non potest dictum suum corrigere, ut in *cap. Præterea, de testibus.* Sed ego teneo contrarium per argumentum ab eadem ratione, & à fortiori, de qua in ipso principali delinquentis item per legem formalem & expressam, quæ apertè hoc vult & probat, & in *leg. 6. tit. 30. part. 7.* Adde tamen, quòd in causa merè civili rarò haberet locum tortura, ut colligitur ex dictis iuribus, & locis; præterquam si in ea delictum sit annexum, ut si agatur depositi & negetur per debitorem: ita singulariter Anton. Imol. & alii DD. in *cap. Gravi de deposito, & Jason. in leg. Imperium, de jurisdict. omn. Jud. column. 13.*

30 Item quæro: Qualiter iudex pronuntiabit sententiam in criminalibus, in quo articulo resolutivè dico, quòd si reus venit absolvendus, pronuntiabit accusatorem, vel iudicem ex officio procedentem non probasse intentionem suam, & idè reum absolvit, & perpetuum silentium super illo delicto eis imponit. Si verò venit condemnatus, tunc sufficiat pronunciare eum tale delictum commisisse, licèt pœnam non exprimat; quia censetur imposita illa, quæ per legem reperitur determinata, & idè potest illa executioni mandari: ita probat textus formalis, & expressus in *leg. 1. §. Nam si quidem, ff. ad Turpil.* & ad hoc notant & commendant ibi Glossa ordinaria, Bartol. Alber. & communiter DD. antiqui, idem Bartol. & alii DD. in *leg. Iudex posteaquam, ff. de Re judic. Abbas & Canonistæ in cap. Nisi specialis, de offic. legat.* Quod intellige, quando pro delicto reperitur à jure imposita pœna certa, ut in homicidio, adulterio, & simili delicto: secus verò, quando pro delicto non reperitur pœna certa & determinata, sed ex arbitraria officio iudicis imponenda; quia tunc necessarium est quòd exprimat in sententia: ita tenet & declarat magistraliter in *dist. leg. 1. §. Nam si quidem, ff. ad Turpis, col. 2. num. 7. Anchar. in cap. 1. de Homicidio, lib. 6. column. 4. vers. 14. nota,* tutius tamen est, semper in sententia imponere & declarare certam & determinatam pœnam pro delicto ordinario, vel arbitrario, propter majorem claritatem, & omne dubium evitandum; & ita fit & practicatur communiter in isto regno. Item adde, quòd in ferenda tali sententia criminali semper iudex debet Deum & Dominum nostrum habere præ oculis, & omnia illa; quæ ponit & cumulat textus in *cap. 1. de Sentent. & re judic. lib. 6. & aliquando, & ferè semper iudices ponunt & inserunt illa verba in tali sententia criminali.*

Item

31 Item quæro: Post sententiam definitivam latam in causis criminalibus, an & quando possit reus condemnatus appellare? In quo utili & quotidiano articulo dico, quòd regulariter (G) potest appellare, modò sit convictus per confessionem propriam tantùm, modò per testes tantùm: textus in leg. 1. & per totum. ff. de Appellation. textus in leg. 1. & per totum. Cod. eodem titul. textus in leg. 1. & per totum titul. 23. parte 3.

Et in tantùm hoc est verum; ut procedat & habeat locum etiam in gravissimo delicto *læsæ Majestatis*, vel quolibet alio, nisi lege reperiat prohibitorum: ita probat textus juncta Glossa ordinaria in leg. *Panthonius*. §. *Rei perduellionis*. ff. de *Acquir. hæred.* quam ibi ad hoc summè notant & commendant Aret. & alii DD. & illam ad hoc reputat singularem Nicol. de Neapol. in §. *Publica autem*, *Instit. de Publ. judic.* column. 1. Augustinus de Ariminio in *Addit. ad Angel. de Malefic.* in parte, *præsente Cajo*, & *appellante*, col. 4. *super versiculo*, & *not.* Et ista est vera, & communis opinio, & semper tenenda, licèt Romanus expressè teneat contrarium in dicto §. *Rei perduellionis*, per aliqua fundamenta, & similiter Ang. de *Malefic.* in parte, *præsente Cajo*, & *appellante*, col. 4. *versic.* & *nota.*

Item etiam in tantum hoc est verum; ut quilibet de populo etiam extraneus possit pro reo condemnato appellare sine mandato, etiam si ipse velit acquiescere sententiæ, & illam approbare: textus est singularis in jure in leg. *Non tantum*. ff. de *Appellat.* & ibi notant & commendant Glossa ordinaria, Bartol. Alber. Angel. & communiter DD. text. in l. *Addictos*. Cod. de *Appellat.* text. in leg. *Addictos*. Cod. de *Episc.* condit & idem disponit *lex 6. titul. 23. part. 3.* licèt in uno corrigat jus commune, in quantum vult, quòd si condemnatus acquiescat sententiæ non possit extraneus appellare, sed consanguineus ejus: Et jam iste casus mihi contigit dum essem advocatus pauperum; quia fuit quidam condemnatus ad mortem pro levi furto, & vix potuit consequi à condemnato ut appellaret, imò libenter volebat acquiescere sententiæ; & volebam uti remedio *prædict.* leg. *Non tantum*, vel *partit.* inquirendo consanguineum, & tandem maximo labore & persuasione feci eum appellare, & ex eisdem actis fuit revocata sententia & absolutus à pœna mortis, & quadam levi pœna

arbitraria condemnatus. Item etiam in tantum hoc est verum, quòd potest reus condemnatus, vel alius pro eo appellare; quòd si post appellationem interpositam iudex de facto velit procedere ad executionem sententiæ, potest licèt ei de facto & manu armata resisti per consanguineos, vel amicos ipsius condemnati; quia per appellationem ablata est jurisdictio iudicis à quo, & censetur privata persona: ita singulariter tenet Innocent. in cap. *Si quando*, de *Offic. delegati*, & ibi Abbas Panorm. column. 1. num. 2. reputans esse valdè notandum, & communiter alii DD. & Bald. ubi valdè commendat in leg. *Addictos*. Cod. de *Episcop. aud.* column. 1. numer. 2. idem Bald. in leg. *Ut vim*. ff. de *Justit. & jur.* column. 3. *quæst. 7.* & ibi alii DD. Cynus in leg. 1. Cod. *Unde vi*, *fin.* column. & *quæst.* Ang. de *Malefic.* in parte *Fama publica præcedente*, *versic. 2.* *Quero*, & ibi ejus additionator, idem Angel. in parte *Cajo*, & *appellante*, *versic. Quid autem*, & ibi ejus additionator. Jas. ubi reputat singulare in §. *Pœnales*, *Instit. de act.* column. 17. num. 108. Hippolyt. de Marsil. in *sua Practica*. §. *Diligenter*, num. 53. Paris de Puteo in *tractatu Syndicatus*, in part. *Resistentia*, fol. 220. facit etiam textus in leg. *Prohibitum*. Codic. de *Jure fisci*, lib. 10. ubi habetur, quòd officiali excedenti in officio potest resisti: & ibi notant Bartol. Platon.

Quod tamen limita & intellige, quando reus condemnatus est convictus per solam confessionem, vel per solos testes: secus tamen est quando esset convictus tam per confessionem, quam per testes; quia tunc non potest appellare: textus est singularis in jure in l. 2. Cod. *Quorum appellat. non rescit.* & ibi notant Glossa ordinaria, Odofr. Alber. Bald. Ang. Salyc. & communiter DD. text. in cap. *Nulla 2. quæst. 6.* Licèt illa lex loquatur in quinque criminibus tantum, de quibus ibi; tamen gratia exempli loquitur in eis: nam idem est in quibuscumque aliis criminalibus, & similiter in omnibus causis civilibus; quia convictus per confessionem & per testes non potest appellare; & in expressò ita tenent ibi Glossa ordinaria, Bart. & alii DD. in leg. *Constitutiones*, eod. tit. Secundò limita & intellige, præterquam in crimine *hæresis*; quia in eo condemnatus non potest appellare: text. est in cap. *Ut inquisitionis*, de *Hæres.* lib. 6. Quod tamen intellige in sententia definitiva, secus verò in interlocutoria; quia

ab

(G) Hanc regulam ponit etiam Duen. *regula 45.* qui limitationes complures adjungit: Octav. Vestrius in *Pract.* lib. 7. ubi videto Nicolaum Antonium Gravatum, qui ad illum doctissimas & elegantissimas additiones lucubravit:

quin etiam hac eadem de materia videto Covarrub. in *Pract.* *quæst. cap. 21.* Julium Clarum in *Pract.* §. *ult. quæst. 94.* & quæ etiam brevi dudum observavi in *Recept. sentent. thesaur. vers. Appellat. num. 191. cum seq.*

ab ea benè potest appellari: ita tenent & declarant ibi Joan. Andr. Arch. Anch. Domin. Imol. *in cap. Ea quæ, de Rescript. Felin. in cap. Si ad abolendam, de Hæret. column. 2.* Confirmatur ex text. *in leg. Si ex causa. §. Nunc videndum. ff. de Minor.* ubi habetur, quòd licèt minor restituatur à factò principali, tamen benè potest restitui in emergentibus & accessoriis: ex quo infert ibi & tenet Philippus Decius, *in cap. Cum speciali. §. Potius, de Appellat. 2. col. Bald. post Guillelm. & Antiquos,* quòd si caveatur lege vel statuto, quòd in aliquo casu non habeat locum appellatio, debet intelligi quoad decisionem totius litis & causæ principalis: non tamen in interlocutoria, vel actu, qui totam litem non dirimit; quia tale gravamen non speratur reparari post diffinitivam sententiam, cùm ab ea non possit appellari; & hoc reputat singulare Bald. *in leg. Post sententiam. Cod. de Sent. & interloc. omn. jud. column. 2. in med.* Tertio limita & intellige, præterquam in crimine *falsæ monetæ*: quia in eo non appellatur: text. *in l. 1. vers. Appellandi. Cod. de Falsa moneta,* & ibi Glossa ordinaria: text. *in leg. 2. eod. tit. & idem disponit, lex 16. tit. 23. part. 3.* Quarto limita & intellige, præterquam in crimine *raptus virginis*, vel *honestæ mulieris*: textus est *in leg. unica. Cod. de Rapto virgin. & ibi communiter DD. & idem disponit lex 16. tit. 23. part. 3.* Quintò limita & intellige, præterquam in quocumque crimine *violentiæ* super aliqua re, vel possessione: textus est *in leg. Si quando. Cod. ad leg. Jul. de Vi,* & ibi communiter DD. Sextò limita & intellige, præterquam in publico & famoso latrone: text. est *in leg. Constitutiones. ff. de Appellat. & ibi communiter DD.* Septimò limita & intellige, præterquam in sedicioso & concitato: textus est *in dict. leg. Constitutiones. ff. de Appellat. textus in leg. Si quis filio. §. Hi autem. ff. de Injusto rupto,* & utrobique communiter DD. Octavò limita & intellige, præterquam in homicidio commisso proditoriè, vel alevosè: ita disponit text. mihi singularis *in dict. leg. 16. tit. 23. part. 3.* * Nonò limita & intellige, præterquam in delicto nefando contra naturam: quia in eo proceditur sicut in crimine læsæ Majestatis: Item etiam, quia militat eadem ratio, & multò major quàm in aliis criminalibus hic positis, & determinatis. *

32 Dubium tamen necessarium, & quotidianum est: Si in casibus superioribus, similibus, in quibus non admittitur appellatio, reus condemnatus appellavit, & iudex admisit appellationem ex ignorantia juris, vel ex propria voluntate, an possit iudex qui tulit sententiam, eam executioni mandare? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd non potest exequi sententiam, sed tenetur deferre, & admittere appel-

lationem, & causam ad superiorem remittere; quia statim ac appellationem admisit, abdicavit à se omnem jurisdictionem in illa causa, & devolvitur jurisdictione & tota causa ad superiorem: & in expressò istam sententiam & conclusionem probat textus *in cap. Cum appellationibus frivolis, de Appellat. lib. 6. & ibi notant & commendant Joan. Andr. Domin. Anchar. & per illum textum ita tenent Ang. de Perus. Joan. de Imol. & alii DD. in leg. Constitutiones. ff. de Appellat. Bald. in leg. unic. Cod. de Confessis, col. 6. in fin. n. 24. idem Bald. in leg. Post sententiam. Cod. de Sentent. & interloc. omn. jud. col. 2. vers. Pone. Roman. in leg. Panthionius. §. Rei perduellionis. ff. de Acquir. hæred. col. 2. in medio,* ubi reputat singulare August. de Arimin. *in Addit. ad Angel. de Malefic. in part. præsentè Cajo, & appellante, col. 8. Jas. ubi reputat singulare in leg. Patre furioso. ff. de His qui sunt sui vel alien. juris, col. 3. n. 11.* Quòd tene menti, quia certè est notabile, & quotidianum in practica.

33 Item quæro, quo tempore accusatus vel inquisitus probare possit innocentiam & defensionem suam? In quo articulo utili & quotidiano resolutivè dico, quòd in qualibet parte litis usque ad realem executionem sententiæ poterit eam probare. Nam primò poterit probare innocentiam & defensionem suam in termino probatorio partibus concesso & assignato per iudicem in sententia interlocutoria ad probationem faciendam, cùm ille terminus requiratur pro causæ cognitione, & sit communis utrique parti: text. est *in leg. Iudices. Cod. de Jud. text. in leg. 1. & per tot. Cod. de Dilat. text. in l. Prolatam. Cod. de Sententia, & interloc. omnium iudicum,* textus *in leg. Petendæ in fine. Cod. de Temporibus in integrum restitut. peten. & utrobique communiter DD.* Secundò poterit probare innocentiam, & defensionem suam post lapsum termini probatorii, imò etiam post publicationem testium, & conclusionem in causa: quia defensio est adeò privilegiata & jure permissa, quòd timor subornationis non debet eam excludere. Ex quo deducitur & infertur, quòd in causis criminalibus conclusio facta à partibus non tollit probationem: ita probat textus notabilis *in leg. Unius. §. Cogniturum,* versic. *Quamvis. ff. de Question. & ibi Glossa ordinaria, Bartol. Alber. & communiter DD. idem Bartol. in leg. 1. §. Si quis ultrò, eod. tit. & ibi alii DD. idem Bartol. in leg. Divi fratres. ff. de Pæn. Salyc. in leg. fin. Cod. de Quæst. col. fin. Bald. in leg. Ea quidem. Cod. de Accusat. antepen. col. num. 56. Felin. in cap. Cum clamor, de Testib. col. 3. vers. Et scias.* Tertio poterit probare innocentiam & defensionem suam, si talis reus accusatus vel inquisitus renunciavit defensionibus suis, & termino probatorio sibi assignato: quia

quia talis renunciatio non valet, nec tendit in præjudicium personæ, vel status: argumento text. in leg. *Liber homo*, ff. ad leg. *Aquil.* text. in leg. *Cornelia*, §. *fin.* ff. ad leg. *Corn. de sicar.* text. in l. *Cum autem*, §. *Excipitur*, ff. de *Ædil. edict.* text. in leg. *Omne*, §. *Qui se*, ff. de *Re mil.* text. in leg. *Non tantum*, ff. de *Appel.* text. in 3. & 4. ff. de *Liber. caus.* text. in leg. *Nec si volens*, & in leg. *Interrogatam*, *Cod. eod. tit.* & in expresso ex isto fundamento & ratione ita tenet Gloss. singularis in jure: in leg. *Pactum inter heredem*, ff. de *Pactis*, in gloss. finali & ad hoc notant & commendant ibi Bart. Bald. Ang. Paul. Jas. & communiter DD. & illam Gloss. reputat singularem Bald. in leg. *unic.* *Cod. de Confessis*, col. 15. num. 60. idem Bald. in cap. 1. §. *Porrò qualiter feudum alienari possit*, 1. column. num. 1. idem Bald. in cap. *Cum non ab homine*, de *judic. fin. calumn.* idem Bald. in cap. *Cum venisset*, de *testib.* idem Bald. in cap. *Pastoralis*, de *except. colum.* 3. num. 12. idem Bald. in *Authent. jubemus*, *Cod. de Judic.* & ibi Jasson. column. 2. num. 8. & illam Glossam reputat unicum Bald. in capit. *Quoniam contra falsam*, de *probat. pen. colum. numer.* 63. Imol. in leg. *Custodias*, ff. de *Public. judic. colum.* 2. Jason. in leg. *Si quis in conscribendo*, *Cod. de Pactis*, column. 6. num. 17. Felin. in cap. *Contingit*, de *sentent. excommun. colum.* 2. in med. Ang. de *Malefic.* in part. *qui judex statuit terminum*, 2. column. & ibi ejus additionator, Paris de Puteo in tract. *Syndicat.* in part. *an potestas*, fol. 83. (H) Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. §. *Si quis*, ff. de *Quæst. antepen. colum.* num. 63. idem Hippolyt. in sua *Practica*, §. *Examinanda.* Ex quo iudices debent esse cauti, & sumere optimum consilium in practica, quod in crimine semper assignent terminum competentem partibus ad intentionem suam fundandam; & licet reus accusatus vel inquisitus renunciaret, ut quotidie faciunt, prædicto termino probatorio, non admittat talem renunciationem, sed patiatur terminum labi, qui in defensionem suam possit facere: nam aliàs injustè condemnaretur. Quod intelligo, quando pro delicto veniret imponenda poena mortis, vel corporalis; secus verò si pecuniaria, vel relegationis, quia tunc valeret renunciatio: argumento text. & ejus regulæ in leg. *Si quis in conscribendo*, *Cod. de Pactis cum similibus*, & in terminis ita tenet & declarat Joan. de Imol. in leg. *Custodias*, ff. de *Pub. jud. colum.* 2. in medio, & ita semper practica in causis pau-

perum. Quartò poterit talis reus accusatus, vel inquisitus probare innocentiam, & defensionem suam etiam post sententiam diffinitivam contra eum latam, quando per evidentiam facti hoc possit constare, & hoc per officium judicis, non tamen ad instantiam partis, textus est singularis & unicus in leg. 1. §. *Si quis ultro*, ff. de *Quæst.* & ibi notant & commendant Bart. Alber. & communiter DD. idem Bartol. in leg. *fin.* ff. de *Ferriis*, *fin. column.* idem Bartol. in leg. *Si maritus*, la 2. §. *Præscriptiones*, ff. de *Adult.* idem Bart. in leg. *Libellorum*, §. *fin.* ff. de *Accus. colum.* 1. num. 4. idem Bart. in *Consil.* 107. *colum.* 1. Bald. in leg. *Cum pretium*, *Cod. de Liber. caus. in fin.* Saclyc. ubi reputat singularem in leg. 2. *Cod. de Requir. reis colum.* 2. num. 2. idem Salyc. in leg. *fin. Cod. dict.* *Quæst. colum. fin. in medio*, probat etiam text. in leg. *Divi fratres*, ff. de *Pœnis*, & ibi notant Bart. Alber. & communiter DD. unum tamen est quod licet in casibus superioribus talis reus accusatus vel inquisitus possit innocentiam & defensionem suam, quolibet modo & via legitima & ordinaria probare, tamen isto quarto & ultimo casu non posset probare, nisi per evidentiam facti probando negativam, quæ arguat, & ostendat non esse delictum commissum, ut quia verè, & realiter probat hominem, qui sic dicebatur interfectus, vivere, vel quid simile; & in terminis & quidem subtiliter ita probat text. in *dict.* §. *Si quis ultro*, per me sic ponderatus & intellectus. Nec obstat text. in leg. 4. ff. de *Confessis*: ubi habetur, quod si quis confitetur servum alterius occidisse, ex tali confessione debet condemnari, licet non occiderit, & evidenter probetur contrarium, quia debet intelligi, quando contra eum agitur civiliter actione leg. *Aquilie*: secus verò si criminaliter, ut in nostro casu & materia, & ita tenent ibi Alber. Angel. & communiter DD. probat etiam textus in leg. *Inde Neratius*, §. *fin.* ff. ad leg. *Aquil.* textus in leg. *Confessionibus*, ff. de *Interrog. action.* & idem disponit, leg. 5. *titul.* 13. *part.* 3. Advertendum tamen, quod in isto casu, quando constat de innocentia ipsius rei per evidentiam facti post sententiam, non poterit ipse iudex, qui tulit sententiam, eam revocare, sed supersedebit executioni & rescribet principi, ut reum absolvat, & revocet sententiam, text. est in *dict.* leg. 1. §. *Si quis ultro*, ff. de *Quæst. in fin.* & ibi summè notat Bartol. & communiter Doctor. Salyc. in leg. *Et si severior*, *Cod. Quib. ex causis in-*

(H) Asseverant idem Hippolyt. in leg. *Una*, num. 91. & seq. *Cod. de Rapt. virgin.* latè Covar. in tract. de *Sponsal. part.* 2. *cap. ultim. num.* 12. Tom. I II.

Duennas reg. 190. Julius Clarus in *Pract.* §. *ult. quæst.* 49. vers. *Quero nunc*, & res videtur extra omnem aleam disputationis posita.

infam. irrog. column. 3. & ibi Paul. *fin. column. idem Paul. in leg. Quid ego, §. Pœna gravior, ff. de His qui not. infam. fin. column. Salyc. in l. unic. Cod. de Confessis, column. 7. num. 23.* idem etiam probat textus *in leg. Mortis, §. Sed enim, vers. Et si forte, ff. de Pœnis, text. in leg. Divi fratres, eod. tit.* Sed hodie in nostro regno hoc casu bene possêt ipsemet iudex, qui sententiam tulit eam revocare, etiam inconsulto principe; ita determinat nova & singularis *lex part. lib. 4. tit. 3. part. 7.* in quantum dicit, *debelo quitar, nec obstat si dicas, quòd illa potest intelligi, quòd suspendatur executio, quia ex verbis ejus apertè constat velle, quòd reus diffinitivè absolvatur, & iudex revocet sententiam.*

34 Circa prædicta tamen se offert pulchrum & quotidianum dubium, an iudex in criminalibus possit inducere, & recipere testes in qualibet parte litis ad offensam & punitionem rei? In quo notabiliter & resolutivè dico, quòd iudex, sive procedat per viam accusationis, sive per viam inquisitionis, potest in qualibet parte litis usque ab sententiâ diffinitivâ, durante termino probatorio, vel eo finito, & adhuc post publicationem, & conclusionem in causa, ex officio suo inducere & recipere testes, & omnes alias probationes ad offensam & punitionem ipsius rei delinquentis: Primò, quia sicut iudex potest ex officio in totum procedere, & vicem accusatoris sustinere, ut suprâ dictum est; ita poterit partem & sic accusatorem coadjuvare, & testes & probationes in qualibet parte litis recipere, favore reipublicæ; ne delicta remaneant impunita: Secundò, quia in iudice cessat timor subornationis, ut *in cap. Cum clamor, de testib. & ibi Innoc. & communiter DD.* Tertio, quia aliàs faciliter posset dari collusio inter accusatorem & accusatum, & venire ipse reus liberandus, in grave damnum & præjudicium reipublicæ. Quarto facit textus notabilis *in lege 2. Cod. de Abolitionib.* ubi habetur, quòd si accusator renunciat vel desistit ab accusatione, iudex potest supplere defectum partis, & pro-

cedere ex officio suo contra ipsum delinquentem: Et in expressò per prædicta fundamenta istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. *in leg. 1. §. Si quis ultro, ff. de Quæst. col. 1. versic. Nota tria mirabilia, idem Bartol. in leg. Unius, §. 1. eod. tit. idem Bartol. in leg. 2. §. Si publico, ff. de Adult. colum. 5. num. 15. idem Bart. in leg. Si maritus, §. 1. eod. tit. colum. 2. idem Bart. in leg. 2. Cod. de Abolit. & ibi Salyc. idem Bartol. in Authent. qui semel, Cod. de Probat. penult. column. num. 32. idem Bartol. in leg. 4. §. Hoc autem iudicium, ff. de Damno infect. column. 2. & 4. quæst. idem Bartol. latius, & melius quàm alibi in *Quæstionib. suis, quæstion. 14. Bald. in leg. Ea quidem, Cod. de Accusat. antepenult. column. num. 56. Salyc. in leg. Qui de crimine, eod. tit. penult. column. nam. 22. idem Salycet. in leg. fin. Cod. de Quæst. column. fin. Ang. de Malefic. in part. comparuerunt dicti inquisiti, & negaverunt totum, penult. column. vers. Et etiam tene menti, idem Angel. in part. qui iudex dictum processum publicavit, column. 1. vers. Adversas; Hippol. de Marsil. in dict. lege 1. §. Si quis ultro, ff. de Quæst. column. 2. num. 6. idem Hyppol. in sua Practic. §. Sequens, column. 2. num. 7. Anch. in cap. Cupientes, §. Cæterum, de elect. lib. 6. column. fin. Anan. in cap. 2. de Collusione detegendo, column. 1. vers. Ex prædictis, Felin. in capit. Cum clamor, de testib. column. 3. vers. Et hoc præcedit.**

35 Item quæro, an post latam sententiam diffinitivam, quæ transivit in rem iudicatam, in his causis criminalibus sit statim mandanda executio? Et breviter dico, quòd sic: (I) adeò quòd, licet condemnatus dicat & asserat se aliquid habere revelandum Principi, tangens ejus personam, statum & salutem, non debet differri: text. est singularis in jure *in leg. Si quis forte, ff. de Pœnis, & ibi Bart. Albert. Ang. probat etiam in leg. Cum reis, Cod. eod. tit.* Et talis executio debet fieri publicè, & de die, & non de nocte, ut sibi sit supplicium, & aliis exemplum: text. est *in leg. Capitulum, §. Famosus, ff. de Pœ-*

(I) Quamvis hæc sententia jure probatissima censi debet; multorum tamen exempla, quæ veterum historias replicantibus nusquam non occurrunt, contrarium utilius potius atque antiquius ostendunt: Nec me rationes Ulpiani *in leg. Si quis forte, ff. de Pœn.* magnopere movent: nam ut multi eludendæ pœnæ causa id allegare videantur; tamen & elusio brevibus terminis circumscribitur, & nonnulli aliquando verè id affirmare possunt; plurisque faciendum est, posse unum aliquem quod è principum salute, vel è republica sit detegere, quam multos aliquantu-

lum temporis à suppliciis perpetendis interquiescere: Nec item quia tandiu quis tacuit quod tantoperè enuntiari decuit, & idcirco pœnam commertus est: si tandem necessitate coactus palam illud vul facere, princeps brevi temporis momento suam ac reipublicæ utilitatem debet postponere. Itaque cautè hac in re sese iudices gerere debere, tum existimo, tum moneo; dabuntque obnoxie operam; num possunt ipsi aliquid veritatis expiscari; alioquin pro conditione personarum hujusmodi allegationes, ac promissiones non ornat susque deque habendæ.

Pœnis, & idem disponit, *lex 5. tit. 27. part. 3. & lex final. titul. 31. part. 7.* Item adde, quòd debet fieri in loco deputato & consueto, non verò in alio, ita probat textus *in leg. penult. ff. de justitia, & jure*, & ibi communiter DD. Adde tamen, quòd aliquando propter gravitatem criminis, & ejus exaggerationem, & terrorem aliorum, potest judex in proprio loco ubi delictum est commissum executionem facere, & ibi erigere furcam, & delinquentem suspendere: ita probat textus formalis, & expressus *in dict. leg. Capitalium. §. Famosos. ff. de Pœn.* ubi disponitur, quòd publici latrones suspenduntur in locis ubi grassati sunt: & ibi communiter DD. probat etiam textus *in leg. 1. Cod. de Nulli aggeribus non rumpendis*, & ibi notant Bald. & alii DD. tenet etiam Angel. *de Malefic.* ubi dicit ita semel practicasse *in part. usque ad locum justitiæ consuetum*, & ita practicatur in nostro regno.

36 Item quæro, an, & quando sententia definitiva quæ transivit in rem judicatam, & ejus executio possit revocari, vel saltem suspendi? In quo notabili & utili articulo resolutivè dico, quòd in sequentibus casibus benè potest suspendi: Primus est; quando post sententiam definitivam constat de innocentia ipsius rei: quia tunc suspenditur executio, & rescribendum est Principi, ut tanquam superior revocet sententiam: ipse tamen judex, qui eam tulit non potest revocare; cùm jam functus sit officio suo: text. est formalis & expressus *in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Quæst.* & suprà dictum est. Circa quod tamen est addendum, quòd si judex processit ad executionem contra reum condemnatum, quia plenè erat delictum probatum; & postea verò & realiter constet de innocentia ejus, & alium fuisse homicidam & culpabilem in delicto; per hoc non liberatur verus homicida vel delinquens, sed justè, & licitè debet per judicem condemnari, & pœna ordinaria puniri: ita probat textus singularis & unicus in jure *in leg. Qui servum. ff. de Interrogat. actio.* ubi habetur, quòd si quis confessus est se hominem occidisse, & falsum testimonium contra se tulit, quia numquam occidit nec vulneravit; per hoc liberatur non verus homicida & delinquens qui delictum commisit, sed omnino tenetur, & potest & debet pœna ordinaria condemnari: & ad hoc notant & commendant ibi Bald. Fulg. Jacob. de Sanct. Georg. & alii DD. Bald. *in leg. 2. Cod. Quibus res judic. non. fin. col. & quæst.* idem Bald. *in cap. 1. §. Injuria, de Pace juram. firman. penultim. column. in lib. Feudor.* Salycet. *in leg. Unica. Cod. de Confessis, column. 7. num. 24.* Paulus de Castro *in leg. fin. §. Hoc judicium. ff. Ne quis eum qui in jus vocat, est vi. exi.* Angel. & Imol. *in leg. Quo-*
Tom. III.

tiens. §. fin. ff. Solut. matrim. Roman. in leg. Semel mora, eodem titul. column. 2. num. 11. Jas. ubi reputat illum textum singularem *in leg. Error. Cod. Juris, & facti ignorant.* Abbas Panormit. *in cap. Quamvis, de Jurejur. col. 3. num. 6.* Angel. *de Malefic. in part. Andream auxiliatorem. 4. column. & in part. dandis, & solvendis, column. 2.* Paris de Puteo *in tractat. Syndicat. in part. Confessio, column. 1. num. 4.* Hippolyt. de Marsil. *in leg. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. numer. 14.* idem Hippolyt. *in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. Quæst. column. 13. num. 53.* Bald. ubi dicit se hoc vidisse de facto in practica, *in Consiliis suis, cons. 515. vol. 5.*

Secundus casus est, quando condemnatus fuit procurator, gestor, vel administrator bonorum alterius: quia si dominus petat, quod reddantur sibi rationes administrationis debet suspendi executio ipsius condemnati donec sibi reddantur: ita probat textus singularis in jure *in lege 1. Cod. de Bonis proscr.* ubi habetur, quòd si servus administrabat peculium domini, & fuit condemnatus ad mortem; debet suspendi executio, donec reddat rationes; & ad hoc notant & commendant ibi Odofred. Bart. Cyn. Bald. Angel. Salyc. & communiter alii DD. notat etiam & commendat Paulus de Castro *in leg. Si cognati. Codic. de Negot. gest.* idem Paulus *in leg. Si maritus. la 1. ff. Solut. matrim.* Florianus *in leg. Pomponius scribit. ff. Famil. ercisc.* Jas. *in leg. Debitoribus. ff. de Re jud. penult. column. num. 15.* Abbas *in cap. Veniens, de Accusat. col. 2.* Angel. *de Malefic. in part. & ibi caput à spatulis amputatur, column. 11. versic. Quæro aliquis est damnatus & ibi ejus additionator,* Paris de Puteo *in tractat. Syndic. in part. An si judex column. 2.* Hippolyt. de Marsil. *in sua Practica. §. Opportunè column. 2.* Cæpolla *in Cautellis suis, cautel. 2. versic. Si vis differre mortem,* probat etiam textus *in leg. Servo legato. §. Si Fundus, vers. Servus. ff. de Legat. 1. & ibi notant Cyn. & alii DD.* notant etiam & commendant Bartol. Bald. Alber. Angel. Imol. Paul. Cuman. Jas. & communiter DD. *in leg. Servus uni, eodem titul.* probat etiam textus *in leg. unica. §. Si autem servus ratiociniis suppositus est. Cod. de Comm. ser. mann. & ibi notat Bald. column. 1. num. 4. & alii DD.* Quod tamen intellige, quando dilatio èsset modica, & in brevì tempore possent reddi rationes: secus verò aliàs; quia tunc non differtur executio, favore reipublicæ: argumento textus *in leg. Ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & in lege Provinciarum. Cod. de Feriis & in terminis ita tenet & declarat Bart. in leg. 2. §. 1. ff. de Custod. reor. column. 2. in med. cum quo transeunt cæteri DD.*

Tertius casus est, quando reus condemnatus
Oo 2 esset

esset peritissimus & insignis in arte sua : quia tunc suspenditur executio , imò revocatur sententia , & imponitur mitior pœna , consulto principe , non aliàs ; quia reputatur utilis reipublicæ : textus est singularis in jure (L) *in leg. ad Bestias. ff. de Pœnis*, cujus verba sunt : (*Ad bestias damnatos favore populi dimittere præses non debet ; sed si ejus roboris , vel artificii sint , ut dignius populo Romano exhiberi possint , Principem consulere debet*) & ad hoc notant & commendant ibi Dyn. Bart. Alb. Ang. & ad hoc reputat singularem Paris de Puteo *in tractat. Syndicatus*, in part. *An sit tempore officialis*, Hippolyt. de Marsil. *in sua Practica. §. Oportunè. 2. column. numer. 6. Cæpolla in Cautellis suis , cautel. 2. & idem expressè disponit , leg. 2. titul. 32. part. 7.* Quod notabiliter extende , ut procedat & habeat locum etiam in tortura : quia talis persona peritissima & insignis in arte sua non posset torqueri , eadem causa & ratione , quia ex tortura faciliter posset sequi mors , ut *in leg. Aut damnatum. §. Quamvis. ff. de Pœnis*, & in terminis ita tenet Hippolyt. de Marsil. *in leg. Edictum. ff. de Quæst. column. 2. num. 11.*

* Et intelligo peritissimum , insignem , & excellentem in arte sua , in populo vel republica illa ubi domicilium habebat ; non verò in alia : argumento text. *in dict. leg. ad Bestias* : item intelligo quòd in probanda ista dignitate , vel excellentia sufficiat probatio ordinaria per unum testem : argumento text. *in leg. Ubi numerus nec obstat text. singul. in jure in leg. Unicuique. Cod. de Proximis sacrorum scriniorum , lib. 12.* ubi disponitur , quòd in probanda dignitate , excellentia , vel prerogativa , per quam junior miles præferatur alteri , requiritur probatio per 15. testes , & ibi notant & commendant DD. quia loquitur & procedit , quando tractatur de præferendo juniore antiquiori , & præjudiciò sui juris jam quæsiti.*

37 Quartus casus est , quando mulier prægnans esset condemnata ad pœnam mortis , vel corporalem ; quia tunc suspenditur executio donec pariat , propter periculum partus , quia sicut filius jam natus non debet puniri propter delictum patris , vel matris ; ita nec posthumus : textus est *in leg. Prægnantis. ff. de Pœnis*, cujus verba sunt : *Prægnantis mulier consumendæ*

damnata pœna differtur , quoad pariat , & ad hoc notant & commendant ibi Glossa ordinaria , & communiter DD. textus in leg. Imperator , la 2. ff. de Statu hominum , textus singularis & unicus in suo casu in leg. 2. ff. de Mortuo inferendo. Ubi habetur , quòd si mulier prægnans moriatur , non debet sepeliri antequam partus ei excidatur , & ibi notant & commendant Glossa ordinaria , & communiter DD. & reputat singularem & unicum Alber. & idem disponit *lege fin. titul. 31. part. 7. & leg. 2. titul. 5. lib. 4. For. II.* Quod extende , ut procedat & habeat locum etiam in tortura ; ut similiter talis mulier prægnans non possit torqueri antequam pariat , quia eadem est ratio ; textus est *in dict. leg. Prægnans in fine*, cujus verba sunt : *Ego quidem , & ne quæstio de ea habeatur scio observari , quamdiu prægnans est*, & ibi Glossa ordinaria , & communiter DD. Item etiam extende , ut procedat & habeat locum etiam in qualibet alia pœna corporali , ut flagellorum , vel simili pœna afflictiva ; quia eadem est ratio. Rursus etiam extende in pœna relegationis , si verisimiliter causetur aliquod periculum in partu , quia mulier est debilis , non solita iter facere , &c. argumento prædictorum jurium , & argumento textus *in leg. 2. §. Si non propter. ff. Si quis cætion.* Ita Bartol. post Guiller. *in dict. leg. Imperator. ff. de Statu hominum*, & ibi Alberic. & Bald. Confirmatur ex sententia & doctrina Hostiens. Joan. Andreae , & aliorum DD. *in cap. 2. de Patribus qui filios occiderunt*, ubi dicitur , quòd quando mulier est prægnans , non est ei injungenda pœnitentia abstinentiæ , vel peregrinationis , per quam possit causari periculum in partu. Finaliter etiam extende , etiam si talis mulier concepisset dolosè & fraudulentè , causa evitandæ pœnæ vel torturæ : ita singulariter Bald. *in dict. leg. Imperator , la 2. ff. de Statu hominum. 2. lect. column. 1.* Cui assentio , quia hoc privilegium & suspensio executionis non fit causa mulieris , sed causa partus ; licèt contrarium teneat idem Bald. *in leg. 2. §. Numerum. ff. de Execut. tutor.*

Quæro tamen pro intelligentia prædictorum , an post partum statim debeat fieri executio , vel sit expectandum aliquod tempus convalescentiæ ? In quo dico , quòd eo casu quo est condemnata

ad

(L) Tametsi textus hic *in leg. Ad bestias*, non id ratione aliqua probet , ad quòd vulgò allegatur , quinimò totum prorsus contrarium docere videtur , quippè qui tantum dicat præses provinciarum , si quos ad bestias damnent , & eos longè gratius speculum bestiis eisdem addic-

tos posse coram Populo Romano exhibere arbitrentur , Romam esse dimittendos : tamen communis conclusio multum præfecto æquitatis , multum rationis habet , qua etiam de re videto Covarrub. *lib. 2. Resolut. cap. 9. num. 6.*

ad mortem naturalem statim potest fieri executio, quia cessat ratio suspensionis: si verò est condemnata ad aliam pœnam corporalem, vel ad torturam, debet differri per aliquod tempus, donec sit fortis, & in ea valetudine, ut possit eam sine periculo pati; quia militat eadem ratio; ita tenent & declarant Dyn. Bart. & communiter DD. in l. *Prægnantis*. ff. de *Pœnis*, idem Bartol. & communiter DD. in dict. leg. *Imperator*, la 2. ff. de *Statu homin.*

Item adde, quòd si filius natus habet unde possit alimentari, debet quæri nutrix, quæ ipsum alat suis expensis; si verò non habeat bona, & non reperitur nutrix, quæ gratis faciat; tunc debet solvi de publico, argumento textus in leg. *Mulier in opus salinarum*. ff. de *Captivis*, textus in leg. *Ut virtutem*. Cod. de *Statuis*, & *imagin.* textus in leg. 1. & per totum. Cod. *Quibus ex caus. ser. pro pre. lib. accip.* textus in fin. ff. de *Justitia & jure*. Et eorum quæ ibi notant Bartol. & communiter DD. ubi dicunt, quòd potest de publico dari præmium capienti malefactorem. Si verò non reperiatur nutrix pretio, nec gratis, ipsa mater condemnata debet servari, & executio sententiæ suspendi; quia eadem est ratio in conservando filio jam nato, quæ erat in liberando, quando erat in ventre: ita etiam tenent Oldrad. Bartol. & communiter DD. in dict. leg. *Prægnantis*. ff. de *Pœnis*, idem Bartol. & communiter DD. in dict. leg. *Imperator*. la 2. ff. de *Statu hominum*. Ananias, & communiter Canonistæ in cap. 2. de *Patrib. qui fil.* Hippolyt. in *sua Practica*. §. *Nunc videndum, antepenult. column. num. 47.*

Unum tamen est: quòd cum prægnante benè potest agitari processus, & cogitur jurare, & deponere tanquam pars, vel testis, nisi sit periculum partus, quia ad hoc ducitur de longè; & fertur sententia condemnatoria, licèt differretur executio, ut apertè probant prædicta jura & communiter DD. * Nam cum jura tantùm disponant, quòd executio differatur, ergo apertè volunt & permittunt sententiam diffinitivam ferri, & merita causæ, & processus agitari, &

per consequens juramentum calumniæ *de veritate dicenda* subire, vel tanquam testis in qualibet causa deponere: quia ibi non subest periculum partus, nisi de longè ducatur ad testificandum: & in terminis ita tenet Bald. in leg. *Imperator*; la 2. ff. de *Statu homin.* & ibi DD. Florianus in leg. *Inviti*. ff. de *Restit.* *

Quintus casus est, quando reus condemnatus velit accipere in uxorem aliquam meretricem existentem in lupanari; quia per hoc videtur sibi remittenda pœna, argumento textus in cap. *Inter opera*, de *Spons.* ubi habetur, quòd ille qui extraxit meretricem de lupanari, & eam duxit in uxorem exercuit actum maximæ charitatis, & prodest sibi in remissionem peccatorum; & per illum textum aliquando fuit ita practicum in isto regno, ut dicit & refert Paris de Puteo *tractat. Syndic.* in part. *An si judex*, fol. 116. & quæsi à peritis iudicibus, qui idem mihi dixerunt, Sed iste casu non est verus nec tenendus, quia non reperitur jure cautum: Item, quia tenderet in grave præjudicium reipublicæ; quia viles ribaldi, & infames quotidie delinquerent, sperantes veniam ducendo meretrices in uxores. Nec obstat textus in dict. cap. *Inter opera*. Quia fateor, quòd si quis ducat meretricem in uxorem, exercet actum charitatis & misericordiæ, ut prosit ad salutem animæ, & remissionem peccatorum, sicut si exerceret quemlibet alium actum charitatis; non tamen per hoc non liberatur in foro judiciali à pœna corporali pro delicto, in præjudicium partis offensæ, & reipublicæ: & in (M) terminis ita tenet Paris de Puteo in dict. loc. & Petr. de Bernia in *Additionib. ad Jacob. Butr.* in l. *Raptores*, Cod. de *Episc. & Cleric.* fin. col. & *quæst.* ubi dicit, quòd fuit de hoc consultus *Andegavis* in facti contingentia, dum quidam ad furcas duceretur, à meretrice peteretur; & respondit quòd non erat dimittendus, nec relaxandus; & ita statim fuit suspensus, & sententia executioni mandata.

Sextus casus est, quando reus condemnatus, tempore quo suspendebatur cecidit in terram sanus & illæsus laqueo fracto; quia attribuendum est

est

(M) Affirmat idem Tiraq. de *Pæn. causa* 56. in fin. sed certè superior opinio receptissima est, ut constat ex iis quos laudat Jul. Clar. in *Pract.* §. *ult. quæst.* 96. vers. *Quæro etiam*, & quamvis revera jure aperto comprobari nequeat, non parum ratione, ac æquitate innititur: nam publici fundi calamitatem, vitæ juvenum baratrum è medio tolli, imò ad meliorem frugem ea ratione converti non mediocriter reipublicæ interest. Nec obstat, quod sub ea spe scelerosi homines

delinquant, quia cum revera non minus supplicium illius futurum sit, id genus uxores accipere, quam semel, & confestim naturæ debitum agnoscentes vitam cum morte commutare, non inde major facilitas ad suscipienda facinora ingenerabitur: quo etiam modo, & secundum argumentum declinabitur, cum & publica utilitas publicæ utilitati clementer satisfaciatur, & insuper publica illa utilitas de sumendis suppliciis non evanescat, nec vel etiam forsitan imminuat.

est miraculo, & executio suspenditur, & Rex vel Principes super hoc consulendus est: quia ea quæ raro & insolite accidunt contra ea, quæ naturaliter sunt disposita, potius miraculo, quam alio facto attribuenda sunt; & non sunt sub lege, ut in *cap. Nisi*, versic. *Sed dices de Renunt.* & in *cap. Licet de Regul. Jur.* Item etiam, quia in dubio sanctius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare; ut in *lege Absentem*, ff. *de Pœnis, cum similibus*. Unde, in hoc dubio justius, & rectius erit executionem suspendere, quam fortè veritati & signo miraculi resistere. Item, quia ut refert Scriptura Sacra, ex precibus Beatæ Virginis Mariæ & aliorum Sanctorum hoc ita contigisse, & quosdam liberatos esse, certum est. Et quòd hoc casu Princeps consultatur, probat benè textus in *lege 1. §. Si quis ultrò*, ff. *de Quest.* & in hoc resideo, & in terminis ita tenet Lucas de Penna in *leg. 1. Cod. de Desertionib. lib. 12. column. 6. vers. Sed pone quòd damnatus*. Paris de Puteo in *tractat. Syndicat. in part. An sit iudex, penult. column.* & Philipp. Dec. in *regul. favorabiliores*, ff. *de Regul. juris, fin. column.*

Septimus casus est, quando reus condemnatus aliquam accusationem contra aliquem proposuerat: quia suspenditur executio, donec eam perficiat, & usque in finem perducatur; ita probat ext. capitalis in *leg. Is qui reus*, ff. *de Publ. jud.* & ibi notat Bartol. *col. 5. num. 7.* & communiter DD. Ubi omninò vide de veritate.

38 Octavus casus est, per indulgentiam & remissionem Principis; quia si Rex, vel Princeps remittat pœnam delinquenti, liberatur à tota pœna, text. est in *leg. 1. & per tot. Cod. de Sentent. pass. text. in leg. fin. Cod. de Generali abolition.* textus in *leg. 1. §. De qua autem*, ff. *de Postulando*. Et talis remissio potest per Principem fieri dupliciter: Primò modo *generaliter*, remittendo pœnam delinquentibus, accusatis, inquisitis, vel condemnatis, propter publicam lætitiā, vel aliquem prosperum successum natiuitatis filii, vel victoriæ, vel similem causam. Secundò *particulariter*, remittendo pœnam alicui ex aliquo privilegio, gratia, & beneficio particulari: text. est in *l. Generalis. Cod. de Sentent. pass.* & ibi communiter DD. & idem disponit *lex 1. tit. 32. part. 7.* Et quæ forma in hoc habeatur? vide *leg. 2. tit. 11. lib. 1. Ordin.* Et adde, quòd hoc potest facere cum bona conscientia, quando non est pars quæ accuset, & quando remissio non tendit in grave detrimentum reipublicæ: quia aliàs non potest Princeps remittere cum bona conscientia: ita S. Thomas in *2. 2. question. 67. art. 4.* quem omninò vide.

Item adde, quòd si delictum sit qualificatum; puta, actum proditoriè vel alevosè, vel cum

igne vel sagitta, vel si antea commiserit simile delictum; remissio generalis vel particularis non prodest delinquenti, nisi expressa mentio fiat de illa qualitate: ita probat textus in *leg. 3. Cod. de Episcopal. Audiencia*, & ad hoc ultimum notant & commendant ibi Guillel. Bartol. in *cap. Super litteris de Rescript. column. 34.* Felin. in *cap. Postulasti, eodem titul. Palac. Rub. in sua Repet. fol. 103. column. 2. in fin. vers. Ad cuius confirmationem*, & idem disponit hodie *lex 1. & 2. titul. 11. lib. 1. Ordinam.*

Item adde, quòd talis indulgentia vel remissio habet istum effectum: quòd si fiat ante sententiam & condemnationem, videtur remissa pœna delicti, & confiscatio bonorum, & infamia: text. est in *leg. Rescripta in fin. Cod. de Prec. imper. offer.* ibi: *Vel crimen supplicanti. indulgeat*, text. in *leg. 2. Cod. de Gener. abolit.* Si verò fiat post sententiam & condemnationem, videtur tantum remissa pœna delicti non verò bonorum, nec infamiæ textus est in *leg. fin. Cod. de Gener. abolit. in vers. Indulgentia patres conscripti quos liberat notat, nec infamia criminis tollit, sed pœnae gratissima facit*: text. in *l. 2. Cod. de Sentent. pas. text. in leg. Generalis, eod. tit.* Quòd intellige, quando simpliciter est facta remissio; secus verò si pleno modo fiat, ut si expressè dicatur, vel tacitè, per verbum denotans plenam remissionem; ut si Principes dicat, quòd illum restituit ad pristinum statum; quia tunc indistinctè videtur remissa pœna, & confiscatio bonorum, infamia: text. in *leg. 1. vers. fin. Cod. de Sentent. pas. cujus verba sunt: (Restituo te in integrum provinciæ tuæ, & adiecit, ut autem scias quid sit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo & omnibus cæteris te restituo)* text. in *leg. fin. §. final. eodem titul.* Confirmatur, quia verbum *restituo*, plenam habet significationem, ut in *leg. Videamus la 1. §. in Faviana. ff. de Usu, cum similib.* Item etiam, quia beneficium Principis latissimè debet interpretari, ut in *leg. final. ff. de Constitut. princip.*

Item adde, quòd licèt restitutus per Principem recuperet etiam bona confiscata; tamen non recuperabit fructus jam perceptos ab ipso fisco, vel Principe: ita probat textus singularis in *jure in Authent. Idem est de Nestorianis. Cod. de Hæreticis*, ubi habetur, quòd si quidam ex liberis sunt fideles, alii verò non, portio & hæreditas omnium debet esse apud fideles; & si postea fuerint conversi, restituuntur eis eorum partes sine fructibus: & ibi expressè notant & commendant Alb. & Salyc. & ad hoc illum textum reputat singularem Ang. in *leg. Gallus. §. Et quid sit tantum. ff. de Liber. & posthum. fin. col. num. 14.* & ibi Aret. in *col. 11. versic. Super. 2. articul. Cuman. pen. col. num. 13. Alex. col. 9. num. 21.*

Lancel. Dec. penult. column. vers. *Unum semper nota*, Bald. in cap. *Domino guerram*, pen. column. num. 12. *Hic finitur lex Conrad.* Deinde incipit consuetudo regni, idem Bald. in leg. 1. fin. col. in med. Cod. de Fide instrum. & jure hastæ fisc. lib. 10. Ang. in Authent. de Hæred. & fal. §. 1. Collat. 1. facit etiam text. in Authent. *Ut cum de appellat. cognos.* §. *Si quis de prædictis*, vers. *Si vero post hac*, collat. 8. & ibi notat Ang. Et ista opinio est tenenda in judicando & consulendo, licet Jas. in dist. leg. Gallus, §. *Et quid, si tantum*, ff. de Liber. & posth. column. 15. num. 52. expressè teneat contrarium, imò, quòd fiat restitutio fructuum, quia verbum restitutio importat plenam restitutionem, & extenditur ad fructus: text. est in leg. *Videamus*, la 2. §. in *Fabianis*, versic. fin. ff. de Usuris, cujus verba sunt: *Nam & verbum, restituas quod in hac re prætor dicit, plenam hic significationem, ut fructus quoque restituantur*, text. in leg. *In condemnatione*, §. 1. ff. de Regul. Juris, text. in l. *Et ex diverso*, §. 1. ff. de Rei vend. textus in cap. *Gravis, de restit. spol.* & idem videtur tenere Philipp. Dec. in dist. leg. in *Condemnatione*, in fin. de reg. jur. Sed illa jura non obstant: Quia ibi tractatur de restitutione bonorum, nulla præcedente culpa petentis; & aliàs esset in gravi præjudicio: In nostro verò casu alienatio fit per delictum & culpam; unde, cum ex mera gratia fiat restitutio, debent intelligi sine fructibus; cum medio tempore justo titulo possedit, & eos percepit. Item etiam, quia ibi creditor, qui petit revocationem fieri, pretendit causam onerosam pro recuperanda re sua, vel sibi debita: & talis restitutio & revocatio respicit tempus, in quo facta alienatio; quia ab illo tempore fuit injusta, & in præjudicium ejus: In nostro verò casu reus delinquens restitutus, qui petit bona virtute restitutionis, præterdit causam lucrativam; cum jam bona erant Principis, & fisci ejus: unde; restitutio debet intelligi in rebus stantibus penes fiscum, non verò in fructibus jam perceptis.

39 Advertendum tamen, quòd licet restitutus per Principem recuperet bona sua confiscata; tamen debet intelligi, quando non erant alienata per ipsum Principem, vel fiscum; secus tamen est, quando essent in alium alienata ex aliquo titulo oneroso, vel lucrativo; quia tunc non recuperavit prædicta bona, nec pretium eorum, nec restitutio ad illa extenditur; quia jus erat illud tertio quæsitum, quòd non debet sibi auferri per beneficium & restitutionem Principis, argumento text. in leg. *Rescripta*, Cod. de Precib. imper. offer. ibi, *nisi forte aliquid quòd non lædat alium, sed prosit petenti*, text. in leg. *Quotiens*, eod. tit. text. in leg. 2. §. *Si quis à Princi-*

pe, ff. *Ne quid in loco publico*, cujus verba sunt: *Si quis à Principe simpliciter impetravit, ut in publico loco ædificet, non est credendus sic ædificare, ut cum incommodo alicujus id fiat* text. in §. *Merrito*, ejusdem leg. text. in leg. *Quod si minor*, §. *Scævola*, ff. de Minor. textus in leg. *Si quando*, Cod. de Inof. testam. leg. fin. Cod. de Repud. hæred. text. in leg. 2. ff. de Decurionib. text. in cap. *Quamvis de Rescript.* lib. 6. Et in expressò isto fundamento & consideratione istam sententiam, & conclusionem tenet Gloss. singularis & ordinaria in leg. Gallus, §. *Et quid sit tantum*, ff. de Lib. & post. in verb. *Emancipatus*, in finalib. verb. & ibi Bart. column. 4. num. 12. Alb. col. 3. quest. 3. Bald. pen. colum. vers. *Deinde*, Ang. colum. fin. num. 14. Imol. fin. column. in fin. Paul. de Cast. penult. column. num. 33. Aret. column. 10. in med. Raph. Cuman. penult. colum. num. 10. Socin. column. 5. in fin. Alex. column. 8. num. 19. Jas. column. 16. num. 57. Lancellot. Decius colum. 4. in fin. Bart. in leg. fin. Cod. de Sent. pa. colum. 3. numer. 7. & ibi Bald. column. 3. num. 5. & 6. Jac. de Belviso in cap. *Domino guerram. Hic finitur lex corrait. deinde consuetudines regni incipiunt*, col. 2. vers. *Sed quæritur, in lib. Feudor.* ubi latè disputat Bald. in leg. *Sed si hac*, §. *Sed si per pœnam*, ff. de in jus voc. Joan. de Imol. in leg. *Si marito*, ff. *Solut. matr.* & ibi alii DD. Paul. Griland. in tract. de Relaxatione carceratorum, in rub. de Beneficio, & indult. princ. quest. 4. Quod tamen singulariter limita, & intellige, quando talia bona sint antè quæsitæ ex priori titulo, & contractu Principis, vel fisci: secus tamen est si sint alteri quæsitæ ex sola condemnatione, absque facto vel contractu Principis, vel fisci; quia tunc restitutus benè recuperabit illa bona.

Ex quo deducitur & inferitur, quòd si ex forma & tenore disponentis bona majoratus vel vinculata debeant pervenire ad sequentem in gradu per mortem civilem vel naturalem possessoris, vel eo ipso quòd commisit delictum, per quòd veniunt confiscanda; si postea sit restitutus à Principe recuperabit bona. Secundo inferitur, quòd si ex forma legis, vel statuti, ex bonis condemnati aliqua pars eorum applicetur parti offensæ, vel hæredibus ejus; si postea sit restitutus à Principe recuperavit illa bona; quia non dicuntur propriè nec perfectè alienata: argumento prædictorum jurium, argumento textus in leg. *Sive libertus*, ff. de Jur. Patron. ubi habetur, quòd si patronus deportatus, & per consequens amisit jus patronatus; si postea sit restitutus, recuperat jus patronatus: textus in leg. *Sed si hac*, §. *Liberos*, el. 1. vers. *Sed & si pœnam*, ff. de In jus voc. ubi idem disponitur: text. in leg. fin. Cod. de Sent. pat. ubi dicitur, quòd si pater deportatur, & amissit patriam potestatem;

tem; si postea restituitur, recuperat eam: & in expresso ex isto fundamento & consideratione tenet originaliter Cyn. in *dict. leg. Gallus*, §. *Et quid si tantum*, ff. de lib. & posthum. & ibi Aret. column. 10. in med. Alex. column. 9. vers. per rem, licet cum distinctione quando nondum est apprehensa possessio, Jas. column. 16. num. 61. Lancelot. Decius, penult. column. ante medium, Bald. in leg. *Sed si hac*, §. *Sed si per pœnam*, in fin. ff. de In jus voc. idem Bald. in leg. fin. Cod. de Sentent. pa. 3. col. num. 6. idem Bald. in cap. *domino guerram*, pen. col. num. 12. *hic finitur lex*, deinde cons. reg. incip. in usib. feud. Ang. de Per. in leg. *Si pater filium*, ff. de Adoption. Andr. de Iser. in cap. 1. column. 2. de Vasallo decrepitæ ætatis in usib. feud. Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd etiam in isto casu ille, cui per legem vel hominis dispositionem bona delinquentis sunt applicata, non teneatur bona restituere nec sibi auferantur, modò sit apprehensa possessio, modò non; & per consequens restitutus non recuperat illa bona: Primò, quia beneficium & restitutio principis semper debet intelligi sine præjudicio juris alteri quæsiti, ut *juribus supra proxime allegat.* ergo cum illi tertio sit jus quæsitum in prædictis bonis, nullo modò potest intelligi ei sublatum per restitutionem principis. Secundò, quia Princeps etiam ex plenitudine potestatis non potest in totum auferre jus alteri quæsitum (licet differre vel suspendere sic) nisi tantumdem resarciat de suo patrimonio, ut in leg. *Item si verberatum*, §. 1. ff. de Rei ven. & in leg. *Lucius*, ff. de Evict. & in leg. *Antiochensium*, ff. de Privil. cred. & notatur latè per DD. in leg. fin. Cod. *Si contra jus, vel util. public.* & latius dixi suo loco. Tertio & in specie facit text. notabilis & expressus, juncta Glossa ordinaria in leg. 2. Cod. de In jus voc. ubi habetur, quòd licet per rescriptum Principis possit remitti pœna pecuniaria applicanda, fisco; non tamen pœna applicanda parti: & ad hoc summè notant & commendant ibi Bart. & communiter Doct. qui ex hoc inferunt, quòd si simpliciter fiat remissio, extenditur ad pœnam applicandam parti. Confirmatur ex leg. 1. tit. 12. lib. 1. ord. ubi disponitur, quòd indulgentia vel remissio Principis non valet stante parte vel accusatore neq. aliter posset valere cum bona conscientia, ut dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 67. artic. 4. & dixi supra ista repet. Et in expresso istam sententiam & conclusionem contra Cynum & sequaces tenet Bald. sibi contrarius in *dict. leg. Gallus*, §. *Et quid si tantum*, ff. de Lib. & posthum. column. 4. in fin. & ibi Joann. de Imol. column. fin. in fin. Raph. Cuman. penult. column. num. 12. Fortunius Garcia column. 91. num. 221. quam vide, Faber. in §. *Cum autem*, Inst. quib.

mod. jus part. pot. solva. 2. column. Anch. in cap. *Quamvis*, de rescriptis, in 6. column. 2. Nec obstat text. in *dict. leg. Sive libertus*, ff. de Jur. patr. & in leg. *Sed si hac*, §. *Liberos*, el 1. versic. *Sed & si per pœnam*, ff. de in Jus voc. & in leg. fin. Cod. de Sentent. patro. cum similib. Quia ibi per legem vel dispositionem non applicatur libertò, vel fisco jus patronatus, vel patriæ potestatis, conferendo in eis aliquod beneficium; sed tantum suspenditur in patrono, vel patre illud jus virtute sententiæ & condemnationis, ex quadam neccessaria consequentia, propter inhabilitatem & incapacitatem eorum: qua cessante beneficio restitutionis, statim consequitur illud jus, quod erat oppressum & suspensum, & recuperat primum statum, quem amisit: & in expresso ita videtur solvere Joan. de Imol. licet non declaret in *dict. leg. Gallus*, §. *Et quod si tantum*, ff. de Liber. & posthum. fin. column. in fin. in quantum dicit, quòd in dictis juribus potius fuit facta suppressio, quam translatio: & ibi alii DD. præcipuè Fortunius Garcia col. 92. num. 223.

Nonus casus est, per concordiam & remissionem partis: ita disponit *lex 22. tit. 1. part. 7. de quo articulo magistraliter dixi in delicto homicidii.*

Decimus casus est, quando judex condemnavit aliquem in pœna exilii *quoad voluerit, vel ad voluntatem & beneplacitum ejus*; quia tunc prædicto iudice revocato, vel eo mortuo, finitur exilium, quia videtur cessare voluntas judicis: ita probat text. in l. 4. ff. *Locati*, text. in l. fin. ff. *Qui sine manumis. ad libert. perven.* text. in l. *Idem Pompon*, §. fin. ff. de Rei ven. text. in l. 3. ff. *Jud. solvi*, text. in l. *Mandat. C. Mandanti*, text. in §. *Item si adhuc instit. eod. tit.* text. in l. *Centesimis*, §. fin. ff. de Verh. oblig. & ibi tenet Bartol. fin. quæst. & communiter DD. quos omninò vide, quia in aliquibus reprobat Bart. in sua distinctione.

Undecimus casus est, quando Rex, vel Princeps ex iracundia condemnat aliquem, vel jubet condemnari in majori pœna quàm delictum poscat, & à jure sit imposita: quia tunc suspenditur executio per 30. dies, & consulendus est Princeps: textus est singularis, in leg. *Si vindicari*, C. de Pœnis, & ibi ad hoc notant & commendant Glos. ordinaria, & communiter DD. & reputat singularem Hippol. in leg. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. fin. col. & idem disponit *lex 5. tit. 12. lib. 3. Ord. & leg. 29. cum seq. tit. 18. part. 3.*

Duodecimus casus est, quando esset condemnatus ad mortem homo positus in dignitate: quia tunc suspenditur executio donec consulatur Princeps, nisi tumultus & scandalum aliter sedari non possit text. est bene notandus in leg. pen. ff. ad l. *Corn. de sicar.* quem ibi ad hoc notant & commendant Glos. ordinarij, Bart. Alber. & commun. DD.

AD-

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores qui materiam explicant referuntur.
- 2 An sit justum torquere delinquentem?
- 3 An in omni causa torqueri possit reus?
- 4 Quæ personæ non sint torqueri?
- 5 Qui non possunt torqueri, an possint ter-
reri?
- 6 Qualiter debeat dari tormentum?
- 7 Si reus in tortura decesserit, an Judex puniatur?
- 8 Testis unius de visu an sufficiat ad torturam?
- 9 Confessio extrajudicialis facit indicium ad torturam.
- 10 Quid de Confessione Sacramentali?
- 11 Fama an faciat indicium ad torturam?
Fuga an faciat indicium ad torturam, &
quid de contumacia?
- 12 Inimicitia an faciat sufficiens indicium?
De eo qui visus est exire cum gladio de domo, ubi aliquis erat mortuus.
- 13 De re furtiva reperta penes aliquem.
- 14 De eo qui cum esset pauper postea reperitur dives.
- 15 De indicio contra eum qui dicit invenisse occisum, & denuntiat.
Quid è contra de non denunciante homicidium?
- 16 Quid de eo coram quo cadaver sanguinem emittat?
- 17 Declaratio occisi an faciat indicium?
- 18 Exculpato occisi an liberet à pœna, & delicto?
- 19 Quomodo probentur indicia?
- 20 In quo statu processus debeat adhiberi tortura?
- 21 Torqueri non potest reus stantibus legitimis probationibus?
- 22 An debeat dari reo copia indiciorum?
- 23 Tortura an debeat peti per partem?
- 24 A tortura an possit appellari?
Quid si Judex fuerit recusatus?
Reus quomodo debeat interrogari in tortura, & an de socio?
- 25 Ratificatio confessionis facta in tortura requiritur.
- 26 An possit condemnari reus ex confessione ratificata, si fuerit extorta non præceden-

Tom. III.

tibus indiciis?

Torturæ injustè illata non nocet, nec ullum producit effectum.

- 27 Tortura an repeti possit.
- 28 Si reus ter positus fuit ad torturam, & semper confessus fuit, & in ratificatione negavit, quid faciendum?
- 29 Si reus in negativa persistat, an sit condemnandus, vel absolvendus?
- 30 Testis quando possit torqueri?
In causa levi, vel civili, tortura non infertur.
- 31 Sententia quomodo ferenda in criminalibus?
- 32 Appellatio quando sit permessa in Criminalibus?
Appellare quando possit extraneus pro reo?
De reo convicto, & confesso appellante.
- 33 Admissa appellatione in casibus quibus admitti non debuit, an Judex possit exequi?
- 34 Quo tempore possit reus probare innocentiam suam, & an possit Judex suam sententiam revocare?
- 35 An Judex possit in qualibet parte litis recipere testes contra reum?
- 36 Sententia statim debet mandari executioni.
- 37 Sententia quæ transivit in rem judicatam, an & quando possit revocari, vel suspendi?
Sententiæ executia suspenditur ob redditionem rationum.
Peritissimus, & insignis in ante sua non torquetur, nec punitur pœna ordinaria.
- 38 Quid in muliere prægnante?
De accipiente meretricem in uxorem,
Quid sit condemnatus fracto laqueo cadat in terram?
- 39 De indulto, seu indulgentia à Principe concessa.
- 40 Restitutus per Principem an recuperet bona confiscata alienata?
Alii casus in quibus pœna remittitur remissive.

I DE hac materia agunt latissimè præter ordinarios Bossius in titul. de Indic. & consideratione ante torturam, & in titul. de Tortur. reorum, Carrerius in Praxi, tractat. de Indic. & tortur. Clarus in Practica, §. final. quæst. 64. & seqq. Tuschus littera T. conclusionem 325. & multis seqq. Parladorius, tom. 3. different. 113. ubi explicat in quo differat tormentum, & quæstio, Paz in Praxi, tomo 1. part. 5. cap. 3. §. 12. Cevallos quæst. 619. ubi de tortura Clerici, & quæst. 642. ubi de minis; Avendañus in Diction. verb. Tormento, Bobadilla in Politica, lib. 5. cap. 3. ex num. 12.

Pp

Bo-

Bolanus in *Curia Philippica*, 3. part. §. *Tormento* (& vide *conclus. criminal.* 76, 77. & 78. post opera Roderici Suarez) Petrus Gregor. in *Syntagmat.* lib. 48. cap. 12. & latissimè Farinac. amplissimum tractatum faciens *quæst.* 36. & multis *seqq.* ubi optimè materiam explicat ad saturitatem, Less. *de Justit.* lib. 2. cap. 29. *dub.* 17. *per totum*, Thom. Sanch. in *Consil. moral.* lib. 6. cap. 3. *dub.* 15. *per totum*, & cap. 4. *dub.* 5. Simanch. *de Cathol. instit.* cap. 63. Ægid. Trullench. in *Decalog.* lib. 8. cap. 1. *dub.* 20. & 21. D. Anton. de Queved. in *suo tractat. de Tortura.*

2 Ad numerum 1. ibi: *Sed sustinendo jus commune, &c.*

Justum esse torquere delinquentem præcedentibus indiciiis legitimis, ut *hic* resolvitur, docent Bossius in *titul. de Judic. & considerat. ante tortur.* numer. 2. Clarus in *Pract.* §. *fin. quæstion.* 64. Mascard. *de Probationib. concl.* 1385. *ex numer.* 1. & plures per Sayr. in *Clavi Reg.* lib. 12. cap. 16. *ex núm.* 23. Salon. 2. *quæst.* 69. *artic.* 2. Less. *de Justit.* lib. 2. cap. 29. *dub.* 17. *numer.* 151. Simanch. *de Cathol. instit.* cap. 63. *latè ex num.* 1. optimè Thom. Sanchez in *Consil. moralib.* 2. part. lib. 6. cap. 3. *dub.* 15. *numer.* 1. Diana *Resolut. moralib.* 4. part. *tract.* 6. *resolut.* 1. & *seqq.* qui advertunt torturam tantummodo adhibendam in criminalibus gravioribus quæ pœna corporali, mortis, mutilationis, vel triremum puniri debent; de quo *infra, num. seqq.*

3 Ad numerum 2. ibi: *Unum tamen est quod non semper, &c.*

Non in causa, ubi venit imponenda pœna exilii, seu pecuniaria, sed quando venit imponenda pœna mortis, vel alia corporalis, torquendum esse reum, ut *hic* resolvitur, docent relati *numer. præcedenti*, maximè Thom. Sanchez *dist.* cap. 3. *dub.* 15. *numer.* 1. lib. 6. *Consil.* Clarus in *Pract.* §. *final. quæst.* 64. *versic. Præterea debet*, Tusch. *littera T. conclus.* 326. Carrer. in *Pract.* *tractat.* 2. *de Indic. & tortura*, §. *Circa secundum*, *numer.* 27. *in fine*, Peguer. *Decis. crimin.* 16. *num.* 61. ubi etiam addit quòd ubi venit imponenda pœna fustigationis, locum habere potest tortura, Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. §. 12. *num.* 32. & *seqq.* Bolan. in *Curia Philipp.* part. 3. §. *Tormento*, *num.* 3. & latissimè Farinac. *quæst.* 42. *num.* 3. & *seqq.* & *per totam*, ubi explicat quæ delicta gravia, quæ levia, & an in causis pecuniariis aliquando liceat torturam imponere? vide etiam eum in *Consil.* 22. *num.* 22. & *consil.* 25. *num.* 69. & *consil.* 70. *numer.* 33. 34. & 52.

4 Ad numerum 3. ibi: *Prohibitus autem reperitur minor, &c.*

Omnem personam posse torqueri quæ non reperitur prohibita, ut sunt minores 14. annorum (de quibus etiam *suprà*, cap. 1. *num.* 67.) & senes qui non possunt torqueri graviter, sed leviter, eo tormento quòd cadere potest in puerum, & senem, item Miles, Doctor, Nobilis, & mulier prægnans, ut *hic* resolvit, docent Carrer. in *Pract.* in 2. *tractat. de Indic. & tortura*, §. *Circa tertium*, *ex numer.* 1. Clarus in §. *final. quæst.* 64. Tuschus *littera T. conclus.* 328. Boss. in *Pract.* *tit. de Indiciis & considerat. ante tortur.* *num.* 103. ubi etiam extendit ad Clericos, Simanchas, cap. 63. *num.* 26. Bernardus Diaz in *Pract.* *criminal.* cap. 117. Dueñas in *Regula* 259. Narbona in *leg.* 61. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilation. glos.* 1. *latè & alter Narbona de Ætate*, anno septuagesimo, *quæst.* 5. post Gratianum *disceptat.* cap. 328. *ex numer.* 8. Plaza in *Epitome delictorum*, *lib.* 1. cap. 32. Baeza *de Debitore*, cap. 16. & *num.* 122. ubi de Nobili, & quid si sit mercator? Aceved. *leg.* 4. *tit.* 19. *lib.* 5. & de uxore Nobilis Avilès in *Proæmio*, cap. *Prætor*, *ex numer.* 16. ubi etiam de filio Doctoris, Pichard. in *disputat. de Nobilitate communicata*, *ex numer.* 44. Tiraquell. *de leg. Connubial.* fol. *mibi* 79. ubi plura de tortura fœminarum, Suar. *titul. de los Gobiernos*, *quæst. ultim.* ubi de Advocato, (ut in uno plures tibi referam) Farinac. latissimè *quæst.* 41. *per totam*, ubi agit de omnibus personis, quæ torqueri non possunt, amplians, limitans, & declarans, & quid in Clerico, Decurione, muto, surdo, & servo? & *num.* 100. fusissimè explicat quòd in criminibus exceptis, læsæ Majestatis, simoniæ, falsitatis, proditionis, baratariæ, beneficii, mathematicæ, privati carceris, & aliis, in quibus torquentur qui ob dignitatem, & privilegium excusabantur: secus si propter ætatem, aut debilitatem, eum omninò videas, & *consil.* 22. *numer.* 18. ubi de minore Avendañ. cap. 27. part. 2. *num. final.* ubi de Nobili perjurio: Ceval. *quæstion.* 619. ubi etiam de Clerico, & Nobili, Bolan. in *Cur.* part. 3. §. *Tormento*, *num.* 5. Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. *num.* 43. & *seqq.* ubi etiam omnes privilegiatos enumerat, Gutierrez in *Pract.* lib. 4. *quæst.* 17. 18. & 19. ubi de milite, & Doctore, & *quæst.* 15. ubi de Nobili; & *quæst.* 16. ubi de divite, vel honesta persona, Morla in *Empor. titul.* 1. *numer.* 44. & *tit.* 2. *num.* 156. Queved. *de Tortur.* part. 1. cap. 12. *ex numer.* 8. Gratian. *Reg.* 145. *num.* 3. & 16. Sanch. in *Cons.* lib. 6. cap. 3. *dubio* 15. *num.* 12.

5 Ad numerum 4. ibi: *Ego tamen in hoc articulo, &c.*

Quòd non potest torqueri propter ætatem, seu debilitatem, potest terri; ille verò qui ob

be-

beneficium alterius, ut mulier prægnans, non potest terri: ille autem qui ob dignitatem, seu privilegium similiter terri non potest; & si de facto fiat, & confiteantur, non valet confessio; ita Gomez, & comprobant Carrer. in *Pract. in tract. 2. de Indic. §. Circa tertium, num. 43.* Scaccia de *Judic. lib. 2. cap. 8. ex num. 274.* ubi de prægnante, Queved. de *tortura, partit. 1. capit. 12. ex num. 10.* & alii relati, & sequuti à Farinac. *quest. 41. ex num. 104.* ubi laudat Gomez, & num. 110. addit, quod personæ, quæ non possunt torqueri de jure, poterunt torqueri consulto Principe: Boss. in *Pract. titul. de tortura reor. num. 20.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 51.* Less. de *Just. lib. 2. capit. 29. dub. 17. num. 155.* ubi cum nostro, Gomez ait, quoddam si verbis tantum & non per actum proximum fuerint terri dicti privilegiati, & sic confessi fuerint valet confessio, quia censetur spontanea: si verò dum leviter minatur, constet ex circumstantiis, illam confessionem non fuisse spontaneam, sed metu etiam levi extortam, non erit sufficiens ad condemnandum, nisi sequatur libera ratificatio; eum vide, & Ægyd. Trull. in *Decalog. lib. 8. cap. 1. dub. 20. num. 6.* & Farinacius iterum in *Consil. 16. numer. 34. & consil. 83. numer. 7.* vide etiam Narbonam dict. *quest. 5. in tract. de Ætate.*

6 Ad numerum 5. ibi: *In quo articulo dico, &c.*

Genus, modum, & tempus exequendi torturam arbitrio Judicis relinqui, dummodo sit consueta, & modus non excedatur, ut hic resolvitur, docent Boss. in *Pract. titul. de Tortur. numer. 40.* Paris de Puteo, de *Syndic. in verb. Tortura, lib. 2. cap. 4. num. 5. ad fin.* optimè Paz in *Praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. ex num. 60.* ubi num. 66. limitat in crimine læsæ Majestatis, parricidio, & aliis atrocibus criminibus, in quibus acerrima fieri debet indagatio Gregor. Lop. in *leg. 1. titul. 30. part. 7.* Tom. Sanch. in *Consil. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 2.* Simancas, de *Cathol. institut. cap. 63. ex num. 31.* Bolan. in *Curia Philipp. part. 3. §. Tormenta,* & latissimè Farinac. *quest. 38. ex num. 55. & question. 37. ex num. 111.* Bobad. in *Polit. lib. 5. capit. 3. ex num. 20.* D. Anton. de Queved. in *tractat. de Tortura, part. 2. cap. 1. num. 3.*

7 Ad num. 6. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Quoddam si Judex dolosè reum torsit, & mors sequatur, Judex teneatur pœna mortis; si verò alia læsio corporis contigerit, pœna arbitraria puniri debeat, si autem non dolosè, sed culpabiliter in tortura excessi modum, similiter pœna arbitraria locum habeat, secus si licitè, & cum moderamine, quia nulla pœna tenetur, quamvis

Tom. III.

mors sequatur; ita Gomez hic & comprobant Clar. in *§. fin. quest. 64.* Tuschus *litt. T. conclus. 326.* Menoch. de *Arbitrar. cas. 340.* Puteus de *Syndic. verb. Tortura, cap. 12.* Boss. in *titul. de Tortura, num. 28. & seq.* & latissimè Farinacius omnino videndus, *quest. 37. ex num. 111.* ubi fusissimè ampliat, limitat, & declarat, Paz in *Praxi, tom. 1. partit. 5. cap. 3. §. 12. ex numer. 61.* ubi benè declarat, Bobad. in *Polit. lib. 5. cap. 3. num. 24. & 25.* & post eum D. Antonius de Quevedo in *tractat. de Tortura part. 2. cap. 1. num. 7. & 8.*

8. Ad numer. 7. ibi: *Quando unus testis deponit de visu, &c.*

Unum testem deponentem de visu sufficere ad torturam, ut hic resolvitur, docent latè post plures antiquioribus, Carrer. in *Pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. Quæ autem sint. num. 2.* Clar. in *§. fin. quest. 21. & quest. 22.* Vivius in *suis Communibus, verb. Testis unicus numer. 7.* Mascard. de *Probat. quest. 15. num. 12. & conclus. 894. num. 5.* Simanc. de *Cathol. instit. capit. 63. num. 12.* Menoch. de *Præsumptionib. lib. 1. quest. 89.* Sanch. in *Consil. lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 1.* Peguera *Decis. criminali 17. numer. 1.* & aliis ferè infinitis relatis Farinac. *question. 37. num. 54. & seq. usque ad 71.* ubi limitat, declarat, & Paz in *Gravi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 38. & seqq.* iterum Farinacius, *consil. 41. num. 10. & cons. 65. num. 53.* Scaccia de *Judic. lib. 2. capit. 9. num. 368. & 369.* Queved. de *Tortur. part. 1. cap. 5. ex numer. 3.* ubi quoddam hoc casu requiratur quod reus sit vilis, vel infamatus.

9 Ad numer. 8. ibi: *Secundum indicium est confessio extrajudicialis, &c.*

Confessionem extrajudicialem etiam minoris ejus tamen ætatis in qua torqueri potest, dum tamen sit specialis, & determinata, verbi gratia: *Occidi talem hominem,* esse sufficientem ad torturam, ut resolvit Gomez, docent late Bossius in *Pract. tit. de Confessis, num. 57.* Antonius Gabr. *tit. de Confessis, conclus. 1. num. 53.* Simancas de *Catholic. instit. cap. 63. num. 21.* Menochius de *Arbitrariis, casu 331. num. 1. de Præsumptionib. 1. quest. 89. num. 17.* ubi quoddam etiam debet concurrere verisimilitudo, Quevedo de *Tortura, part. 1. cap. 5. num. 3. & cap. 7. num. 3.* Clar. in *§. finali, quest. 21.* Farinacius in *Consil. 48. num. 11. & consil. 50. in additione littera D. & quest. 81. num. 32.* ubi quoddam confessio indeterminata non sufficit, & *quest. 82. ex num. 23. usque ad num. 47.* ubi ampliat, limitat, & declarat, & *quest. 83. num. 80. & 81.* ubi quoddam post confessionem in tortura emanatam respectu confessionis extrajudicialis requiritur ratificatio, ut docet Gomez hic, Lessius de *Justitia, lib. 2.*

cap. 29. dub. 17. num. 157. Thomas Sanchez in *Consiliis moralib. part. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 8.* Diana 4. part. tract. 6. *resolut. 12.* Aegidius Trullench. in *Decalogum, lib. 8. capit. 1. dubio 20. num. 4.* Gratianum etiam vide in *Regula 126. num. 6. & iterum Farinacium cons. 19. in additione littera I. & consil. 25. in additione littera Q.*

10 Ad numer. 9. ibi: *Præterquam si fiat in confessione pœnitentiæ, &c.*

Confessionem extrajudicialem factam in Sacramento pœnitentiæ non sufficere ad torturam licet reveletur, & probetur, ut *hic* resolvitur, docent omnes relati num. *præcedenti*, maxime Lessius num. 160. & Farinacius *dict. quest. 82. & quest. 51. num. 96. & seq.* Menochius de *Præsumptionib. quest. 89. num. 26. & 27.*

11 Ad numer. 10. ibi: *Tertium indicium est fama &c.*

Si adsit facta publica, quod quis commisit tale delictum, quod hoc sufficiat ad torturam, ut *hic* resolvitur, docent Dueñas in *Reg. 300. fallent. 4.* Simanc. de *Catholic. Instit. tit. 63. ex num. 14.* qui alia adminicula requirit ferè semper, & alii plures relati, à Farinacio *quest. 47. num. 5.* sed contrariam opinionem, imò formam solam non facere sufficiens indicium ad torturam tenuerunt alii ferè infinito congesti ab ipso Farinacio *dict. quest. 47. num. 4.* Morla in *Emporio titul. 11. quest. 11. num. 2.* Clarus in *§. fin. quest. 21. num. 1.* Quevedo de *Tortura, 1. part. cap. 6. num. 3.* Sanch. in *Consiliis, lib. 6. capit. 3. dubio 15. numer. 9.* Lessius de *Justitia, lib. 2. cap. 29. numer. 156.* ubi ait, quod fama debet esse juncta cum aliis adminiculis, ut sufficiat ad torturam, prout etiam probat Farinacius *ubi supra*, quem omninò videas, & Quevedum *capit. 15. numer. 12.* & Gratianum *Regula 187.*

Ibi: *Quartum indicium est, &c.*

Fugam etiam sufficiens indicium facere ad torturam, innuit noster Gomez *hic* de quo tamen videndi sunt Bernardus Diaz in *Reg. 303. num. 4.* Dueñas *Regul. 390.* Bossius in *tit. de Indiciis, & consideratione ante torturam, num. 49.* Simanc. de *Catholicis institutionib. capit. 63. num. 19.* Clarus in *Practica, quest. 21. versic. Fuga delinquentis*, qui & alii plurimi relati à Farinacio *quest. 48. num. 3.* affirmativam opinionem defendunt, contra alios plures, qui contrarium tuentur; imò non sufficere solam fugam sine aliis adminiculis, quos etiam refert, & sequitur ipse Farinacius *ibi num. 5.* quem videas, quia fusissimè materiam prosequitur per ampliationes, & limitationes, ut solet; & Cevallos *quest. 393. & Bolanum in Curia Philippica, parte 3. §. Tormento, num. 8.* & Thomam Sanchez in *Consiliis*

moralibus, lib. 6. cap. 3. dubio 15. num. 11. & vide Scacciam de *Judiciis, lib. 1. capit. 97. ex num. 78.* ubi an contumacia faciat indicium ad torturam?

12 Ad numer. 11. ibi: *Quintum indicium est, &c.*

Et ibi: *Ego tamen distinguo, &c.*

Inimicitiam solam non facere indicium sufficiens ad torturam, nisi sit juncta cum aliis adminiculis, vel sit orta & causata ex maxima & gravi causa, ut *hic* resolvitur, docet Bossius *tit. de Indiciis, num. 47.* Clarus, *§. fin. quest. 21.* Mascardus de *Probationib. conclus. 901. num. 6. & seqq.* Menochius de *Præsumptionib. quest. 89. numer. 51.* Fachinæus, *lib. 9. Controvers. cap. 82.* qui & alii plurimi ab eis relati ajunt, quod si cum inimicitia concurrant alia adminicula, facient indicium ad torturam; Carrerius in *Practica, in tract. 2. de Indiciis, & tortura, §. Quartum indicium, num. 2. & 3. & 4.* & alii plures relati à Farinacio in *quest. 50. ex num. 29. & in consil. 22. num. 9. & consilio 55. ex num. 43. & quest. 49. num. 101.* qui probant inimicitiam capitalem sufficere; & num. 102. alios plures adducit ad probationem prioris partis resolutionis, nempe inimicitiam junctam cum aliis adminiculis sufficere; vide etiam Cevallos *quest. 158. & Quevedum de Tortura; part. 1. cap. 6. num. 5.*

Ibi: *Sextum indicium, &c.*

De indicio resultante ex eo quod aliquis visus fuit exire cum gladio evaginato, vide Menochium de *Arbitrariis, casu 270. num. 18. & seqq. & de præsumptionib. quest. 89. num. 117.* & alii plures adductis à Farinacio *quest. 52. num. 50. & seq.* ubi ait neminem in hoc contradicere, & etiam disputat latè an hoc indicium sufficiat ad condemnationem? vide etiam Queved. de *Tortura part. 1. cap. 7. num. 21. & 37.*

13 Ad numerum 12. ibi: *Quando res furtiva sit reperta, &c.*

Quod res furata reperta penes aliquem non faciat indicium ad torturam præterquam si possessor sit persona vilis, & levis opinionis: & quod si talis possessor sit Officialis publicus, qui solet emere, & vendere tales res, vel si ostendat auctorem à quo eam habuit, cessat præsumptio, docuerunt Menoch. de *Præsumptionib. lib. 5. præsumpt. 29. num. 2. & seq.* Mascard. de *Probationibus, conclus. 833. num. 2.* Tusch. *litt. F. conclus. 555.* Peguera *Decis. criminali 73.* Lessius de *Justit. lib. 2. cap. 29. dubio 17. num. 165.* Farinac. latissimè *quest. 177. ex numer. 1. usque ad num. 15.* ubi ampliat, & limitat latissimè, & post eum D. Antonius Queved. in *tract. de Tortura, part. 1. cap. 6. num. 13.*

14 Ad numer. 13. ibi: *Si post furtum commissum, &c.*

Vicinus notam habens domum, in qua furtum est commissum, si postea reperiatur dives, vel plures expendere pecunias, cum antea esset pauper, quod hoc faciat indicium ad torturam, docent, & explicant, Menoch. de Præsumptionibus, lib. 5. præsumpt. 311 num. 3. Mascard. de Probationibus, conclus. 831. & eos, & alios referens Farinac. quest. 177. num. 80. & seqq. ubi num. 82. cum Menochio supra, num. 4. & aliis ait, quod hoc non procedit in viro bonæ famæ, & opinionis; vide, etiam Quevedum de Tortura, 1. part. cap. 6. num. 9.

15 Ad numerum 14. ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Contra eum, qui primò dicit, vidisse hominem occisum, & denuntiat, posse sumi indicium, ut hic resolvitur, docent Puteus de Syndic. verb. Tortura, et 2. cap. 1. Carrer. in Practica in tract. 1. de Indiciis, & tortura, §. 15. Indicium Menoch. de Præsumptionibus, lib. 1. quest. 89. num. 106. & alii adducti à Farinacio quest. 52. ex num. 93. ubi num. 95. ait quod hoc solum non erit sufficiens indicium, nisi concurrant alia & num. 96. & 97. agit quid è contra, si taceat, & non denuntiet homicidium, & quod ex hoc oriatur indicium contra eum, & ibi de vicino & domino domus, ubi delictum fuit commissum, & aliis; vide etiam Gutierrez, num. 4. quest. 27. num. 3. & 5. ubi de occiso juxta domum alicujus.

16 Ad numerum 15. ibi: *Sed salvo meliori judicio, &c.*

Indicium ad torturam non oriri ex eo quod cadaver sanguinem emittat coram aliquo, nisi alia concurrant indicia, ut hic resolvitur, docet ex aliis laudans nostrum Gomez, Farinacius quest. 52. num. 156. ubi num. 154. plures Doctores refert, contrarium tenentes, & aliquos casus speciales adducit qui (ajunt) contigerunt.

17 Ad numer. 16. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.*

Declarationem occisi non facere indicium ad torturam, ut hic resolvitur, docent, Paris de Puteo, de Syndicatu, verb. Tortura, et 3. cap. 6. num. 9. Carrerius in Practica, in 2. tractatu, de indiciis, & tortura, §. Decimum indicium, num. 1. Plaza in Epitome delictor. lib. 1. cap. 13. num. 15. & seqq. Covarrub. Variarum lib. 2. cap. 13. numer. 8. Clarus in Practica, §. fin. quest. 21. Menochius de Præsumptione, lib. 1. quest. 80. ex num. 7. Mascardus de Probationibus, conclus. 144. & 1129. & latissimè Farinacius quest. 46. num. 10. & seqq. ubi ampliat & limitat; & num. 35. probat quod concurrentibus adminiculis erit sufficiens ad torturam; & num. 44. & 45. verius esse ait talem declarationem etiam juratam non

facere indicium ad torturam, & etiam si susceperit Sacrosanctam Eucharistiam; eum omnino videas, & Fachinæum, lib. 9. capit. 90. & Barbosam in Collectan. cap. litteras de Præsumptionibus.

18 Ad numer. 17. ibi: *in quo articulo notabiliter, & resolutivè, &c.*

Exculpationem occisi, si delictum non erat verè, & realiter probatum enervare, & tollere indicia, etiam si essent sufficientia ad torturam, secus verò si delictum erat probatum, licet hoc casu talis exculpatio habeat vim remissionis, & pacis: ut hic resolvitur, docent Covarrub. Variarum lib. 2. cap. 13. num. 8. Carrerius in Practica, in 2. tractatu, de indiciis, & tortur. §. Decimum est indicium, num. 5. Plaza in Epitome delictorum, capit. 13. ex numer. 15. Mascardus de Probationibus, conclus. 389. & conclus. 1130. & alii plurimi in unum congesti à Farinac. quest. 43. ex num. 10. & quest. 46. num. 104. & 110. & seq. usque ad finem, ubi num. 106. ait, quod exculpatio etiam tacitè fieri potest, ut putà si aliquem inculpaverit nominatim, nam ex hoc exculpatio cæterorum inducitur; eum videas, quia latè etiam agit de inculpatione facta per morientem, & consil. 79. num. 18. & Fachinæus lib. 9. cap. 90.

19 Ad numerum 18. ibi: *In quo articulo resolutivè dico, &c.*

Quod unus testis deponens de ipso actu, & delicto, sit sufficiens ad torturam, reliqua verò indicia debere probari per duos testes contestes, ut hic resolvitur comprobant latè Carrerius in Pract. in 2. tract. de Indiciis, & tortura, §. Viso ergo quid sit, Bossius in tit. de Indiciis, & consideratione ante torturam, num. 5. 18. & 19. Clarus in Practic. quest. 22. asserens dictam resolutionem non habere contradictoriam, Mascardus de Probationibus, conclus. 894. num. 2. & concl. 462. num. 18. Menoch. de Arbitrariis casu 270. numer. 23. & de Præsumptionibus, quest. 91. lib. 1. n. 2. & aliis pluribus relatis, Farin. quest. 37. ex n. 13. ubi num. 18. & 28. probat contra alios, quod isti testes debent esse omni exceptione majores: & num. 38. docent quod testes singulares sufficiunt in probatione indiciorum tribus concurrentibus, primùm quod sint omni exceptione majores, & idonei: secundùm, quod deponant super indiciis proximis delicto, non autem super indiciis remotis, & etiam declarat quæ sint proxima indicia in proposito: tertium, quod indicia, super quibus isti testes singulares deponunt sint plura, & talia quæ reddant animum Judicis quasi certum quod reus deliquerit, de quo etiam Scaccia de Judiciis, lib. 2. cap. 9. num. 370. eos videas, & iterum Farinac. consil. 22. num. 7. & consil. 37. num. 22. & consil. 61. numer. 18.

&

& post eum Escobar, in *tract. de Puritate sanguinis 2. part. quest. 6. §. 5. num. 12.* ubi etiam alios refert, & Farinacium de *Testib. quest. 56. num. 77.* ubi quod in criminibus exceptis sufficiunt testes inhabiles ad indicia probanda, Thomas Sanchez in *consiliis, lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 3.*

20 Ad numerum 19. ibi: *In quo resolvitè dico, &c.*

Post publicationem factam in processu debere adhiberi torturam, ut resolvitur, docent Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. numer. 1.* Clarus in *Pract. §. fin. quest. 64.* Bobadilla in *Polit. lib. 5. cap. 3. num. 13.* Pichard. in *manuduct. part. 3. §. 3. num. 31.* & Scaccia de *Judic. lib. 1. cap. 97. num. 79.*

21 Ad numerum 20. ibi: *In quo articulo resolvitè dico, &c.*

Stantibus legitimis probationibus, reum non posse torqueri, & Judicem contra facientem teneri in syndicatu; si autem torqueatur, quod non elidantur legitimæ probationes, sed adhuc possit condemnari, ut resolvitur, docent latissimè Villalobos in *suis Communib. verb. Torqueri numer. 118.* Boerius *decis. 163. numer. 13.* Clarus in *Practica, §. fin. quest. 64.* Carrerius in *Pract. in 2. tract. de Indiciis, & tortur. §. Viso igitur de indiciis, numer. 31.* Covarrub. in *Practiis, cap. 23. num. 5.* Scaccia de *Re judicata, glossa 14. quest. 21. ex num. 11.* Bajardus ad Clarum *dicta question. 64. num. 116. & seq.* Avendañus in *Dictionario, verb. Tormento, & alii relati & secuti à Cevall. quest. 375.* Paz in *Praxi, tom. 1. partit. 5. capit. 3. §. 12. ex numer. 5.* Sed Farinacius in *quest. 40. ex num. 6.* contrariam partem defendit, imò per torturam purgari etiam probationes legitimas & plenas & eam ampliat, limitat, & declarat, eum videas, ibi & *consilio 33. num. 23. & consilio 43. in fine, & Fachinæum, lib. 9. Controversiarum, capit. 6. & Thom. Sanchez. in Consiliis, lib. 6. cap. 4. dubio 3.*

22 Ad numerum 21. ibi: *Et breviter dico quòd sic, &c.*

Copiam indiciorum debere dari reo ut possit se defendere, & allegari quod velit, ut *hic* resolvitur, docent Carrerius in *Practica, tract. 2. de Indiciis, & tortura, §. Circa quintum, num. 8.* Bossius in *tit. de Indiciis, & considerationib. ante torturam, num. 74.* Clarus in *Practica, §. final. quest. 49.* Villalobos in *suis Communibus, litt. I. numer. 22.* Bobadilla in *Politica, lib. 5. cap. 3. num. 16.* ubi limitat in delictis enormibus, & delinquentibus malæ opinionis, Tuschus *littera T. conclus. 326. ex num. 15.* Scaccia de *Judiciis, lege 1. capit. 97. num. 79.* Simancas de *Catholicis institutionibus, cap. 63. num. 35. & plurimis re-*

latis Farinacius *quest. 39. quasi per totam, maximè num. 2. & num. 3.* ubi etiam docet, quòd non solum debet dari reo copia indiciorum sed etiam competens terminus ad illa purganda; & *num. 9.* limitat præterquam si Judex timere tumultum in populo ob retardatam punitionem delinquentis, quia tunc poterit etiam ad executionem poenæ etiam capitalis devenire, eum vide latissimè ampliantem, & limitantem, Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 9.* Salgado de *Protectione, 3. parte, cap. 14. num. 46.* Sanchez in *Consiliis, lib. 6. cap. 3. dubio 15. num. 4. & novissimè Pareja de Instrumentorum editione, tomo 2. tit. 6. resol. 8. per totam, quem videas.*

23 Ad numerum 22. ibi: *Sed bis non obstantibus, &c.*

Etiam parte non petente Judicem posse, & debere venire ad torturam stantibus legitimis indiciis plenè probatis, ut *hic* resolvitur, docet, & comprobatur Farinacius *quest. 40. num. 15. & quest. 37. num. 148.* ubi cum aliis probat, puniendum esse Judicem qui non torquet eum, quem torquere debebat; eum vide & Scacciam de *Re judicata, glossa 14. quest. 21. ex num. 11.* ubi *num. 14.* an possit omissa tortura condemnari poena arbitraria? (de quo Farinacius *quest. 86. ex num. 78. & quest. 7. ex num. 113. dicta glossa 14.*

24 Ad numerum 23. ibi: *In quo articulo breviter, & resolvitè dico, &c.*

A sententia torturæ appellari posse quamvis sit interlocutoria, cum inferat gravamen irreparabile, ut *hic* resolvitur, docent Clarus, *§. final. quest. 64. & ibi Bajardus Lancellotus de Attentatis, cap. 12. limitat. 1. ex num. 92.* Bobadilla in *Politica, lib. 5. cap. 3. num. 19.* Tuschus *littera T. conclusione 326. ex num. 14.* Scaccia de *Judic. lib. 1. cap. 97. ex num. 81. & alii plurimi relati, & secuti à Farinacio quest. 38. num. 10. & seqq.* ubi etiam probat quòd nec dum post appellationem supersedere debet Judex, sed etiam in termino ad appellandum constituto; & *num. 23. & seq.* limitat, præterquam si appellatio esset frivola, & calumniosa, quæ non debet admitti, quando evidenter apparet de calumnia, & *num. 14.* ait de consuetudine non servari, ut judex supersedeat in termino ad appellandum si non fuerit appellatum; & *num. 20.* verius opinatur contra alios, quod accusatur, vel fiscus non poterunt appellare à decreto de non torquendo, vide etiam eum in *Consilio 22. num. 19.* sed profecto opinio nostri Gomez probabilior videtur, vide Suarez de Paz in *Pract. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. ex num. 79. & ante omnes Salg. de Protect. part. 2. cap. 1. ex num. 98. omnino.*

Si autem Judex fuerit recusatus in hoc casu, quo-

quomodo debeat se gerere, explicat latè Suarez de Paz in *Practica*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. ex num. 52. quem videas & Bobadilla in *Politico*. lib. 5. cap. 3. num. 19. D. Antonium de Queved. *tract. de Tortur.* cap. 13. ex num. 11.

Ibi: *Et resolutivè dico, &c.*

Reum non esse interrogandum per suggestiones, sed simpliciter quis commiserit illud delictum absque nominatione alicujus, ut docet Gomez probant Carrer. in *Pract.* in 2. *tract. de Judic.* §. in *Textu*, ibi, *formidine tormentorum*, num. 19. Boss. in *titul. de Examine reorum*, numer. 12. Scaccia in *tract. de Judic.* cap. 86. numer. 7. & 40. & latè explicans Farinac. in *question.* 83. num. 84. & *seqq.* ubi num. 97. limitat præterquam si Judex certò sciat illum commisisse delictum, quia tunc poterit illum specialiter interrogare; quòd maxima indiget circumspèctione & cautela, iterum Farinacius in *question.* 43. num. 132. ubi quòd in interrogatione de sociis, non debet interrogari de aliqua certa, & determinata persona, sed generaliter, Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. numer. 92. Item an possit interrogari de socio? vide *suprà*, cap. 12. num. 18. & 19. & Scaccia de *Jud.* lib. 1. cap. 81.

25 Ad num. 24. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Confessionem factam in tormento non sufficere ad condemnationem nisi sequatur ratificatio post horas 24. ut docet Gomez, comprobant Carrer. in *Pract.* in 2. *tract. de Indic.* & *tortur.* §. *Circa septimum*, numer. 2. & 3. & 5. Boss. in *Pract.* tit. de *Confes.* num. 88. & in *tit. de Confes. per tortur.* ex num. 1. Menoch. de *Arbitrariis casu* 38. num. 1. Clarus in *Pract.* §. *fin. quæst.* 64. vers. *Cæterum, sine*, Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 94. & latè, & optimè Farinac. *quæst.* 83. ex num. 67. usque ad 82. ubi ampliat, & limitat num. 70. asserit dictam resolutionem locum habere non solum in confessione facta in tormento, sed si fuerit facta metu tormenti, eum videas, & Simancam de *Catholic. institut.* cap. 63. num. 39. & *seqq.*

26 Ad numerum 25. ibi: *Et breviter, & resolutivè dico, &c.*

Si tortura injustè inferatur non præcedentibus legitimis indiciis, quamvis in confessione ratificetur reus, quòd non possit condemnari, ut hic resolvitur, docent Carrerius in *Pract.* in 2. *tract. de Indic.* & *tort.* §. *Circa quartum, qualiter & quando*, num. 2. Villalob. in *suis Commun. littera C.* num. 151. Mascard. de *Probation.* *conclus.* 353. ex num. 1. & *conclus.* 1385. num. 5. Boss. in *titul. de Confess. per tortur.* num. 1. & 17. & alii plures relati, & secuti à Ceval. *quæst.* 618. num. 2. Thom. Sanch. in *Consil. mo-*

ral. lib. 6. cap. 3. dub. 13. Tuschus *litt. T. conclus.* 329. Scaccia de *Re judic. glos.* 14. *quæst.* 8. ex num. 33. & *quæst.* 21. ex num. 12. Simanc. de *Catholicis Institut.* cap. 63. num. 34. & Farinac. latissimè in *quæst.* 83. ex num. 1. ubi plures ampliationes, & limitationes congerit, & numer. 11. ampliat mirabiliter, etiamsi confessio fuerit verificata per aspectum oculorum, & ponit exemplum in eo, qui confessus est se occidisse hominem tribus vulneribus, illumque se pelisse in horto, in quo facta diligentia fuit repertum cadaver cum tribus vulneribus secundum confessionem; talis enim confessio ita verificata non sufficet ad condemnandum reum, si in tortura positus fuit non præcedentibus legitimis indiciis, vide eum ibi in *cons.* 19. in *Additione littera B.* & *consil.* 99.

Et pro illationibus hic adductis à nostro Gomez, quando scilicet aliquis injustè fuit positus in tortura, quòd ejus confessio, quamvis ratificata, non noceat, vide eundem Farinacium, *quæst.* 41. num. 95. ubi illud comprobat, & alios plures refert, & *quæst.* 38. num. 17. Aceved. in *leg.* 3. tit. 10. num. 108. & *seq. lib.* 4. *Recopilat.* Sanchez in *Consil. moral.* tom. 2. lib. 6. cap. 13. *dubio* 13. & *cap.* 4. *dub.* 3. num. 6.

27 Ad numerum 26. ibi: *In quo articulo breviter, & resolutivè dico, &c.*

Si indicia sint gravissima, & nimis urgencia, vel si reus in tortura confessus fuerit delictum, & postea illud neget, quòd his casibus possit repeti tortura, ut hic resolvitur, docent latissimè Paris de Puteo in *tractat. Syndic.* verb. *Tortura*, el 3. cap. 3. ex num. 1. Boer. *decis.* 164. ex num. 9. Tuschus *litt. T. concl.* 331. Cancer. in *Pract.* in 2. *tract. de Indic.* & *tortur.* §. *Circa sextum, de Repetitione tortura*, num. 1. Boss. in *titul. de Tortur.* num. 42. Menoch. de *Arbitr. casu* 272. n. 5. Clarus in *Pract.* §. *fin. quæst.* 64. vers. *Ultimo videndum est*, latissimè Farinac. *quæst.* 38. num. 72. & *seqq.* usque ad num. 106. ubi latè limitat & declarat, & num. 86. & *seqq.* probat arbitrio Judicis remitti quando reus dicatur sufficienter tortus, vel non ad hoc ut repeti possit tortura; ex hoc quòd leviter fuerit tortus, eum videas ibi, & *consil.* 99. Ceval. *quæst.* 618. num. 3. & *seqq.* Suarez de Paz in *Praxi*, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. ex num. 14. latè Sanchez in *Consil.* tom. 2. lib. 6. cap. 4. *dub.* 5.

28 Ad numerum 27. ibi: *Sed in eo videtur dicendum, &c.*

Quòd reus ultrà tertiam vicem non possit torqueri, si positus in tortura confessus fuit delictum, & postea in ratificatione negavit semper, docent Carrerius in *Practica*, in 2. *tract. de Indic.* & *tort.* §. *Circa sextum*, n. 14. Boer. *decis.* 163; num. 18. & *seqq.* Boss. in *Practico. tit. de Tortur.* num.

num. 44. Clarus, §. *fin. quest.* 21. vers. *Ulterius quæro*, Tusch, *littera T. conclus.* 331. & alii plures relati, & secuti à Farinac. *quest.* 38. *ex numer.* 96. etiam addit, quòd hoc casu, vel absolvitur reus, vel sub fidejussore de repræsentando relaxatur, Paz *in Praxi*, tom. 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *ubi addit*, quòd de jure Regio in crimine prodicionis, falsæ monetæ, furti, & rapinæ, ultrà primam torturam reus poterit bis torqueri; in aliis tamen delictis tortura semel debet repeti est textus *in leg.* 4. *tit.* 30. *part.* 7. vide etiam Thom. Sanchez *in Consil. moralib.* tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 3. post Simanc. *de Cathol. Instit.* *cap.* 63. *num.* 44.

29 Ad numerum 28. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quòd si reus in negativa persistat, sit absolvendus diffinitivè, vel aliqua pœna arbitraria puniendus, si indicia non fuerint legitime purgata, docent Paz *in Praxi*, tom. 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *num.* 22. Scacc. *de Indic. lib.* 1. *cap.* 95. *sub num.* 1. post Simancam *de Cathol. Institut.* *cap.* 63. *num.* 36. & alii relati à Farinac. *quest.* 4. *num.* 26. & *seqq.* ubi relata opinione nostri Gomez, & altera Menoch. *de Præsumpt. lib.* 1. *quest.* 95. ab observatione judicii hoc casu reum absolvendum asserentis, tandem totum Judicis arbitrio remittit, quem quidem arbitrari debere, ait, secundùm regulam ab eo traditam: eum vide, & Fachinæum *lib.* 1. *Controversiarum*, *capit.* 33. & *lib.* 9. *cap.* 16.

30 Ad numerum 29. ibi: *In quo articulo, &c.*

Torqueri posse testem, quando vacillat in testimonio in causa criminali, vel quando probatur interfuisse factò, & ipse negat; docent Bossius *in tit. de Tortur. test.* *num.* 4. 12. & 19. Simanc. *cap.* 63. *num.* 38. Clar. *in §. fin. quest.* 25. Bobadill. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 17. Tusch. *litt. T. concl.* 333. Cevall. *quest.* 803. *numer.* 16. Scaccia *de Judic. lib.* 2. *cap.* 9. *ex num.* 607. & 816. & 823. & *seqq.* ubi omninò videndus, ubi etiam de Judice delegato torquente, & alii plures relati, & secuti à Farinac. & *quest.* 66. *num.* 98. & *seqq.* ubi de teste vacillante, & *num.* 106. & *seqq.* agit, quid si in judicio deponat contrarium ejus quòd dixerat extra judicium? & *quest.* 79. latissimè disputat de tortura testium, & omnes casus declarat; & *in Consil.* 22. & *consil.* 40. *num.* 21. & vide Salgad. *de Prot.* 2. *part.* *cap.* 4. *num.* 174. ubi quòd in casibus quibus festis torquendus est, non potest relaxari sub fidejussoribus.

Ibi: *Adde tamen, &c.*

In causa levi, vel merè civili, quòd non possit tortura inferri docent Bossius *in tit. de Indic. & considerat. ante Tortur.* *num.* 92. Peguer.

Decis. eriminal. 16. & aliis relatis Farinac. *quest.* 42. *quasi per totam*, maximè *num.* 6. & *seqq.* ubi loquitur de levibus delictis, & declarat quæ talia dicantur, & *num.* 26. & *seqq.* ubi latè agit de causa civili, & septem limitationes adducit, in quibus tortura potest inferri in causa civilis, Tuschus *litt. T. conclus.* 330.

31 Ad num. 30. ibi: *In quo articulo, &c.*

Sententiam debere pronuntiari absolvendo, vel condemnando eo modo explicat *in præsentis*, noster Gomez docet Paz *in Praxi*, tom. 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *num.* 96. Morla *in Emporio*, *tit.* 2. *in præmis.* *num.* 35. Farin. *in quest.* 4. *ex num.* 23. ubi latissimè prosequitur varios modos sententiandi in causa criminali, & Scacc. *in tractat. de Re judic. glossa* 14. *quest.* 7. & 21. & 23.

32 Ad numerum 31. ibi: *In quo utili, & quotidiano articulo, &c.*

Regulariter appellationem permitti in criminalibus (de qua non solum reus ipse, sed alius pro eo possit appellare) præterquam si reus sit convictus & confessus, & in crimine hæresis, falsæ monetæ, raptus virginis in quocumque crimine violentiæ, & in publico, & famoso latrone, & in sedicioso, quibus appellatio est prohibita, docent Paris de Puteo *in tractat. de Syndic. verb. Appellatio*, *cap.* 1. *num.* 16. Boss. *in tit. de Appellat. ex num.* 1. Peregrin. *de Jure fisci*, *lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 12. Decian. *lib.* 5. *cap.* 58. & plures referens Barbosa *in Collectan. cap. ut debitus*, *de Appellat. num.* 13. & 14. ubi etiam plures congerit casus, in quibus non admittitur appellatio; & quando non habeat effectum suspensivum, & Pichard. *in Manuduct.* 4. *part. præcepto* 14. *num.* 7. & *præcept.* 1. *per totum*, Salgad. *de Protect.* 3. *part. cap.* 14. *per totum*, Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 97. *ex num.* 80. & latissimè ad saturitatem, Farinac. *quest.* 101. *ex num.* 1. ubi usque ad *numer.* 113. disputat omnes casus in quibus admittitur, vel non appellatio in criminalibus, & *num.* 114. & *seqq.* usque ad *finem quest.* latissimè etiam agit de reo confessò, & convictò, quando audiatur appellans, & *num.* 23. & *seqq.* usque ad *num.* 29. explicat quando & quomodo extraneus appellans pro reo invito audiatur, de quo etiam videndi sunt Gregor. *in leg.* 6. *tit.* 23. *partit.* 3. ubi limitat ex illa lege quòd pro reo invito solummodò consanguinei appellant, Osualdus ad Donel. *lib.* 28. *cap.* 6. *litter. G.* Gratian. *in Regul.* 81. iterum ipse Farinac. *quest.* 99. *n.* 175. & *seqq.* & *in Consil.* 85. *num.* 53. latè etiam Menchac. *Usufrequent. cap.* 39. qui omnes agunt de eo qui pro alio appellat absque mandato, & Pichard. *in Manuduct.* 4. *part.* §. 1. *ex num.* 3.

Item de reo confessò, & convictò, præter Farin. *dict.* *quest.* 101. *ex n.* 114. Morla *in Emporio*, *tit.* 2. *n.* 41. Pichard. *in Manuduct.* 3. *part.*

§. 3. num. 12. post Covarrub. in *Pract. cap. 23. num. 5.* Cevallos *quest. 509.* iterum ipse Pichard. *ibid. 4. part. in Præludivis, num. 30.* Sanchez in *Consil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 3.* ubi quòd non potest torqueri reus convictus, ut fateatur delictum; & sic non possit appellare, & *dub. 4.* & post eos Salgad. *de Protect. part. 3. cap. 14. quasi per totum, omninò videndus Scaccia de Judiciis, lib. 1. cap. 97. ex n. 124.*

33 Ad num. 32. ibi: *In quo articulo breviter & resolutivè dico.*

Judicem non posse exequi sententiam post appellationem admissam, etiam quando eam non debuit admittere, ut *hic* resolvitur, docent Carrerius in *Pract. in tract. Appellat. §. ultim. casus est, n. 2.* Lancelot. *de Attentatis, part. 2. c. 12. limit. 1. num. 70. & seq.* Thom. Sanch. in *Consil. moral. lib. 3. cap. unic. dub. 15.* Scacc. *de Judic. cas. civil. & crimin. lib. 1. c. 97. n. 123.* & benè explicans Farinac. *in quest. 101. ex numer. 106. & in Consil. 17. lib. 1. in Addit. littera D. eum vide, & Rodriguez de Reddit. lib. 1. quest. 17. num. 68. & latissimè Salgad. de Protect. 3. part. cap. 18. per totum.*

34 Ad num. 33. ibi: *In quo articulo utili, & quotidiano, &c.*

Reum posse innocentiam suam probare in termino probatorio; & post eum, & publicatis attestacionibus quolibet genere probationis, & etiam post sententiam, dummodo hoc casu probationem faciat per evidentiam facti, ut *hic* resolvitur, docent Carrer. in *Pract. in tract. Appell. §. 3. Casus, num. 22. & §. Septimus casus, num. 12.* Boss. in *tit. de Remed. contra bannum, n. 2. & in tit. de litt. Princip. sub n. 3.* Gail. *de Pace publica, lib. 2. cap. 8. n. 2. & plures referens Farinac. quest. 75. n. 420. & cons. 73. in Addit. litt. A. & quest. 81. n. 25. & q. 11. ex n. 11. ubi n. 13. probat quòd licèt Judex inconsulto Principe non possit sententiam suam retractare, etiam si constet de innocentia rei, hoc tamen procedit in sententia lata ex veris probationibus; secus si ex præsumptionibus, talis enim sententia nunquam in judicatum transit, nec est necesse quòd ejus retractatio petatur à Principe, sed satis est si petatur à Judice; & idem quando notoriè constat de innocentia rei, Gregorius in *l. 4. tit. 30. part. 7. glos. 6. & 7.* Avilès in *c. 1. Prætor. verb. Mandamientos, num. 27.* Bobadill. *lib. 2. cap. 16. n. 99.* ubi an Rex, & Domini inferiores possint remittere pœnam legalem? vide etiam Cenedum, *q. 9. n. 16. & 31.* Carleval. *de Jud. lib. 1. disputat. 16.* Cancer. *Variar. 1. part. cap. 20. num. 44.* Sanch. in *Consil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 23. & 24. & cap. 5. dub. 19. n. 4. & lib. 3. cap. unic. dub. 5.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 10. numer. 6. & 7.* ubi etiam Tom. 111.*

cum Gregor. *supr. & nostro Gomez advertit, quòd hodie ex dict. leg. partit.* (quam se non invenire, dicit Pichardus in *Manuduct. 3. part. §. 3. num. 27.*) constito de innocentia rei per evidentiam facti, ipse Judex poterit sententiam suam revocare, ut etiam tenet Bolanus in *Curia Philippica. 3. part. §. Prueba, n. 9.* Morl. in *Emporio, tit. 2. num. 74.* Gratianus *Regula 421.* Matienzo in *Dialogo. 3. part. cap. 49.* vide etiam Parejam de *Instrumentorum editione, tom. 2. tit. 6. resolut. 3. ex num. 69. & Cancer. 2. part. cap. 2. num. 155. & vide infra num. 37.*

35 Ad numerum 34. ibi: *In quo notabiliter, &c.*

Judex sive procedat per viam Inquisitionis, sive accusationis, quòd possit etiam post publicatas attestaciones, & conclusionem in causa recipere testes ex officio contra reum, ut puniatur, probant Anton. Gabriel *tit. de Testib. concl. 21. numer. 101.* Menochius *de Arbitrar. quest. 34. num. 17.* Andr. Gail. *Observat. 105. numer. 11. lib. 1.* Avilès *de Syndic. cap. 5. verb. Saber la verdad.* Cancerius *Variarum. 1. part. cap. 20. num. 43. & Sanchez in Consil. lib. 6. cap. 5. dubio 19. num. 4. & alii plures in unum congesti à Farinacio quest. 75. num. 407. & seqq.* ubi ampliat, & limitat latè & *num. 413.* ampliat dictam resolutionem, ut etiam procedat, quando Judex ad instantiam promotoris fiscalis procedit, adhuc enim poterit testes recipere post publicatas attestaciones, Pichardus in *Manuduct. 3. p. §. 3. num. 25.* vide *concl. 12.* post *opera Roder. Suarez & vide suprà cap. 12. num. final. & Parej. de Instrumentorum editione, tom. 2. titul. 6. resolut. 3. ex num. 69. & 106.* ubi explicat, omninò videndus, quia declarat Gomez.

36 Ad n. 35. ibi: *Et breviter dico, &c.*

Statim ac sententia in rem judicatam transierit, mandari debet executioni, & executio fieri debet in loco consueto, præterquam, si aliud postulet gravitas delicti, ita Gomez in *Presenti, & docet Scaccia de Re jud. glossa 14. quest. 11.* Paz in *Praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. ex numer. 129. 133. & 134.* additio autem Suarez *hic littera I.* juridica mihi profecto videtur; vide Gratian. in *Reg. 445.* Farinacium in *Fragmentis litt. C. num. 610.*

37 Ad num. 36. ibi: *Primus est, &c.*

Quando constat de innocentia rei post sententiam, an ipse Judex possit eam revocare? dictum manet *supr. num. 34.* ubi plures DD. retulimus, quæstionem explicantes; & vide Farinacium in *Fragmentis, litt. C. num. 616.* & Cancerium, *Variarum. 2. part. cap. 2. n. 157.* & Cened. *quest. 9. n. 16. & Ceval. q. 821. n. 6.*

Ibi: *Secundus est casus, &c.*

Quando condemnatus debet reddere ratio-

nes alicujus administrationis, quòd sententia debet suspendi, ut resolvit Gomez, docent Cujacius *lib. 20. Observat. c. 32. Cœpol. Cautel. 224. num. 3.* Peguera, *Quæst. crimin. 22.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 18.* ex quibus colliges ad octo fortè die sententiam posse suspendi, Castillo *in leg. 27. Tauri, fol. mihi 108.* Bolanus *in Curia Philippica. 3. part. §. Sententia, num. 18.* latè Farinac. *in Fragmentis littera C. ex n. 615.* Carleval. *de Judic. lib. 1. disp. 2. num. 168.* Cenedus *quæst. 9. num. 12.*

Ibi: *Tertius est casus, &c.*

Insignem, & peritissimum in arte sua non esse puniendum pœna ordinaria, imò nec torquendum, ut *hic* resolvitur, docent Clarus *in Pract. §. fin. quæst. 60. n. 26.* Covarrub. *lib. 2. Variar. cap. 9. n. 6.* Gregor. *in leg. 1. titul. 32. part. 7.* Baeza *de Debit. cap. 16. num. fin.* Avilès *in cap. 1. Præt. verb. Mandamientos, num. 24.* Farinac. *quæst. 41. num. 88. & q. 98. num. 134. & seq.* Narbon. *in leg. 35. tit. 3. lib. 1. Recopil. glos. 5. ex num. 35.* Cened. *quæst. 9. num. 21.* Boyo *in Praxi, cap. 23. num. 26.* Bolan. *in Cur. Philipp. 3. part. §. Sententia, n. 20.* vide etiam Caldeir. *de Errorib. pragmat. lib. 3. cap. 4.*

38 Ad n. 37. ibi: *Quartus casus, &c.*

In muliere prægnante suspendi pœnam corporalem, etiam relegationis, & torturam, donec pariat: docent Morla *in Empor. tit. 2. num. 48.* Farin. *quæst. 41. ex n. 78.* ubi de tortura, amplians & limitans, Bolan. *sup. num. 17.* iterùm Farinacius *in Fragment. litt. C. num. 611.* Cened. *quæst. 9. num. 9. & num. 11.* ubi idem ait si post partum non reperiatur nutrix, quæ parvulum lactet.

Ibi: *Quintus est casus, &c.*

Quod accipienti meretricem in uxorem non debet remitti pœna, docent Medices *in tractat. Mors omnia solvit, part. 1. num. 158.* Farin. *in Fragment. litt. C. num. 641.* Chassan. *in Consuetud. Burgund. §. 5. tit. des Indices, vers. Duodecimus casus,* Tiraquel. *de Pœn. tempor. caus. 56.* vide etiam Avilès *cap. 1. Præt. verb. Mandamientos, num. 29.* Bobadillam, *lib. 3. cap. 15. n. 142.* Cened. *quæst. 9. num. 19.* Bolan. *in Cur. 3. part. §. Sententia, num. 21.*

Ibi: *Sextus casus, &c.*

Si condemnatus fracto laqueo cadat in terram, quòd executio sententiæ debeat suspendi, tenuerunt aliqui, ut videre poteris per Carrer. *in Pract. in tract. Malefic. §. Circa, num. 175.* sed hoc aliis non placuit, ut constat ex Clar. *§. fin. q. 68. num. 9.* Farinac. *in Fragm. litt. C. n. 638. & seq.* Bobad. *lib. 3. cap. 15. num. 137.* Cenedo *quæst. 9. n. 15.* Bolan. *supr. n. 22. & aliis.*

Ibi: *Septimus casus, &c.*

Quod si reus condemnatus habet accusatio-

nem contra alium, debeat suspendi executio sententiæ contra eum latæ, donec accusatio cepta perficiatur, licet Clar. *quæst. 97. num. 2.* dicat difficile esse in practica obtinere, cum nostro tamen Gomez transit Cened. *diçt. quæst. 9. n. 13.* qui alios refert.

39 Ad num. 38. ibi: *Octavus casus, &c.*

Etiam Principis speciali, vel generali indulto, ob publicam lætitiã remitti pœnam delinquentibus, ut explicat Gomez comprobant Carrierius *in Praxi, tract. de Homicid. vers. Vigesimo nono excusatur, ex num. 1.* Covarrub. *Variarum, lib. 2. cap. 10. num. 2.* Clar. *§. final. quæst. 59.* Boss. *in Praxi, tit. de Remediis ex sola clementia, Avendañ. tit. de Injuriis, ex num. 2.* Molina *de Justitia, tom. 4. disput. 48.* Diana *Resolut. moral. part. 6. tract. 6. resolut. 1.* Aceved. *tit. 25. per totum, lib. 8. Recopil. Parlador. differ. 31. §. 1. & 2.* Gregor. *l. 19. tit. 1. part. 7. & titul. 32. eadem part. Gutierrez. tom. 4. quæst. 69. maximè numer. 3.* Bolan. *in Curia 3. part. §. Sententia, num. 25.* Fachin. *lib. 9. Controv. cap. 17. & 18.* Mastrill. *ad indultum Siciliae latè, apud quos materiam remissionis, vel indulgentiæ Principis latissimè explicatam inveniens & apud Farinac. q. 6. per tot. ubi an Judices inferiores eam possint concedere? & quando & quibus casibus Princeps eam concedat? eum omninò videas ibi, & in frag. verb. Abolitio, & consil. 3. 46. 53. & 93.* Amayam, *in l. 1. Cod. de Pœn. fiscal. lib. 10. ex n. 73.* post Decianum *lib. 3. cap. 35.* Dominum Larream *decis. Granatens. 25. per totam, & multis seqq.* qui latè agunt de indulto ob publicam lætitiã; & an censeatur pars legitima, ille qui denuntiat tanquam unus de populo, ad hoc ut reus non gaudeat indulto concessio, non existente Parte, & distinguit ipse Amaya inter delatorem, qui debet consequi præmium; & eum qui solùm agit ad vindictam publicam, ut hic non reputetur Pars, ille verò secus, & sic obstet indulto; eum videas & D. Larrea *decis. 27. per totam, & Carleval. in sua Apolog. contra Rovitum, decis. 91.* ubi declarat clausulas indulti, & Cevallos *quæst. 581.* ubi de pœna parti applicata, & ejus remissione.

40 Ad num. 39. ibi: *Debet intelligi quando non erant alienata, &c.*

Restitutum per Principem recuperare bona, dummodo non fuerint alienata, ut hic resolvitur, docent Gregorius *in leg. 2. tit. 32. part. 3. verb. Primer estado, Menochius Consil. 103. numer. 25. lib. 1.* Costa *in §. Et quid si tantum, verb. Quid enim, n. 96. & ibi Pichard. in Relect. n. 196. cap. 7.* Clarus. *§. final. quæst. 56. n. 6.* Farinacius latè *in diçt. quæst. 6. ex n. 32.* ubi de bonis feudi, majoratus, seu fideicommissi, quæ in alium possessorem devenerunt, Suarez *Alle-*

gatione 12. num. 56 & 58. iterum Farinacium, decis. 73. lib. 1. & decis. 90. Caldas in l. Si curatorem. §. Implorare, ex numer. 19. & D. Larream decis. Gran. 8. num. 71.

Limitatur tamen dicta resolutio, ut tantum procedat in restitutione gratiæ; secus verò in restitutione justitiæ, quia tunc comprehenduntur omnia alienata, Burgos de Paz in Proæmio legum Tauri, n. 323. & in consil. 26. num. 7. Sarmiento lib. 1. Selectarum, cap. 8. num. 13. noster Gomez in leg. 40. Tauri, num. 82. 86. & 89. Pinellus de Rescindend. venditione in Rubr. p. 1. cap. 2. num. 15. Molina de Primogeniis, lib. 1. cap. 8. numer. 28. & lib. 2. cap. 7. numer. 18. & lib. 3. cap. 3. num. 11. Mieres de Major. in init. 2. part. ex n. 46. usq. ad 64. Maschardus de Probat. concl. 276. Castillo lib. 2. Controvers. c. 28. & lib. 3. cap. 7. Fachinæus lib. 8. de Contract. cap. 63. & novissimè Neguerol. Allegatione 8. ex n. 37. ubi quòd in restitutione gratiosa Principis non veniunt fructus, etiam si amplissimè sit concepta, vide etiam Salgadum de Protect. 4. part. cap. 9. ex num. 102.

Alii etiam casus in quibus pœna minuitur vel tollitur, videri poterunt per citatos supra num. præcedenti, maximè per Farinacium in titul. de Pœnis temperan. quæst. 87. & sequentib. usque ad quæst. 98. & Gregorium in leg. 5. tit. 4. part. 1. ubi an pœna remittatur per Baptismum? & Pinellum de Bonis maternis in Rubric. part. 2. ex n. 32. ubi quid si pater offerat filium delinquentem, an pœna remittatur? & per Bolanum in Curia Philippica, part. 3. Sententia, ex n. 27. usque ad fin. & Cenedum quæst. 9. ex n. 6. ubi ferè triginta casus congerit, & exornat.

CAPUT XIV.

De Confiscatione bonorum delinquentis.

SUMMARIUM.

1 Si bona veniunt confiscanda propter delictum,

(A) Non admodum accuratè loquitur in præsentia noster Gomez: nam etsi verum receptissimumque sit, bona futura non comprehendi confiscatis bonis; tamen nullo modo est, illa ad hæredes esse perventura: cùm enim qui præscriptis bonis damnatus est, hæredem habere nequeat; proculdubio ad fiscum, non ad aliquem hæredem bona illa redibunt, quod probat leg. 1. Cod. de Bon. proscript. leg. Ejus qui. §. 1. ff. de Tom. III.

an illa confiscatio extendatur ad bona futura?

- 2 In confiscatione bonorum an veniant jura conditionalia?
- 3 An reus delinquens teneatur in foro conscientiæ solvere pœnam à jure impositam, antequam sit per judicem condemnatus?
- 4 Si reus alienavit bona, & postea condemnatur in confiscatione bonorum, an potest fiscus auferre bona à quolibet possessore?
- 5 In casibus in quibus bona confiscantur, quanta tempore debent peti ab hæredibus condemnati, vel à tertio possessore?
- 6 Post sententiam latam contra reum, an judex debeat mittere condemnato Sacerdotem, ut confiteatur peccata sua, & dare reo spatium, ut provideat ea quæ suam animam concernunt?
- 7 Judex vel ejus officialis an possit capere animal alicujus privati, & in eo portare malefactorem pro exequenda justitia?
- 8 Postquam reus est furca suspensus, an possit tolli de furca, & sepelli per consanguineos?
- 9 Reus postquam est furca suspensus, an possit dare Medicis & Chirurgicis ad faciendam anatomiam?

1 **I**tem principaliter quæro, an in casibus, in quibus propter delictum bona veniunt confiscanda, talis confiscatio extendatur ad bona futura? Et breviter & resolutivè dico, quòd non: Unde, si reus est condemnatus ad mortem civilem; puta deportationis, vel damnationis in metallum, vel hodie ad galeras, vel ad exilium perpetuum, & bona ejus confiscantur (quo casu bene poterat de jure antiquo quærere ea, quæ sunt de jure naturali vel gentium, & hodie de jure novo authenticorum potest ex quocumque contractu, vel successione quærere, cùm non efficiatur servus pœnæ, ut in Authent. Sed hodie. Cod. de Don. inter vir. & uxor. & ita latè dixi & notabiliter in leg. 4. in ll. Tauri) & aliqua bona acquirat: illa bona non veniunt in confiscationem, sed sunt propria (A) ipsius rei, & hæredum suorum: ita probat text. singularis in leg. Si

Testam. leg. Quidam sunt. ff. de Pœn. observant in terminis Bartol. in leg. Ex factò, in princip. ff. ad Senatuscons. Trebel. Fulgos. in leg. Si munda-
dauero. §. Is cujus. ff. Man. Aretin. column. 1. Alexand. column. 3. in leg. 1. Cod. de Heredib. instit. Plat. in leg. Certa forma, col. 2. in princip. Cod. de Jure fisc. eruditissimus Arius Pinel. in Rubr. part. 1. num. 3. vers. Si verè publicatio bonorum. Cod. de Bon. mat.

Si mandavero tibi. §. Is cuius bona. ff. Mandati, cuius verba sunt: (Is cuius bona publicata sunt, mandare alicui potest, ut ea emat; & si emerit utilis erit mandati actio, si non potest fidem: quod idèd receptum est, quia publicatis bonis quidquid postea acquiritur, non sequitur fiscum.) Et ibi notant, & valde commendat Bald. & alii Doctores & illum textum ad hoc notat & commendat Baldus, post Glossam ibi in *leg. fin. Cod. Quæ res pign. obligat. poss. in fin.* & Joan. de Imola in *leg. Ex factio. §. Ita. ff. de Vulgar. & pup. & ibi alii DD. Bartol. in leg. fin. ff. de Bonis damn. column. final. numer. 9. Cyn. Salycet. in leg. 2. Cod. de Bonis posses. Bald. in leg. 3. Cod. de Privil. fisc. Angel. & Alexand. in leg. 3. §. Illud. ff. Quòd quisque juris. Alexand. in leg. Si stipulatus fuerim illud. §. 1. ff. de Verb. obligat. 2. column. num. 4. & ibi Jason. 3. column. num. 6. Andre. de Iser. in cap. 1. §. final. de cap. Corra. column. 2. quæst. 3. Ang. de Aret. in tract. Malefic. in part. & ejus bona publicamus, vers. & nota, & ibi ejus additionator: Bald. in cap. Cum contingat, de Jurejur. col. 6. num. 3. probat etiam text. in *leg. Ejus qui. §. 1. ff. de Testib.* ibi: *Bona quoque quæ tunc habuit cum damnaretur publicabantur, & ibi notant Bald. Paul. in l. Quidam sunt servi, in fin. ff. de Pænis* ubi habetur, quòd deportatus acquirit sibi ea quæ sunt de jure gentium: ergo non veniunt in confiscationem textus in *leg. Certa forma. Cod. de Jure fisc.* & ibi notant Bartol. Plat. & alii DD. textus notabilis in *cap. Felicis, versic. Verum, de Pænis, lib. 6.* ibi: *De postmodum acquisitis repetitio non negetur, & ibi notant DD.**

2 Ex quo notabiliter infertur, quòd in confiscatione bonorum non veniunt jura conditionalia: unde, si reo condemnato aliquid debeatur sub conditione, & post sententiam & condemnationem verificetur conditio; illud non debetur fisco, nec venit in confiscatione: ista est Glos. singularis & unica, juncto text. in *leg. Non ad ea. ff. de Condit. & demonstr. in verb. Præsens,* ibi: *Vel si publica sunt nam postea quæsita non cadent in eas causas, & ibi notat & commendat Bartol. in leg. fin. & reputant singulare Joan. de Imol. Paul. & alii DD. & illam Glossam ad hoc reputat singularem & unicam Bald. in l. Etiam. Cod. ad legem Falc. col. 2. num. 2. & idem Bald. in l. 1. c. Cum contingat de Jurejur. col. 6. n. 34. Angel. de Imol. in l. Quotiens. ff. de Novat. Alexand. in l. Si marito. ff. Solut. matr. col. 2. pro qua sententia & conclusionem facit textus in l. Interdicit. ff. de Condit. & demonstr.*

Quod tamen intellige, quando jura conditionalia proveniunt ex ultima voluntate, ut hæreditates, vel legata: quia licèt habeant causam de præterito, & post sententiam & con-

demnationem verificetur conditio, non veniunt in confiscationem; quia sicut non transiret ad verum hæredem, ut in *leg. Unica. §. Sin autem sub conditione. Cod. de Caduc. toll. cum similib.* ita etiam non debent transire ad fiscum, quia habetur loco hæredis, ut in *leg. 2. Cod. ad legem Jul. de Vi.* Secus tamen est, si jura conditionalia proveniunt ex contractu; quia tunc benè veniunt in confiscationem; & verificata postea conditione pertinebunt fisco: quia jura conditionalia in contractibus transmittuntur ad hæredes, ut in *§. Ex conditionali, inst. de Verb. oblig.* ergo transeunt ad fiscum sicut ad hæredem: & in expressò ita probat textus in *leg. Inter socerum. §. fin. ff. de Pact. dot. & in terminis ita tenet, & declarat Joan. de Imol. in dict. leg. Non ad ea. ff. de Condit. & demonstr. quam legit cum *leg. præcedenti, & ibi Alexand. in Addit. ad Bart.* Quod iterum limita & intellige, quando esset conditio causalis, vel mixta: secus si potestativa; quia illa non transmittitur ad hæredes: ergo nec ad fiscum: quia creditor defunctus censetur esse in culpa non adimplendo: ita probat textus notabilis in *leg. Si decem cum petierit. ff. de Verb. oblig. & ibi communiter DD. text. & DD. in leg. Potior, & l. Qui balneum. ff. Qui pot. in pig. habet & tenet Bald. in l. fin. Cod. de Contrah. empr. 6. column. vers. Ego autem distinguo.* Item limita quando esset conditio de futuro; secus si de præterito, vel præterito: argumento text. in l. Cum ad præscr. cum *leg. seq. ff. Si cert. petat. & in l. Conditio, de Verb. oblig. & dixi latius in materia Contractuum, tractando de contractu & obligatione conditionalis.**

3 Item principaliter quæro, an reus delinquens teneatur in foro conscientie solvere pœnam impositam à jure pro delicto, antequam sit per judicem condemnatus? Et breviter & resolutivè dico quòd non; quia pœna semper est imponenda per judicem, & requirit ejus declarationem: textus est in *leg. Ejus qui delatorem. ff. de Jur. fisc.* ibi: *Verùm oportet constare prius, & de crimine pronunciare, textus in §. In hoc 33. quæst. 2. ibi: Et pœna nullis est inferenda per judicem.* Item etiam, quia pœna non solùm imponitur à lege pro punitione delinquentis, sed etiam pro satisfactione reipublicæ & aliorum exemplo, ut in *leg. Ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & in leg. Licitatio. §. Quod illicite. ff. de Pub. & vectig. & in leg. Capitalium. §. Famosus. ff. de Pœn. & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Glossa singularis & unica in *cap. Fraternalitas, caus. 12. quæst. 2. glos. fin. in fin.* ubi dicit, quòd fur vel latro non tenetur in foro conscientie restituere pœnam dupli, vel quadrupli: & ad hoc notant & commendat ibi Archid. & illam Glos. ad hoc reputat singularem & unicam Ab-*

bas Panorm. in cap. 1. de Constit. col. 7. num. 10. & ibi Felin. col. 11. vers. Tertius casus, idem Abbas in Proem. decret. in part. Rex pacificus 4. col. n. 5. idem Abb. in cap. Raynaldus de Testam. 6. col. in medio, idem Abbas in cap. Si egressus, de Injur. idem Abbas in cap. Audivimus, de Simon. & ibi Fel. 1. col. idem Abb. in cap. Suam de Pæn. idem Abb. in cap. fin. de Sepul. pen. col. n. 6. idem in cap. Delicti, de Arbitrariis, 3. col. n. 12. idem in cap. Cum causam de Testib. 5. col. in fin. Anton. in cap. fin. de Præscr. col. 1. in fin. & ibi alii DD. idem Anton. in cap. 1. de Dolo & contum. col. 2. Bald. in leg. Quibus diebus. §. Dominus. ff. de Cond. & demonst. in fin. & ibi Imol. & alii DD. idem Bald. in leg. Id quod pauperibus. Cod. de Episc. & Cler. 4. column. quæst. 9. idem Bald. in leg. Post decisionem. Cod. de Furt. idem Bald. in Authent. Ad hæc. Cod. de Usu, col. 5. n. 9. vers. Sed hic dubitatur. Joan. de Imol. in l. Stipul. ista. §. Alteri, de Verb. obligat. 4. col. in medio, & ibi alii DD. Rom. & Moderni, in Rubr. ff. de Acq. hæred. Jas. in §. Sed iste quidam inst. de Act. col. 20. n. 119. S. Thom. ubi notabiliter declarat in 2. 2. quæst. 62. art. 3.

Quod tamen limita & intellige, præterquam si talis reus delinquens sit per judicem condemnatus; quia tunc tenetur restituere in foro conscientiae, quia per sententiam est jus quæsitum parti, & oritur sibi actio iudicati ad pœnam exigendam, argumento text. in leg. 1. & per tot. ff. de Rejudic. & in expressò ita tenet Bald. in leg. Id quod pauperib. Cod. de Episc. & Cleric. 4. col. quæst. 9. Felin. in dict. cap. 1. de Con. col. 12. vers. Limitatur secundo, idem Felin. in cap. Audivimus, de Sim. column. 2. vers. Limita secundo, Anch. in Regul. possessor de Reg. jur. lib. 6. column. 13. quæst. 3. princip. S. Thom. in 2. 2. quæst. 62. artic. 3.

Secundò limita præterquam si pœna imponitur ipso jure, vel factò, ut in crimine hæresis, vel in crimine læsæ Majestatis, vel hodie in crimine contra naturam; quia tunc statim commisso delicto reus delinquens tenetur in foro conscientiae bona fisco restituere, etiam antè sententiam vel condemnationem, quia statim per legem est jus quæsitum fisco: & in expressò ita tenet singulariter Abbas Panormitanus, in cap. 1. de Constitution. col. 8. vers. Hæc limitarem, &c. idem Abbas in cap. Dilecti de Arbitris, col. 3. in fin. Felin. notabiliter & meliùs quàm alibi in dict. cap. 1. de Constit. col. 12. vers. Recipit tamen, ubi respondet ad ea quæ in contrarium possunt adduci: licèt postea idem Felin. reliquat cogitandum in c. Audivimus de Simonia. 2. col. Conrad. lib. 1. de Contractib. quæst. 7. conclus. 2. & 3. Confirmatur ex text. in leg. Commissa. ff. de

Public. & vectig. ubi habetur, quòd licèt pœna regulariter non transeat ad hæredes, mortuo reo ante sententiam & condemnationem, vel ante litem contestatam; ut in leg. unica. Cod. ex Delict. defuncti. tamen, quando pœna imponitur ipso jure, vel factò, benè transit: probat etiam textus in leg. Cajus. ff. ad Syllan. textus in leg. Ea judiciorum, versic. Adeò de Accusat. text. in cap. 1. de Boni, lib. 6. Sed, his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam imò, quod non teneatur in foro conscientiae restituere: Primò, quia licèt pœna imponatur ipso jure, vel factò; tamen requiritur declaratio judicis, præcedente processu, & plena causæ cognitione, & ante non debet tradi executioni: Sed restituere bona, esset pœna: ergo, &c. ita probat textus in leg. Ejus qui delatorem. ff. de Jur. fisc. & ibi Bart. & DD. textus expressus & melior de jure in cap. Cum secundum leges vers. fin. de Hæred. lib. 6. cujus verba sunt: (Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, juxta Gregorii Papæ prædecessoris nostri declarationem, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem sententia super eodem crimine fuerit promulgata) & ibi notant & communiter DD. Ergo ante illam declarationem non tenetur delinquens, sicut nec ante sententiam diffinitivam. Secundò facit: quia reus delinquens non tenetur se prodere & diffamare: Sed non posset bona sua restituere fisco sine maxima infamia: ergo restituere non teneatur: argumento text. in cap. Quis aliquando, versic. Non tibi dico, de Pæn. dist. 1. & in cap. Si peccaverit, caus. 2. quæst. 1. ubi habetur, quòd non tenetur quis se prodere, & delictum proprium ostendere & manifestare. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Summa Angel. in part. Pœna, artic. 3. & Summa Silvestrina in part. Pœna, quæst. 25. ubi notabiliter loquitur, & in part. hæresis quæst. 18. principal. versic. 3. Pœna est. S. Thom. in 2. 2. quæst. 62. art. 3. & ibi Cajetan. in fin.

Et ex his infertur ad quæstionem, an talis reus delinquens possit cum bona conscientia bona sua alienare? Et breviter dicendum est, quod titulo oneroso non potest alienare; quia emptor, vel particularis successor esset in maxime damno, cum ab eo possent prædicta bona per fiscum auferri, etiam pretio non oblato: titulo verò lucrativo benè posset alienare; quia nullum damnum incurreret. Quod iterum limita nisi alienasset pro alimentis sibi necessariis; quia tunc valet alienatio, argumento textus in leg. Alienationes. ff. Famil. ercisc. & in l. Peto. §. Prædium. ff. de Leg. & eorum quæ tradit Bart. in leg. Post

contractum. ff. de Donat. penult. column. num. 12. Item limita nisi delictum esset ita occultum, quod nullo modo probari possit; quia tunc poterit alienare: ita Summa Angel. & Summa Sylvestrina in locis, ubi supra.

Item etiam circa prædicta quæro: Si quis dedit alteri damnum in persona, vel in rebus, culpa, vel negligentia (quo casu non tenetur ad pœnam, sed tantum ad interesse, ut *per totum titul. ff. ad legem Aquil.*) an illud teneatur restituere in foro conscientia? Et breviter & resolutivè dico, quod si dedit vel intulit damnum dolo, vel lata culpa, quod tenetur damnum in conscientia restituere: si verò dedit vel intulit damnum levi, vel levissima culpa, non tenetur damnum in conscientia restituere: argumento textus in *cap. Inebriaverunt, caus. 15. quæst. 1.* & in expressè ita determinat Innoc. in *cap. Sicut dignum, de Homicid. col. 2. in med.* & ibi Joan. de Anna & Felin. *fin. col.* & illud dictum sequitur & reputat valdè singulare, Abbas Panorm. in *cap. 1. de Constit. col. 7. in fin.* idem Abbas in *cap. Si egressus, de Injur.* idem Abbas in *cap. Cum causam, de Testib. 5. col. in fin.* idem Abb. in *cap. Dilecti, de Arbitr. col. 3. in fin.* Summa Sylvest. in *part. Restit. 3. vers. 12.* Nec obstat, quod lex positiva, ex juxta & rationabili causa aliquid inducens, debet servari in conscientia: Quia in nostro casu respectu solventis est pœna; cum sibi nihil adsit: in *l. Post contractum.*

4 Item etiam principaliter quæro: In casibus, in quibus propter delictum bona veniunt confiscanda, si reus delinquens alienavit bona titulo oneroso, vel lucrativo, & postea sit condemnatus pro delicto, an fiscus possit prædicta bona alienata à possessore petere & vindicare? In quo notabili & quotidiano articulo resolutivè dico, quod si alienavit ante delictum commissum, fiscus non potest alienationem revocare, nec bona à possessore petere, vel vindicare: Primò, quia ante delictum nulla obligatio personalis vel realis erat quæsitæ fisco, mediante qua posset revocare, vel petere. Secundò, quia futuri creditores nunquam possunt revocare alienata per debitores ante contractum debitum, nisi probetur in eorum fraudem esse factam alienationem, ut dixi & fundavi in *materia Contractuum, in artic. An & quando creditores possunt revocare alien. in fraud. per eos debito?* Si verò talis reus delinquens alienavit in fraudem expressè, vel præsumptivè; tunc benè potest fiscus revocare & vindicare: text. est in *leg. Fraudem. ff. de Jur. fisc. cujus verba sunt: In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocumque modo res alienare revocantur, text. in leg. Si aliquis ff. de Donat. caus. mort.* Et expressè potest

constare de fraude, quando coram amicis, vel aliis dixit, quod bona sua alienabat, quia volebat committere delictum, ex quo bona veniunt confiscanda: Præsumptivè potest constare in casibus sequentibus: Primus est, quando reus delinquens donavit omnia bona sua: argumento text. in *leg. Omnes. §. Lucius. ff. Quæ in fraud. cred.* ubi habetur, quod si debitor donat omnia bona sua, præsumatur facta alienatio in fraudem creditorum: & ad hoc notant & commendant ibi Bartol. Alber. Angel. Cuman. & communiter DD. Et idem est, si omnia bona sua vendidit: ista est Glossa singularis in *leg. Qui testamentum. ff. de Probat. in glossa 1. in fin.* quam ibi ad hoc notant & commendant Bartol. Bald. Salyc. Fulg. & Flor. similis Glos. est in *leg. Patronus, eodem titul. in glossa 1. Similis in §. Item si quis in fraud. Instit. de Act. in glossa 2.* & ibi communiter DD. Item etiam idem est, quando non alienasset omnia bona, sed tantum majorem partem eorum: Glossa est singularis in *leg. Nomen debitoris. §. Filio ex parte. ff. de Legat. 3.* quam ibi notant & commendant Bartol. & alii DD. Baldus in *leg. 1. Cod. Si in fraud. patron. column. 2. quæst. 3.* idem Bald. in *l. Si unquam. Cod. de Revoc. donat. column. 2.* Angel. de Aret. in *dist. §. Item si quis in fraudem, Instit. de Act. 2. column.* & ibi Jas. *column. 5. num. 36.* Et idem etiam est, quando alienavit meliora: ita probat textus in *leg. Summa cum ratione. ff. de Pecul.* quem dicit singularem & unicum Angel. in *dist. leg. Omnes. §. Lucius. ff. Quæ in fraud. cred.* idem Ang. in *leg. Si quis post hac, Cod. de Bonis pros. column. 2.* Secundus casus est, quando talis reus delinquens donavit vel vendidit conjunctæ personæ, licet non omnia bona, nec majorem partem eorum argumento textus in *leg. Data. Cod. de Donat. & in leg. Pen. vers. 1. ff. de Bon. lib.* Tertius casus est, quando post donationem, vel venditionem reperiatur reus delinquens possidere, & fructus percipere licet per clausulam *constituti*, vel alium actum fictum dixerit se transferre in alium possessorem; quia ubi est præsumptio fraudis, requiritur traditio vera & corporalis, & non sufficit ficta: argumento text. in *l. Sicut. §. Supervacuum. ff. Quib. mod. pig. vel hypoth. solut. & l. Unica. Cod. de Suffrag. & in leg. Qui sub imagine. Cod. de Distract. pig.* Quartus casus est quando talis donatio vel venditio esset facta clam, & secretè: quia tunc præsumitur facta suspitione delicti futuri, & in fraudem fisci; argumento text. in *l. fin. ff. de Ritu nupt. & in leg. Non existimo. ff. de Adm. tut. & leg. penult. Cod. de Resc. vend.* Quintus casus est, quando post donationem, vel venditionem statim & incontinenti sequitur delictum: quia ex celeritate actum præ-

sumitur alienatio in fraudem : argumento textus notabilis in leg. *Si ventri* §. final. ff. de Privileg. cred. ibi : *Si modo non post aliquod intervallum id factum fit*, & ibi notant & commendant Bartol. & communiter DD. textus in leg. 1. §. *Quæ onerandæ*, versic. *Et in summa*, ff. *Quarum rerum actio non detur*, textus in leg. *Sed Julianus*, cap. *Sed & si filius*, ff. ad Maced. textus in leg. final. ff. *Si quis testament. liber. esse jus. fuer.* textus in leg. *Dubium*, Codic. de Repudiis, textus in cap. *Officii*, in fin. de electione. Sextus & ultimus casus est, quando donavit vel vendidit sub conditione, *si ejus bona aliquo factò vel causa publicentur*: argumento text. in leg. final. ff. de Stip. servo. textus in leg. *Summa cum ratione*, ff. de Pecù.

Et adde, quòd semper in omnibus prædictis casibus, & similibus debet intelligi: quando præcedebat inimicitia capitalis vel causa, per quam verisimiliter est præsumendum, quòd intendebat delictum committere: Secus verò aliàs; ut qui fortè occidit, vel offendit alium ex inopinata, & superveniente rixa; quia ex hoc colligitur nullus prius habuisse animum delinquendi, & per consequens fraudem cessare: argumento textus in leg. 1. §. *Præterea*, ff. de Quæstion. textus in leg. *Sed si maritus*, in fin. ff. *Qui & à quibus*, cap. fin. de Renunciation. lib. 6. & eorum, quæ ibi notantur in leg. *Si in ripa*, ff. ad legem Cornel. de siccar. Item etiam intellige, quòd in prædictis casibus non requiritur probatio fraudis in possessore, etiam si titulo oneroso habeat & possideat; quia prædictæ conjecturæ inducunt præsumptionem fraudis, tam in alienante, quam in recipiente.

Si verò talis reus delinquens alienavit post delictum jam commissum, regulariter talis alienatio valet & tenet, modò sit facta ex causa onerosa, modò ex lucrativa; & non revocatur à possessore: Primò, quia propter delictum non tollitur nec aufertur reo delinquenti administratio bonorum: textus est in leg. *Aufertur*, ff. de Jure fisci, cujus verba sunt: *In reatu constitutus bona sua administrare potest, eique debitor rectè bona fide solvit*. Secundò, quia pro delicto & ejus pœna non sunt bona delinquentis tacitè obligata fisco, vel ei cui debent applicari: ita probat textus in leg. *Uxor*, Cod. de Donation. inter virum, & uxorem, & ibi notat Bald. & leg. 1. Cod. de Pœnis fiscalib. & ibi notant Bart. Platea & communiter DD. tenet etiam Glossa ordinaria, & ibi communiter DD. in leg. *Rescriptum*, ff. de Pact. Glossa & ibi Bartol. & communiter DD. in leg. *Aufertur*, §. *Fiscus*, ff. de Jur. fisc. Sed tantum est jus, actio vel accusato contra perso-

nam; & illa non sequitur fundi possessores, ut in leg. final. §. final. ff. de Contrah. empt. cum similib. ergo, &c. Et in expressò pro hac sententia & conclusione, scilicet quòd post delictum commissum valeat & teneat alienatio, & non possit revocari, textus est expressus & capitalis in leg. *Post contractum*, ff. de Donation. cujus verba sunt: (*Post contractum capitale crimen, donationes factæ valent ex constitutione Divorum Severi, & Antonini, nisi condemnatio secuta sit*) textus in leg. *Si quis post hac*, versic. final. Codic. de Bonis. pros. & idem disponit lex 2. tit. 4. part. 5. Nec obstat textus singularis in leg. 1. ff. de Pœnis, ubi habetur, quòd in delictis pœna imponitur secundum tempus delicti commissi: Quia illud debet intelligi respectu qualitatis personæ, non bonorum.

Quod extende, ut procedat etiam si alienaverit post accusationem institutam; & etiam post litem contestatam: quia etiam tali casu valet prædicta alienatio: dum tamen sententia non sit lata: quia tunc non valeret; quia videtur reus notoriè suspectus, & sibi tollitur administratio bonorum: ita probat text. in dist. leg. *Post contractum*, ff. de Donat. ibi: *nisi condemnatio secuta sit*, quæ verba respiciunt, & comprehendunt omne tempus ante sententiam, probat etiam textus in leg. *Reo criminis*, ff. de Solut. & idem disponit prædicta lex partit. Quod est verum, quando à sententia non est appellatum: si verò sit appellatum, valebit alienatio interim pendente appellatione; sed ea confirmata, retractabitur, tanquam innovatum appellatione pendente: ita probat textus in leg. *Chirographis*, §. 1. ff. de Admin. tut. Quod intellige, nisi talis alienatio in omnibus prædictis casibus sit facta in fraudem fisci expressè, vel præsumptivè: quod potest constare ex omnibus superioribus præsumptionibus & conjecturis: quia tunc indistinctè revocatur per fiscum.

Prædicta tamen debent intelligi, quando ex delicto commissò non tollitur administratio bonorum, nec confiscantur ipso jure bona delinquentis, ut est regulariter in delictis: secus verò quando ex delicto commissò interdicitur administratio bonorum, ut in crimine *læsæ Majestatis* quia à die commissi delicti revocabitur omnis alienatio, & bona auferentur à possessoribus: textus est in leg. *Ex judiciorum*, vers. *Adèò*, ff. de Accusat. cujus verba sunt: (*Adèò ut divi Severus & Antoninus rescripserunt, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse*) & ibi notant Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. textus in leg. *Donatio-*

tiones in concubinam, §. final. ff. de Donat. cujus verba sunt: *Perfectæ donationes esse non possunt post crimen perduellionis contractum*, &c. textus in leg. final. Cod. ad legem Jul. majest. Et idem est à fortiori, quando ex delicto commisso nedum tollitur administratio bonorum, sed etiam bona confiscantur ipso jure, ut in crimine hæresis: quia à die commissi delicti reus delinquens amittit dominium bonorum, & administrationem eorum, & ipso jure transeunt in fiscum: textus est formalis & expressus in cap. Cùm secundum leges, versic. *Bona hæreticorum de Hæred. lib. 6.* cujus verba sunt: (*Bona hæreticorum, qui gravius, horribilius, ac detestabilius quam prædicti delinquant, ipso jure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata*) quia tunc fiscus poterit revocare omnes alienationes factas post delictum commissum, & bona à possessoribus vindicare. Et adde, quòd licet de jure communi in crimine læsæ Majestatis non confiscabantur bona ipso jure, sed tantum interdicebatur administratio, ut suprâ dictum est: tamen hodie etiam confiscantur bona ipso jure: Ita disponit notabiliter *lex 4. titul. 2. part. 7.* & idem est hodie in peccato nefando contra naturam; quia in eo bona ipso jure confiscantur à die commissi delicti: ita expressè disponit *Pragmat. 85. fol. 80. lib. Pragmatic.* Et idem erit in aliis casibus, in quibus bona confiscantur ipso jure: quos vide per Bartol. & DD. in leg. *Imperator. ff. de Jure fisc. & in leg. Commissa de Public. & velt. dict. leg. Post contractum:* Et an his casibus fiscus teneatur restituere pretium emptoribus bonæ fidei, quibus res fuerunt alienatæ? vide omnino suprâ *ista repetitione*, in delicto læsæ Majestatis divinæ.

Item adde, quòd talis reus delinquens poterit facere omnes alienationes necessarias, licet bona ejus ipso jure confiscentur, textus est in leg. *Alienationes. ff. Fam. ercisc. textus in leg. Peto. §. Prædium. ff. de Legat. 2.* Unde, poterit solvere creditoribus: textus est in leg. *Sed nec illud. ff. de Salut.* cujus verba sunt: *Sed nec illud prohibitum videtur ne à reo creditori solvatur.* Item poterit alienare pro alimentis necessariis, vel pro reparatione & conservatione bonorum: Ita tenet Bartol. quem vide, & exempla in dict. leg. *Post contractum, de Donat. 4. cal. num. 12.* & ibi alii DD. præcipuè Paulus de Monte Pico in *Repetit. illius legis, column. 10.* versic. *Secunda lim.* Et in effectum istam sententiam, & resolutionem ponit singulariter & magistraliter Bartol. in dict. leg. *Post contractum. ff. de Donat.* & ibi Alberic. Paul. Imol. Cuman. & Paul. de Monte Pico in *Repet. illius legis*, tenent etiam Dynus, Alberic. & alii Doctores antiqui in leg.

Omnes. §. Lucius. ff. Quæ in frau. Salycet. & communiter alii DD. in leg. Si quis post hac de bon. pos. Faber. in leg. Item si quis in fraudem, Instit. de Act. column. 2. num. 5. penult. column. & ibi alii DD. An autem in casibus, quibus potest fiscus alienationes revocare, possit etiam petere fructus medii temporis? vide omnino textum notabilem in leg. *Ait Prætor. §. Per hanc, & §. Præterea. ff. Quæ in fraud. cred. & in leg. fin. §. Non solum, eodem titul. & in leg. Videamus. §. in Faviana, de Usur. & ea quæ dixi in repetit. leg. Quantum, in artic. An, & quando creditores possint revocare alienata in eorum fraudem per debitores? Paulus de Monte Pico in dict. *Repet. penult. column. vers. 2. principaliter quæro.* Ex quibus videtur inferendum, quòd in casibus, in quibus bona non confiscantur ipso jure, nec tollitur & impeditur eorum administratio, non haberet locum sequestrum bonorum; aliàs verò sic: & in confirmatione facit textus quem ibi reputat mirabilem Alberic. in l. de Pollicitationibus. ff. de Pollicit. & vidi posita in leg. in Omnibus. ff. de Judic. & pone benè necessaria hic.*

